JUSTINI FEBRONII JCti
DE
STATU ECCLESIÆ
ET
LEGITIMA POTESTATE
ROMANI PONTIFICIS
LIBER SINGULARIS,
AD
REUNIENDOS DISSIDENTES
IN RELIGIONE CHRISTIANOS
COMPOSITUS

TOMUS QUARTUS,
ULTERIORES OPERIS VINDICIAS CONTINENS.
PARS SECUNDA.



BIBLIOTECA NAZIONALE NAPOLI V.E. III

FRANCOFURTI ET *LIPSIÆ*,
ANNO MDCC LXXIV.

Digitized by Google

Prov. Cap. 1. ℣. 17.

Fruſtra jacitur rete ante oculos pennatorum.

ad Epheſ. Cap. 3. ℣. 20. 21.

Ei autem qui potens eſt omnia facere ſuperabundanter quàm petimus, aut intelligimus, ſecundùm virtutem, quæ operatur in nobis, ipſi gloria in Eccleſia, & in Chriſto JEſu, in omnes generationes ſæculi ſæculorum.

Digitized by Google

LECTORI.

Poſtquam Tomi quarti Febroniani anterior Pars (qua duorum primorum Voluminum Antifebronii Vindicati Auctore Zaccariâ refutatio ſuſcepta eſt) prælum reliquerat, comparuere in Germania earundem Zaccarianarum Vindiciarum bina ſubſequentia Volumina, Cæſenæ in Italia typis expreſſa.

 His

Digitized by Google

His non idem favor, non eadem gratia obtigit, quæ binis præcedentibus, ut ſcilicet benevolùm ſuſceptorem cis Montes invenirent, qui ea pro commodiore & ampliore his in partibus evulgatione ſuo ære in Germania reimprimi curaret. Quare cùm nullus Bibliopolarum noſtratium horum ſumptuum periculum in ſe recipere voluiſſet, tanti Operis Ciſalpina editio hactenus manca eſt, & imperfecta perpetuò manſura videtur.

Prodiere ergo solùm typis italicis, & anno 1773. in Germania viſa ſunt perpauca exemplaria Tomi III. & IV. Zaccarianarum Vindiciarum, quibus hæc Pars altera quarti noſtri Voluminis reſpondet: quo robore, quo fructu, judicent viri docti, prudentes & aequi. Fortè poſtremus hic Febronii labor præſtabit, ut qui Romanorum partes cum exceſſu hactenus tuiti ſunt, aliquid ab indiſcreto ſuo Zelo, quo Febroniana omnia diris devovere amant, impoſterum remittant. Saltem quod hac in parte ratio nondum operatur, tempus & anni, utì equidem confido, aliquando perficient. Rumpere popularia opinionum præjudicia,

non

non unius diei aut anni opus eſt. Cum diſcretione & in patientia exſpectandum uſque dum tempus occaſionem aperiat, & lumen, quod à paucis detectum eſt, in plurium animos effundat. Adde, quòd omnis dominatus, utcumque injuſtus, dum impetitur, vindictam ſpiret, & terrore incuſſo ſæpe obtineat quod ſana ratio non valet, imo ipſius rationis fructum diſperdat. Et quis vindictam ſpirat magis, quàm dominantia præjudicia plebi ſacra, politicis rationibus ſuffulta. Interim ea eſt prudentum & juſtorum conſolatio, quòd talia non durent. Non deſunt exempla, quibus vel unum comminatorium decretum Scriptores, qui adversùs communes abuſus & præjudicia vulgi generoſè inſurrexerant, ſuam publico utilem operam relinquere, quin & timidè fecit abjurare. Ipſe Galilæus, genuinæ Doctrinæ Naturalis parens, ut iram ſacri Officii declinaret, divina ſua lumina negare coactus eſt.

Quod Galilæo accidit in phyſicis & naturalibus, idem aliis evenit in Eccleſiaſticis, & multò quidem frequentiùs. Cùm Petri de Marca quatuor priores Libri de Concordia ſacerdo-

 cerdo-

Digitized by Google

cerdotii & Imperii, ſive de Libertatibus Eccleſiæ Gallicanæ anno 1641. publici juris fierent, ingentes ii motus Romæ excitarunt quòd inibi contenta ſummæ Sedis authoritati in multis adverſari judicarentur, adeo ut Cardinalis Franciſcus Albicius, tum Aſſeſſor ſancti Officii, dixiſſe feratur, Marcam eſſe manifeſtum hæreticum, nullúmque unquam hæreticum fuiſſe magis iniquum in Eccleſiam. Omnes deinde digniſſimi hujus Archipræſulis Libri de Concordia, à Baluzio editi, inter prohibitos in Indicem, juſſu Innocentii XI. conſcriptum, relati ſunt; ipsímet Petro primùm ad Conforanenſem Epiſcopatum anno 1642. à Rege nominato propter eoſdem Libros Bullæ confirmationis uſque ad annum 1647. retentæ fuerunt. Diuturna hæc mora, & Romanæ Curiæ in negandis Bullis obſtinatio Marcam demum compulit, ut tempori ac neceſſitati ſerviens, alio in ſcripto animi ſui ſenſis denuo explicaverit, ratione Ultramontanis magis acceptâ, an veriore, videant alii.

Noti ſunt motus, quos Romæ cauſavit Declaratio Cleri Gallicani de anno 1682. & quatuor

tuor in ea contentæ Propoſitiones. Has Joannes Thomas Rocaberti Archiepiſcopus Valentinus ampliſſimo Tractatu de Romani Pontificis authoritate tribus Voluminibus in fol. impugnans, in Dedicatione Tomi I. ad Innocentium Papam XII. vocat monſtra errorum, ſeditioſum afflatum, quo navicula Petri infernalibus fluctibus dirè agitatur, atque Eccleſia terribilibus motibus concutitur. In Dedicatione autem Tomi III. ad eundem Pontificem ait, eaſdem Propoſitiones omnibus aliis regnis horrori eſſe, tanquam erroneas, impias & ſcandaloſas: auctores earundem Propoſitionum cum hæreticis conſpirare; inde fœcundam ſcaturiginem ingentium malorum prodire &c. Secundi Ordinis Prælatis, qui huic Declarationi ſubſcripſerant, cùm deinde ad Epiſcopatus à Rege nominarentur, Roma per decem integros annos Bullas negavit, uſque dum illi ſubmiſſas ad Papam litteras darent, incerti quidem ſenſûs, attamen dignitati Eccleſiæ Gallicanæ parum congruas, quippe quibus conteſtabantur, quòd ſi illud quod in dicto Conventu an. 1682. præſtiterant, pro Decreto haberi

præ-

Digitized by Google

prætendatur, poſſe ſe de contrario proteſtari, quandoquidem ipſis animus non fuerit dandi his de rebus deciſionem.

Hi erant primi motus illius Curiæ; ſed hos tempus ſedavit & diſſipavit. Non multis annis opus erat, ut univerſus Orbis, & Roma ipſa, agnoſceret inanitatem cenſuræ Copernicani Syſtematis, quod illa in Galilæo damnaverat. Libri de Concordia Sacerdotii & Imperii ſicut ubilibet per Chriſtianum orbem, ita & nunc Romæ plurimùm æſtimantur; ipſe Papa Benedictus XIV. in ſuis Libris de Synodis ad eorum authoritatem non rarò, nec ſine laude provocat, atque hoc ſuo exemplo docet, vel Curiam ſuo errore ſeriùs agnito animum mutaſſe, vel inſigne Opus celeberrimi Pariſienſis Archiepiſcopi temerè condemnatum eſſe. Quatuor à Clero Gallicano prævià maturâ deliberatione ſancitæ Propoſitiones non ſolùm quotidie in omnibus Scholis ejuſdem regni, verùm etiam in pluribus Academiis extra illud docentur & publicè defenduntur; ſed & hodie Pontifex iis, qui ante ſuſceptos gradus academicos in eaſdem propoſitiones jurarunt (quod omnes in

Jure

Digitized by Google

Jure Canonico vel in Theologia graduandi in Gallia facere tenentur) citra moram & difficultatem Bullas ad Abbatias & Epiſcopatus largitur. Hæc & ſimilia alia in ſpem me erigunt, futurum, ut Libri Febroniani, tot jam Nationibus chari (quorum ipſo hoc, quo hæc ſcribo, tempore nova iterum poſt tot præcedentes, ad exterorum Bibliopolarum, maximè Gallorum & Pedemontenſium, inſtantias Francofurti paratur editio) tot & tam ſplendidis authoritatibus ſuffulti, ipſis etiam Romanis minùs impoſterum viſuri ſint ingrati & pernicioſi.

Quidquid eveniat: ego poſt hæc receptuim cano, omnia divinæ providentiæ committens, nil ultra de hoc argumento, quod pro gloria Dei & honore Eccleſiæ ejus tractandum ſuſcepi, quodque modò vix non exhauſtum judico, ſcripturus aut dicturus, atque ita liberum campum omnibus adverſariis meis relicturus. Scribant illi, declament, calumnientur etiam, quantum velint; mereantur & obtineant pro ſuo labore cenſus annuos, ſpecialia Brevia Apoſtolica, varios favores & honores &c. om-

 nia

Digitized by Google

nia hæc & plura alia bona illis non invidebo; hoc volo, ut nullam à me deinceps replicam exſpectent. Quibus ea, quæ à nobis jam prolata ſunt, non ſufficiunt, eis nec plura ſufficient. Ineptiis & quibuſcunque aliis ad rem non facientibus vexari & detineri recuſo. Fortè, quieſcent alii; non quieſcet Ex-Jeſuita Zaccaria; etenim poſterioribus litteris Romanis nuntiatum eſt, eum nuper, cùm poſt fatum ſuæ Societatis ipſâ in urbe Romanâ ſcripto ſuſtinuiſſet, Summum Pontificem ſuâ authoritate & absque concurſu Oecumenici Concilii non poſſe Religioſum Ordinem extingvere, atque audaci hoc facto carceres S. Angeli promeritus eſſet, hanc vindictam publicam non evaſiſſe, niſi ſponſione factâ, ſe gravem hanc noxam continuatis adversùs Febronium ſcriptis expiaturum.

Poſt plura, quæ de viro hoc ventoſo per decurſum Operis obſervavimus, illud quoque memoriâ non indignum videtur, quod in Præfatione Tomi IV. ſui Antefebronii Vindicati his verbis de ſe ipſo memorat: „ Fateor, non-

„ nihil

„ nihil me pupugerant, quæ in Diario En-
„ cyclopedico (menſe Julii 1770.) in Fe-
„ bronii commendationem legeram, illúd-
„ que præſertim, quod ad meum quoque
„ *Antifebronium* pertinebat: *Les critiques de*
„ *Febronius ſont plus injuſtes que ſolides, &*
„ *plus injurieuſes que ſavantes.* Verùm re-
„ creavit animum Bartdtius, qui in hæc
„ Bullionenſis Cenſoris verba cit. (pag. 74.)
„ *il ne ſauroit en donner des preuves; & il*
„ *nous conſte* (o præclarum librorum judi-
„ cem!) *qu'il n'a lu aucun de ces critiques.*
„ Sed & illud ex Bartdtio (pag. 70.)
„ noſſe placuit: *ces prétendus applaudiſſemens*
„ (Febroniani operis) *ſe reduiſent aux Elo-*
„ *ges de quelques nouveaux Philoſophes &*
„ *d'un Journaliſte connu par ſon irreligion.*"
Riſum teneatis amici! Prætenſus ille Lip-
ſienſis Magiſter Bahrdt larvatus Jeſuita eſt,
Zaccariæ ſocius, qui perſonam Scriptoris
Proteſtantici plus quàm ineptè induit. Vid.
Tom. III. Febron. pag. 205. ſeqq.

 Quod

Digitized by Google

Quod ad me & mea qualiaqualia ſcripta attimet, non ſum is, qui ea omni ex parte abſoluta, errore & labe vacua exiſtimem; non ignoro, plura in iis curatiùs dici potuiſſe; hoc coram Deo judico, fundum ipſum & ſubſtantiam bona eſſe ac vera: ſcilicet modernam exteriorem faciem Eccleſiæ, ſeu Regiminis ſacri poſitionem, non eſſe talem, qualem Concilia & Patres deſiderant; eâ illam reformatione indigere, quam Synodi & graviſſimi Tractatores Eccleſiaſtici cupiunt, quorum auctoritates, minimè ambiguæ, per quatuor Tomos noſtros ſparſæ ſunt.

Cæterùm etſi ad omnes Epiſcopos totius Eccleſiæ curam quodammodo pertinere aſſeramus, & licèt omnes teneantur laboranti Eccleſiæ ſuccurrere: agnoſcimus tamen, id præſtanti quadam ratione primæ Sedis Epiſcopo competere. Qui primæ huic ac maximæ Sedi præeſt, ad eum pertinet in illud primariò incumbere, ut ab omnibus omnino Chriſtianis fides illibata cuſtodiatur,

ſitque

ſitque Canones ubique obſerventur. Hoc ſenſu intelligendum videtur illud Gregorii Magni, cunctos Chriſtianos, ubi peccant, Sedis Apoſtolicæ correctioni ſubjectos eſſe. Hoc ego Romani Epiſcopi privilegium, divino jure inſtitutum, non ſecus ac ejus Primatum conſtanter teneo; & ſi quid adversùs illud mihi in his meis ſcriptis exciderit (quod tamen factum eſſe non arbitror) illud damno, & pro non dicto haberi volo.

Equidem praeeunte Carolo Card. Lotharingo voluere omnes Tridentini Patres, Galli quidem expreſſè, reliqui tacitè aſſentiendo, ut quae emendandae Eccleſiaſticae Diſciplinae, propter injurias temporum (adde, & proprias hujus Synodi rationes atque modos) ab ipſis nondum ſat expurgatae, adhuc deerant, ſuppleantur ex antiquioribus & ſinceris Canonibus, maximè quatuor primorum Generalium Conciliorum, hunc in finem ad uſum & obſervantiam revocandis. Qui ſint hi antiqui Canones, praeſer-

tim illarum quatuor celeberrimarum Synodorum; quæ in his Eccleſiæ facies, quæ reſpectivè jura Rom. Pontificis, Epiſcoporum & Synodorum in eis explicata, à nobis per ſingulas Juris Eccleſiaſtici partes ſuis locis explanatum eſt. Attamen propter mutationes, quæ in politicis per Europam ſeriùs factæ ſunt, evenire poteſt, ut quædam puncta ex dictis Canonibus in uſum rèduci ægrè valeant: poſſet etiam Catholicis Principibus & Epiſcopis, exemplo Patrum Synodi Sardicenſis, pro bono unitatis utile videri, ut ſummo Pontifici aliquid amplius authoritatis in Eccleſia tribuatur, quàm ejus antecesſores primis ſex vel octo ſæculis obtinuerant; his caſibus priſtinos Canones ego ad literam moroſè non urgebo, ſed ſalvo eorundem ſpiritu & ſubſtantiâ dicam cum S. Hilario Lib. contra Conſtant. Aug. *Neque decedendum mihi eſſe de Chriſti confeſſione decrevi, neque honeſtam aliquam ac probabilem ineundæ unitatis rationem ſtatui reſpuendam.*

V. Kal. April. MDCCLXXIV.

DISSER-

DISSERTATIO VI.

DE LEGIBUS ECCLESIAE.

Caput I.

De jure Romani Pontificis in ferendis Eccleſiæ Legibus & de Ejus excommunicandi jure.

I.

Jn quavis Republica, quovis Statu ſeu Regno apud eum eſt jus legum, quæ ſubditos obligent, ferendarum, qui in eodem Statu gaudet jure majeſtatico & monarchico. Si Status ſit non abſolutè & ſimpliciter monarchicus, ſed mixtus, illorum concurſus ac conſenſus ad legislationem deſideratur, qui de jure majeſtatico participant. De Statu Eccleſiæ egimus Diſſertatione II. Cap. 1. ex communi graviſſimorum Theologorum & Canoniſtarum ſententiâ, qui omnes eum *mixtum*, & ab ariſtocratia temperatum aſſerunt. Quamvis barbaris his & ad regimen Eccleſiæ deſignandum parùm accommodis vocabulis nos ægrè utamur. Ipſe quin imo Zaccaria idem verbis affirmat, quamvis factis neget. Etenim ſibimet contrarius

Digitized by Google

Tomo III. ſui Antifebronii vindicati pag. 130. contendit, *formam monarchicam*, *quam Iſidorus* Mercator *ubique inculcat*, *à Chriſto ipſo inſtitutam eſſe*. In hujus falſæ theſeos ſequelam non dubitat pag. 66. aſſerere, Epiſcopos eſſe Romani Pontificis ſubditos; proinde eis minimè concedendam facultatem ſeu libertatem acceptandi leges à Pontifice datas, ita ut illæ per hanc acceptationem vim ac robur nanciſcantur. Etenim (ſic ille pag. 194.) *Primatus*, *qui ex Chriſti inſtitutione Petro ejusque ſucceſſoribus creditus fuit*, *verâ propriâque jurisdictione in univerſam Eccleſiam*, *etiam in Conciliis generalibus congregatam*, *præſtat*. Ne autem aliquam Epiſcopis in legislatoria poteſtate partem noſter Lojolæ diſcipulus concedere videatur, hinc pag. 247. & alibi ſæpius monet, *ità Chriſtum voluiſſe Epiſcopos regere Eccleſiam Dei*, *ut omnis eorum poteſtas juri Petri eſſet ſubjecta*, *iisque obnoxia coërcitionibus*, *quas Petrus Eccleſiæ univerſæ utiles eſſe judicâſſet*. Imo ex ſuo Ballerinio pag. 215. tradit *S. Petrum ejusque ſucceſſores Romanos Pontifices providiſſe*, *ut in ſingulis Provinciis ſinguli*, *& alii rurſum in amplioribus regionibus conſtituerentur*, *qui majorem in ipſos Provinciæ Epiſcopos haberent auctoritatem*, *quæ ſoli Petro ejusque ſucceſſoribus jure divino competebat*. Addit denique pag. 86. leges Romæ in Campo Floræ publicatas hoc ipſo totum mundum obligare. Cùm verò facilè evenire poſſit, imò toto die eveniat, ut leges Romæ conceptæ diſſitis regionibus & aliorum moribus minimè conveniant, ſic hoc ſaltem ſolatii Epiſcopis pag. 74. relinquit, ut iis caſibus illi ad Pontificem referant, qui certas provincias aut diœceſes à generalium Conſtitutionum ſuarum Lege, pro re natâ, eximere ſciet. Sed nec illud prætermittit Zaccaria pag. 326. quòd *Conſulta* quidem, quæ Pontifices reſponſa mittebant, modeſto vocabulo appellarint, nec tamen illa aut *conſilia* aut *directorium* cenſuerint, ſed ſemper ea pro *mandato* & *imperio* habuerint. Tam tetræ ſunt hæ Concluſiones, ut vix metuendum ſit, ne Alpes perrumpant. Et quæ demum in regimine univerſalis Eccleſiæ erit mixtura prætenſi ſtatûs monarchici, ſi ea ſint excluſiva jura

Monar-

Monarchæ in poteſtate Legislativa, quæ in omni Statu eſt primaria pars imperii?

II.

Alia ſanè atque verior proſtat regiminis Eccleſiaſtici ratio, quàm dura illa & tantùm non deſpotica, Epiſcopos (quos tamen Chriſtus poſuit regere Eccleſiam Dei) ab omni parte & jure proprio corregiminis excludens. Eam, relativè ad poteſtatem legislativam, curatiùs deſcripſit Petrus de Marca *Lib. II. Cap.* 16. *n.* 5. 6. nempe: „ Si lex Eccleſiaſtica aliquo „ pacto utilitatem publicam lædat, ab ea recipienda fideles „ abſtinere poſſe non invitus fatetur ſua res: duplici ratione. „ Prima eſt, quia poteſtas Eccleſiaſtica conceptis verbis data „ eſt *in ædificationem, non autem in deſtructionem*, ût teſtatur „ Apoſtolus 2. Corinth. Cap. 13. Unde ſequitur nihil obtrudendum eſſe fidelibus quod eos offendere aliquo pacto poſſit; atque adeo legem Eccleſiaſticam minùs commodam „ pro non ſcripta eſſe habendam. . . . . . Secunda verò „ ratio hæc eſt, quia Chriſtus ipſe diſcrimen utriusque poteſtatis in præceptis dandis auctoritate ſuâ conſtituit. *Reges* „ *gentium dominantur eorum, & qui poteſtatem habent ſuper* „ *eos, benefici vocantur, vos autem non ſic*, inquit ille apud „ Matthæum 20. & Lucam 22. His verbis de legitima Re„ gum auctoritate Chriſtus agit, non verò de tyrannica, cùm „ de iis Regibus loquatur qui *Benefici* & εὐεργέται à populis di„ cerentur. Et ſi quis abuti velit voce Græca κατακυριεύουσιν, „ quæ extat apud Matthæum, reponetur illi Lucam ſimplici „ verbo κυριεύειν uſum. In eo autem diſcrimen verſatur, quòd „ Regibus ſummo imperio multa peragere liberum ſit, quam „ effuſam licentiam ſuis Apoſtolis Chriſtus adimit; ita ut ve„ rus *dominatus* ſit penes *Reges*, non autem penes *Sacerdotes*; „ quorum poteſtas non eſt deſpotica, ſed temperata & ad po„ pulorum uſum accommodata; *ita ut Monarchia Eccleſiaſti* „ *ca ex Ariſtocratico regimine ſit commixta*; contrà quàm ac-

 „ cidit

„ cidit in pleriſque regnis, quæ jure optimo à Principibus
„ poſſidentur. Vehemens eſt Bernardus *de Conſid. Lib. II.*
„ *Cap.* 6. & ferè totus in eo, ut hanc ſententiam Eugenio
„ Pontifici perſuadeat. . . . . . . Ex quo ſequitur leges Ec-
„ cleſiaſticas, quæ de rebus jure naturali & divino non vetitis
„ εὐταξίαν & ordinem Eccleſiæ externum tantummodo com-
„ ponendum feruntur, non neceſſitate, ſed voluntate, non
„ timore corporali, ſed dilectione ſubjectorum niti debere. “

Hæc poſtquam veterum teſtimoniis de Marca firmaverat, ita proſequitur *num.* 8. „ Si quis autem de quæſtione pro-
„ poſita, quæ fuerit ſententia veterum requirat, definiri poſſe
„ videtur ex Innocentio I. & Gelaſio. Etenim ille non ſo-
„ lam editionem decretorum quæ complexa erat epiſtolâ
„ quam dederat ad Alexandrum Antiochenum, ſed etiam
„ conſenſum Epiſcoporum provincialium requirit. *Ut quæ*
„ *ipſe tam neceſſariò percunctatus es*, inquit, *& nos elimatè*
„ *reſpondimus*, *communi omnium conſenſu ſtudioque ſerventur*.
„ In eandem ſententiam Gelaſius dixit primam Sedem exequi
„ *unius cujuſque Synodi conſtitutum*, *quod univerſalis Eccleſiæ*
„ *probavit aſſenſus*. Imò & Hilarius à me ſuprà laudatus de-
„ creta ab Occidente in Orientem mitti conſueviſſe ſcripſit,
„ non extorquendi aſſenſûs injuriâ, ſed inſtruendæ omnium
„ conſcientiæ cognitione. Ad hanc diſputationem illuſtran-
„ dam non omitti debet inſigne Anaſtaſii Bibliothecarii te-
„ ſtimonium, qui ad marginem ſexti Canonis Trullani Con-
„ cilii, hæc adnotavit: *Nec te moveat ſi hanc definitionem nos*
„ *minimè habeamus*, *cùm & earum nonnullas quas inter Ca-*
„ *nones habemus in auctoritatem non recipiamus*, *ſicut quaſ-*
„ *dam ex Conciliis. Aliæ namque apud Græcos tantùm*, *aliæ*
„ *verò apud certas ſolùm provincias in obſervantia Eccleſiaſticæ*
„ *aſſumuntur*, *ſicut ſunt Laodicenſis Concilii* 16. *&* 17. *regu-*
„ *læ*, *quæ apud Græcos tantùm ſervantur*, *nec non & Africa-*
„ *norum Conciliorum* 6. *&* 8. *Capitula*, *quæ nulla provincia*
„ *ſervare niſi Africana dignoſcitur*. “

Qui

Qui ſoli Rom. Pontifici poteſtatem novarum legum condendarum tribuunt, eos *adulatores* jure vocat Card. Cuſanus de Concord. Lib. II. Cap. 12. ubi *Romanus*, inquit, *Pontifex in condendis ſtatutis generalibus non eam habet poteſtatem, quam quidam adulatores ei contribuunt, ſcilicet quòd ipſe tantùm ſtatuere habeat aliis conſulentibus.* *Scilicet* (uti rectè obſervat Chriſtianus Lupus *App. Tom. V. pag.* 184.) Cuſanus in eo diſtingvit totius Eccleſiæ univerſales Canones ab Apoſtolicæ Sedis Decretis, quòd illi à ſola generali Synodo poſſint condi; hæc autem ex illis debeant hauriri.

III.

Si jam quæratur, ad quos pertineat, prævio conveniente examine, ſuo aſſenſu dare vim & efficaciam legis Pontificiæ Conſtitutioni in materia, quæ ad externum Eccleſiæ ordinem componendum pertinet? Reſpondet paucis & ſolidè idem vir illuſtriſſimus cit. Lib. II. Cap. 17. n. 1. id verbo explicari poſſe: nempe *ad eos, quorum intereſt legem ferri, ideòque ad Eccleſiam Gallicanam in Gallia, id eſt, AD EPISCOPOS ET CÆTEROS DE CLERO, qui conventibus publicis intereſſe ſolent.* Rem per ſe ſatis apertam deinde exemplis, ex Hiſtoria Eccleſiaſtica Galliæ deſumptis, illuſtrat. Sic Siricii & Innocentii I. decretales Epiſtolas, quæ ſacerdotibus & Diaconis uxorum uſum ita interdixerunt; ut contumaces à communione dominica abſtinerentur, Eccleſia Gallicana non ſtatim admiſit eo rigore, ut illi à communione repellerentur, ſed rem totam initio ita temperavit, ut eis ab officio ſuſpenſis, communione conceſſâ, ad altiores gradus aſcendendi ſpes adimeretur. Hæc probantur Canone ſecundo Concilii Turonici I. anno 461. apud Harduinum *Tomo II. col.* 794. Eodem jure uſam eſſe Eccleſiam Gallicanam in non admittendis Canonibus Apoſtolicis, etiam poſt editam à Dionyſio Exiguo Collectionem ſuam, probat de Marca *Lib. III. Cap.* 4. *n.* 3. Alia ejus generis mittimus, quæ apud eundem Auctorem *cit. Cap.*

Digitized by Google

17. legi poſſunt. In his omnibus nec umbra ejus præviæ particularium Eccleſiarum ad Rom. Pontificem relationis, & ab eo exſpectandæ reſolutionis, quam deſiderat Zaccaria *cit. pag.* 74. poſt Benedictum XIV. in Tract. *de Synod. Diœceſ. Lib. IX. Cap.* 2. 3. Audiendus hic potiore jure ſæpe laudatus de Marca *Lib. IV. Cap.* 6. *n.* 6. ubi: „ Galli, inquit, ad Romanum „ Pontificem reſcribebant, ſi tanti eſſet res controverſa, ut „ illam diligentiam exigeret, ut poſſent ὠφελεῖσθαι ἢ ὠφελεῖν „ (hoc eſt, *ſive juvari, ſive juvare*) quemadmodum loquitur „ Octava Synodus (Can. XIII.) de iis quæ diſceptantur cum „ Eccleſia Romana. " Hoc reſpectivo adjutorio, id eſt, omni publica ſeu reciproca utilitate inter Romanam & Gallicanam Eccleſiam ceſſante, Galli Romam non reſcribebant, contenti veniens ab urbe mandatum ſeu legem relinquere ſine fructu & uſu.

Adeo hæc vera ſunt, ut Conciliorum, etiam generalium, Canones *diſciplinares* ſuum denique vigorem ac robur à particularium Eccleſiarum acceptatione nanciſcantur. Hoc jure expendendorum, ac dein vel recipiendorum vel repellendorum Canonum uſa eſt Eccleſia Gallicana in Conventu Bituricenſi anni 1438. à Carolo VII. Rege Francorum indicto. Etenim cùm à Legatis Synodi Baſileenſis, quæ apud Gallos tum Concilii generalis nomine cenſebatur, Eccleſiæ Gallicanæ Congregatio rogaretur, ut decreta & ſtatuta ejusdem ſacri Concilii recipere, acceptare, obſervare, obſervarique facere vellet, *Prælati & ceteri viri Eccleſiaſtici Eccleſiam Regni & Delphinatûs repræſentantes, præhabitâ inter eos multimodâ diutinâque apertione, diſcutione atque digeſtione, memorata ipſius ſacræ Baſileenſis Synodi decreta, ordinationes & ſtatuta aliqua ſimpliciter ùt jacent, alia verò cum certis modificationibus & formis, non hæſitatione poteſtatis & autoritatis condentis & promulgantis, ipſius ſcilicet ſacræ Baſileenſis Synodi, ſed quatenus commoditatibus, temporibus & moribus regionum & perſonarum ſæpefatorum noſtrorum Regni & Delphina-*

phinatûs congruere, *convenirêque congruè*, *jurêque conſpexerunt*, *prout inferiùs annotantur & inſeruntur*, *illicò & indilatè recipienda conſenſerunt*, *& acceptanda deliberaverunt.* Vid. Commentaire de M. Dupuy ſur le traité des Libertez de l'Egliſe Gallicane de M. Pierre Pithou *Tom. II. pag.* 9. *edit. an.* 1715. Cùm hæc quoque allegentur *Tom. II. Febr. pag.* 419. intercedit Zaccaria *Tom. III. pag.* 82. dicens, hic fraudem à Febronio commiſſam, quandoquidem ille diſſimulaverit, Conventum Bituricenſem, dum illa decreta ſibi temperanda cenſuit, id eum feciſſe *ſub ſpe*, futurum ut Patres Baſileenſes hæc temperamenta rata haberent. Si in hoc fraus eſt, tam primus commiſit Petrus de Marca *Lib. II. Cap.* 17. *n.* 4. ubi hoc argumento uſus eſt. Sed depellamus injuriam à viro magno. Dixit revera Bituricenſis Congregatio, *ſe illa decreta*, *circa quæ fuerunt facta prænotatæ modificationes*, *acceptare ſub ſpe ſcilicet*, *quòd iſtæ modificationes per ſacrum Concilium Baſileenſe admittentur.* Sub ſpe inquam: id eſt, *eâ fiduciâ*; neque enim Eccleſia Gallicana per hoc memoratas modificationes a ſubſequente Synodi decreto ſeu conſenſu ſuſpenſas voluit, ſed magis eas citra moram effectui tradi. Verba Conventûs hæc ſunt: *Concluſit prælibata Congregatio*, *ut . . . . . ſimiliter illa decreta*, *circa quæ fuerunt factæ prænotatæ modificationes EX NUNC*, *cum ipſis ſcilicet modificationibus acceptentur*, *prout etiam acceptantur*, *ſub ſpe ſcilicet &c.* ut ſuprà. Pergunt deinde Patres: *Et poſtremò viſum fuit prædictæ Congregationi inſtandum fore omnino apud* Regem, *ut ipſe EX NUNC decreta eadem juxta modos prænotatos acceptet & approbet*, *mandando diſtrictè EX NUNC Curiæ Parlamenti & aliis Juſtitiariis ac aliorum Dominorum Regni*, *quatenus de puncto in punctum præmiſſa inviolabiliter & in perpetuum obſervent*, *& obſervari faciant.*

IV.

Uſus etiam eſt hunc in finem Febronius *l. cit.* argumento eorum, quæ occaſione receptionis Concilii Tridentini, tum

Digitized by Google

tum alibi, tum præcipuè in Gallia, acta ſunt. Referamus primùm quæ eâ de re memorat Ill. de Marca *cit. Cap.* 17. *n* 6. „ Frequentiſſimè ait, totius Cleri Gallicani Conventus Con-„ cilii Tridentini promulgationem à Regibus noſtris ſupplici-„ bus libellis poſtulavit, eâ lege, ut imperio ſuo ea capita „ exciperent, quæ moribus regni, id eſt, libertatibus Eccle-„ ſiæ Gallicanæ adverſarentur. Quorum deſideriis Principes, „ toto hoc negotio ſæpe in conſilium prudentiſſimorum vi-„ rorum relato, ſe accommodare non potuerunt. Quod non „ ita interpretari oportet, ac ſi contumaci animo ejus Con-„ cilii communionem reſpuerent, quam in negotio fidei ſan-„ ctiſſimè colunt. Quin potius eam ſententiam amplexi ſunt „ Studio tuendæ libertatis Eccleſiæ Gallicanæ, quæ in quam „ plurimis capitibus hujus Concilii decretis peſſumdatur. „ Eam perniciem non admiſſis Synodi conſtitutis amoliri tu-„ tius eſſe duxerunt, quàm receptæ ſemel auctoritati, quæ „ pondere ſuo delicata ingenia premere poſſet, exceptioni-„ bus quibusdam jura Gallici imperii ſubducere. “

At monet Zaccaria *pag.* 83. debuiſſe Febronium meminiſſe, ſe eo loco de *Epiſcoporum* juribus egiſſe, ut leges expendant, veteri diſciplinæ conſuetudinique contrarias rejiciant, eisdémque exceptiones & modos adhibeant, quos opportunos judicaverint: verùm nihil in hunc finem conferri potuiſſe hoc Gallorum Tridentinæ Synodi acceptioni obſiſtentium exemplo; ex quo Gallicani Præſules ſe ad recipiendum Tridentinum Concilium conſcientiæ officio teneri declaraſſent, Regiis tantùm Miniſtris effectum impedientibus. Non immemorem nec inattentum Jeſuita monet; ſed non debebat ille ignorare *primò* quod monuit de Marca Lib. II. Cap. 1. n. 3. ſcilicet: *longè aberrant qui Eccleſiam Gallicanam Clero coërcent; latior eſt illius ſignificatio, quæ laicos, ipſúmque Regem comprehendit.* Non debebat ignorare *ſecundò*, Epiſcopos Galliæ, cùm, non ipſum quidem Concilium Tridentinum, ſed ejusdem Concilii Canones (& id quidem adhuc reſervato

vato Regis beneplacito, quod dein ſecutum non eſt) acceptarent, id non ſimpliciter, ſed cum judicio, cum cautelis, cum exceptionibus & limitationibus egiſſe. Facta eſt hæc eventualis acceptatio in Conventu Melodunenſi anno 1579. Proſtat ejus documentum in Hiſtoria Receptionis Concilii Trid. an. 1756. edita *Tom. II. ſub init.* In eo ita Epiſcopi ad Regem Henricum III. „ Après s'être mis tous enſemble „ en dévotion, & avoir invoqué le Saint-Eſprit, ils ont „ ſenti qu'il leur avoit vivement touché au cœur, pour con„ noître qu'il étoit meshui temps que pour remettre la crain„ te & ſervice de Dieu en ce Royaume, ils procédaſſent ſin„ cerement & ſans feintiſe à la réformation d'eux mêmes & „ du reſte de l'Etat Eccléſiaſtique; & comme ils ſe ſont pro„ mis que cette ſainte intention vous ſeroit bien agréable, „ auſſi ils nous ont envoyé exprès vers V. M. pour la ſupplier „ très-humblement d'en vouloir agreér, recevoir, & au„ toriſer les moyens, desquels, s'il vous plait, nous vous „ fairons dès préſentement ouverture. . . . . *Dein poſt plu„ ra:* Pour ces raiſons, & après les avoir bien peſées avec „ pluſieurs autres, le Clergé vous ſupplie très-humblement, „ que par votre autorité il lui ſoit permis de remettre la diſ„ cipline Eccleſiaſtique & ſe réformer à ſon eſcient, à l'hon„ neur de Dieu, gloire & réputation de votre nom & di„ gnité. *Il a choiſi* de toutes les régles de réformation & diſ„ cipline, celles qui ont été par le Saint-Eſprit dictées & „ écrites au Saint & univerſel Concile de Trente; *parce qu'il* „ ne s'en trouve point qui ſoient plus auſteres & rigoureuſes, „ ni plus propres à l'indiſpoſition & maladie préſente de tous „ les Membres du Corps Eccleſiaſtique &c. " Vides hic ex parte Epiſcoporum libertatem, deliberationem, optionem, denique conſenſum; nullam econtra ab auctoritate coactionem. Verùm ne ſic quidem Epiſcopi à Rege veniam obtinuerunt adoptandorum & publicandorum Decretorum hujus univerſalis Concilii: quinimò jam ante Melodunenſem Conventum à Clero ſecundi ordinis adversùs hanc receptionem pro-

proteſtationem injectam fuiſſe legimus in jam memorata Hiſtoria *Tom. I. pag.* 359. *ſeqq.* Summatim Gallicanos Epiſcopos non recipere Canones Conciliorum œcumenicorum absque prævio examine, tradit & probat de Marca *Lib. II. Cap.* 17. *per tot.*

V.

Sanè plures eæque graviſſimæ fuere rationes, quæ non dicam Miniſtrorum Regis, ſed Epiſcoporum conſilia & aſſenſum in admittendis indiſtinctè Tridentinis Canonibus debuiſſent retardare. Ut alia Eccleſiæ Gallicanæ minùs idonea hic non memorem, numerat Durandus Pariſienſis Parlamenti Advocatus in ſuo Dictionario Juris Canonici anno 1761. Pariſiis edito *Tom. II. pag.* 822. duodecim articulos, in queis auctoritas, qua Epiſcopi Galliæ ab antiquo fruuntur, multò amplior eſt eâ, quæ ipſis in Tridentino relinquitur. Viciſſim alios decem articulos idem auctor annuntiat, quibus ex uſu regni reſtrictior eſt eorundem Epiſcoporum poteſtas, quàm ea ſit illis in partibus ubi ex legibus Concilii Tridentini vivitur. Hæc quo plus incommodi & confuſionis in Eccleſiaſticis parere apta ſunt, eò amplius deliberationis (cui facultas aſſentiendi vel diſſentiendi cohæreat) ab eis prætertim deſiderant, quibus cura & regimen Eccleſiæ à Deo commiſſum noſcitur. Rectè eâ occaſione monet jam laudatus Durandus, acceptatione utcunque extensâ cujuscunque demum Concilii, non poſſe in rebus diſciplinæ unam Provinciam obligari ad dimittendum ſuos haud illaudabiles caſus, & ſequendum aliarum Eccleſiarum mores.

Vis plura & his antiquiora? Epiſcopi Hiſpaniæ non aſtiterant ſexto Concilio Generali, imò ad illud ne vocati quidem fuerant. Acta hujus Concilii ſub Pontificatu Agathonis publicata, & ab eodem *ſuo modo* confirmata, cùm Epiſcopis Hiſpaniæ præſentarentur, hi ea approbârunt, ſed non antè quàm

illa

illa pro jure ſuo Synodaliter iteratò examinâſſent in Synodo Toletana XIV. an. 684. apud Harduinum *Tom. III. col.* 1753. ubi Cap. 4. Patres inquiunt: *Placuit adunato per ſingulas quasque provincias regni ejus conciliorum conventu, Synodica iterum examinare decocta, vel communi omnium conciliorum judicio comprobata, per ſingula Hiſpaniæ provinciarum concilia præmemorata Synodi (VI.) geſta, ſeu etiam eadem partis noſtræ reſponſa omnium notionem attingant, ſalubri etiam divulgatione in agnitionem plebium tranſeant.* Dein Cap. 6. *Et ideo ſupradicti acta Concilii in tantum à nobis veneranda ſunt, & recipienda conſtabunt, in quantum à præmiſſis Conciliis non diſcedunt; immo in quantum cum illis concordare videntur.*

„ Aliquis fortaſſe exiſtimare poſſet (ſic de Marca *cit.* „ *Cap.* 17. *n.* 7.) tria illa capita, quæ hucuſque variis probationibus & teſtimoniis vera eſſe oſtendimus 1) de neceſſitate promulgandarum & 2) uſu recipiendarum legum Eccleſiaſticarum, déque 3) regii conſensûs adſtipulatione, „ apud nos quidem haberi indubitata, ſed hanc ſententiam à „ Romanis Pontificibus nunquam fuiſſe approbatam, & in „ earum opinionum cenſum redigi debere, quæ inter ambas „ poteſtates ſunt controverſæ. Sed præterquam quòd excipere poſſum de gravium auctorum numero, tam Theologiæ „ quàm Juris peritorum, qui conſtanter horum axiomatum „ veritatem profitentur, ſaltem quod attinet ad neceſſitatem „ edendæ & recipiendæ legis, qui nullâ cenſurâ hac in parte „ perſtricti ſunt, id unum obſervaſſe ſufficiet ad Eccleſiæ „ Gallicanæ rationes conſtituendas, hanc ſententiam, quam „ aſſerimus, Concordatis eſſe confirmatam. Invaluerat ante „ pacta illa publica, hæc opinio in regno, decreta Conciliorum vel Pontificum legis vim per Gallias non obtinere „ donec 1) *diſcuſſa & recepta fuiſſent ab Eccleſia Gallicana*, „ & 2) *regii conſensûs auctoritate munita*, quemadmodum „ docent Conventus Bituricenſis & Pragmaticæ Sanctionis „ verba, pluribusque probant Guillelmus Benedictus in Cap.

„ *Raynutius* in verbo *& uxorem* §. 233. & ſeqq. & Anfrerius
„ in Rep. Clem. *Notab. X. de Offic. ord.* qui Commentarios
„ ſuos ante Concordatorum pactionem ediderunt. " His adde doctrinam Magnifici Rectoris Greg. Zallwein *Tom. III. Febr. pag.* 92.

Sanis his principiis innititur quod eod. *Tomo III. pag.* 291. ex principiis juris communis & præcipuè Gallicani à nobis traditum eſt, Caſuum reſervationes, licèt à ſummo Pontifice vel à generali Concilio ſtatutas, vigore deſtitui, niſi Epiſcoporum conſenſu firmentur.

VI.

Adverſùm hæc Zaccaria *pag.* 9. 12. 16. 19. 20. 21. 24. 25. *&* 28. varia antiquorum enuntiata in medium proponit, quibus quæ hactenus, præſertim contra RR. Pontificum abſolutam, & concurſum Epiſcopalis auctoritatis non deſiderantem, leges ferendi poteſtatem, ex uſu & obſervantiâ SS. Canonibus conformi prolata & probata ſunt, debellari poſſe exiſtimat. Sic 1) Cœleſtinus Papa Epiſt. IV. *in ſpeculis*, inquit, *à Deo conſtituti, ut vigilantiæ noſtræ diligentiam comprobantes, & quæ coërcenda ſunt, reſecemus, & quæ obſervanda ſanciamus.* 2) Innocentius I. Epiſt. VI. ubi: *Si ad aliquos forma illa Eccleſiaſtica vitæ pariter & diſciplinæ, quæ ab Epiſcopo Siricio ad provincias commeavit, non probabitur perveniſſe, his ignorationis venia remittetur, ita ut de cetero penitus incipiant abſtinere. Et ita gradus ſuos, in quibus inventi fuerint, ſic retentent, ut eis non liceat ad potiora conſcendere. Quibus in beneficio eſſe debet, quòd hunc ipſum locum, quem retinent, non amittunt. Si qui autem ſciſſe formam vivendi miſſam à Siricio detegentur, neque ſtatim cupiditates libidinis abjeciſſe; illi ſunt modis omnibus ſubmovendi.* 3) S. Leo M. Epiſt. III. Cap. 5. *Ne quid verò ſit, quod prætermiſſum à nobis fortè credatur, omnia decretalia Conſtituta, tam beatæ recordationis Innocentii,*

quàm

quàm omnium deceſſorum noſtrorum, quæ de Eccleſiaſticis ordinibus, & Canonum promulgata ſunt diſciplinis, ita à veſtra dilectione cuſtodiri debere mandamus, ut ſi quis in illa commiſerit, veniam ſibi deinceps noverit denegari. 4) Idem S. Doctor & Pontifex Epiſt. XII. Cap. II. *Magnâ ordinatione proviſum eſt, ne omnes* (Epiſcopi) *ſibi omnia vindicarent: ſed eſſent in ſingulis provinciis ſinguli, quorum inter fratres haberetur prima ſententia: & rurſus quidam in majoribus urbibus conſtituti, ſollicitudinem ſuſciperent ampliorem, per quos ad unam Petri Sedem univerſalis Eccleſiæ cura conflueret, & nihil usquam à ſuo Capite diſſideret. Qui ergo ſcit ſe quibusdam eſſe præpoſitum, non moleſte ferat aliquem ſibi eſſe prælatum: ſed obedientiam quam exigit; etiam ipſe dependat.* 5) Sed & idem S. Leo Epiſt. XI. Cap. I. *Quod ergo*, ait, *à patribus noſtris propenſiore curâ novimus eſſe ſervatum, à vobis* (Orientalibus ſcilicet) *hoc volumus cuſtodiri, ut non paſſim diebus omnibus Sacerdotalis vel Levitica ordinatio, ſed poſt diem Sabbati ejus noctis, quæ in prima Sabbati luceſcit &c.* Hæc Sanctus Papa mandat Dioscoro Alexandrino: alia Maximo Antiocheno Epiſt. XCII. Cap. 6. quæ ferè repetit Epiſtola ſequente ad Theodoritum Epiſcopum Cap. 6. Denique 6) Zaccaria in rem ſuam citat quædam loca è Gelaſio Papa, & imprimis quidem ex ejuſdem Tomo de Schiſmatis vinculo, apud Harduinum *Tomo II. col.* 937. quæ ſequuntur: *Quod Sedes Apoſtolica non conſenſit, nec Imperator impoſuit, nec Anatolius uſurpavit; totùmque ùt dictum eſt, in Sedis Apoſtolicæ eſt poſitum poteſtate: ita quod in Synodo Sedes Apoſtolica firmavit, hoc robur obtinuit; quod refutavit, habere non potuit firmitatem: & ſola reſcindit, quod præter ordinem congregatio Synodica putaverat uſurpandum: non promulgatrix iteratæ ſententiæ, ſed cum Sede Apoſtolica veteris executrix.* Deinde ex ejuſdem Epiſt. V. Cap. 9. (Zaccaria hîc perperam citat Epiſtolam VII.) hæc: *Cùm Sedes Apoſtolica ſuper his omnibus, favente Domino, quæ paternis Canonibus ſunt præfixa, pio devotoque ſtudeat tenere propoſito; ſatis indignum eſt, quemquam vel Pontificum vel ordinum ſubſequen-*

quentium hanc obſervantiam refutare, quam beati Petri Sedem vel ſequi videat vel docere: ſatiſque conveniens ſit, ut totum corpus Eccleſiæ in hac ſibimet obſervatione concordet, quam illic vigere conſpiciat, ubi Dominus Eccleſiæ totius poſuit principatum, dicente Scriptura: Ordinate in me caritatem. *Et item:* Omnia cum ordine fiant.

Hæc ſpecioſa magis ſunt quàm ſolida, ad præſtitutum adverſario finem, id eſt, ad aſſerendam Rom. Pontifici legislatoriam in univerſa Eccleſia poteſtatem à neceſſitate Epiſcopalis conſenſûs liberam. Etenim ad 1) Cæleſtinus Papa edoctus in Viennenſi ac Narbonenſi provinciis quosdam vigere abuſus, Apoſtolicis Canonibus contrarios, circa gradus Eccleſiaſticæ Ordinationis, circa ornatum Sacerdotalem in miniſterio Eccleſiæ, circa negationem ultimæ pœnitentiæ &c. *officii ſui provocatus inſtinctu, in ſpecula à Deo conſtitutus, ut vigilantiæ ſuæ diligentiam comprobans, & quæ coërcenda ſunt reſecet, & quæ obſervanda ſunt ſanciat ..... Cùm plerique veſtrûm* (inquit ejuſd. Epiſtolæ Cap. 5.) *ſint qui Apoſtolicæ Sedis ſtatuta cognoverint, nobiſcum tempore aliquanto converſati, ad diſciplinæ normam, noſtris conventa ADHORTATIONIBUS, omnia Fraternitas veſtra revocare feſtinet.* Quantum hæc diſtant à ſtylo legislatorio, tantum ſunt conformia muneri Primatis Eccleſiæ, cui cura & executio Canonum commiſſa eſt, unà cum ſollicitudine, ut uniformitas rituum in ſubſtantialibus ſervetur. 2) Innocentii I. Epiſtola VI. continet revera Conſtitutionem, uti dicimus, Apoſtolicam, ſed inſimul argumentum adverſario contrarium; ſiquidem (uti ſuprà *num.* 3. poſt Petrum de Marca obſervavimus) ea teſte Can. 3. Concilii Turonici ab Eccleſia Gallicana non fuerit ſimpliciter acceptata, ſed cum notabili moderamine. Nec minùs 3) Epiſtolam Leonis M. tertiam abſolutæ poteſtati legislatoriæ Romanorum Pontificum adverſam, & ex contrario deſideratæ ad valorem Conſtitutionis Eccleſiarum receptioni faventem eſſe, *Tomo III. Febron. pag.* 94. probatum fuit. 4) In allegatis ex adverſo verbis Epiſtolæ

Epiſtolæ XII. ejusd. S. Leonis nihil video expreſſum præter gradus Ordinum, ſcilicet Epiſcoporum, Metropolitanorum, Patriarcharum & demum Romanorum Pontificum; in quibus alteri alteris debent obedientiam SS. Canonibus conformem. In Petri quidem Sede hic quoque cernimus univerſalem Primatum & Centrum Eccleſiæ; ſed nihil quod ad eam, quam modò tractamus, quæſtionem pertineat. 5) Non poſſum non mirari, quòd Jeſuita Epiſtolam Leonis ad Epiſcopum Alexandrinum datam ejusque contenta pro Pontificia *Lege*, ſeu etiam *Juſſu* accipiat. Sanè quod S. Papa in Orientem ſic perſcripſit, putavit ille partem eſſe Eccleſiaſtici ritûs, non ex Apoſtolica ſolùm traditione provenientis, ſed in ipſa etiam ſacra Scriptura fundati. Sic etenim ait: *Nam præter autoritatem conſuetudinis, quam ex Apoſtolica novimus venire doctrina, etiam ſacra Scriptura manifeſtat, quòd cùm Apoſtoli Paulum & Barnabam ex præcepto Spiritûs ſancti ad Evangelium gentibus mitterent prædicandum, jejunantes & orantes impoſuerunt eis manus &c.* Attamen Orientalibus non imperavit, ſed eos *monuit*, ut hunc Occidentalium ritum ſequerentur. *Studioſè ergo*, inquit, *dilectionem tuam & FAMILIARITER ADMONEMUS; ut quod noſtræ conſuetudini ex forma paternæ traditionis inſedit, tua quoque cura non negligat! ut per omnia nobis & fide & actibus congruamus.* Neque aliter capi poſſunt aut debent verba illa Epiſtolæ 92. ad Maximum Antiochenum: *Illud quoque dilectionem tuam convenit præcavere &c.* Quæ ſequenti Epiſtola 93. Cap. 6. ad Theodoritum Cyri Epiſcopum ſcripſit Leo, ſcilicet ad avertenda ea, *quæ illicitâ contra venerabiles Nicænos Canones præſumptione tentata ſunt . . . . hoc ſpecialiter STATUENS, ut præter Dominos Sacerdotes nullus audeat prædicare, ſeu monachus, ſive ſit laicus, qui cujuslibet ſcientiæ nomine glorietur*: non multò majoris roboris ſunt, tanquam connexa cum iis quibus idem Caput incipit, ſcilicet: *Quod ſupereſt, EXHORTAMUR, ut quia illic nonnullas Eutychiani ac Neſtoriani erroris reliquias cognovimus remanſiſſe, nunc etiam Sedi Apoſtolicæ collabores.* Cæterùm non prætermitten-

mittendum, hanc ipſam eſſe Epiſtolam, in qua S. Leo ait: *Gloriamur in Domino, qui nullum nos in noſtris fratribus detrimentum ſuſtinere permiſit, ſed quæ noſtro priùs miniſterio* (alii *noſtrum miniſterium*) *definierat, univerſæ fraternitatis irretractabilis firmavit aſſenſus: ut verè à ſe prodiiſſe oſtenderet, quod priùs à prima omnium Sede formatum, totius Chriſtiani orbis judicium recepiſſet: ut in hoc quoque Capite membra concordent.* His nempe verbis indicat, qua ratione primæ Sedis judicia firmentur & irretractabilia fiant: ſcilicet per œcumenici Concilii aſſenſum. Adde *Tom. II. Febr. pag.* 424. Equidem P. Zaccaria *pag.* 26. nobis perſuadere conatur, Pontifices, etſi legem facerent, attamen cùm eam ad Orientis Patriarchas darent, familiariore ſtylo ac temperatiore uſos eſſe. Sed hoc ariolari eſt, & legem falsò ſupponere, ubi verba Pontificiarum Epiſtolarum aliud omne quàm legem loquuntur. 6) Quod hîc ex Gelaſii Tomo de Schiſmatis vinculo refertur, pariter ad rem non attinet. Sanè in *quod Apoſtolica Sedes* (de cujus jure & præjudicio in Seſſ. XV. Concilii Chalcedonenſis, Can. 28. agebatur) *non conſenſit*; *quòdque Imperator non impoſuit*; quod nec ipſe *Anatolius* Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus (cujus Sedi indebitus honor attribui credebatur) *uſurpavit*; quod demum *præter ordinem* (id eſt, contra Canonem VI. Concilii Nicani) *Congregatio Synodica putaverat uſurpandum*: hoc ſine dubio *Sedes Apoſtolica, veteris ſtatuti executrix*, poterat, etiam *ſola*, multò magis *cum* ipſa Synodo *reſcindere.* Addit Zaccaria, ſub finem ejusdem Tomi à Gelaſio dici: *Quapropter non veremur, ne Apoſtolica ſententia reſolvatur, quam & vox Chriſti, & majorum traditio, & Canonum fulcit auctoritas: ut totam potiùs Eccleſiam ſemper ipſa dijudicet.* Ego Gelaſianum opuſculum lego & relego, neque tamen illa verba in eo conſpicio; & ſi illa ibidem exſtarent, me minimè moverent. Quæ ex ejusdem S. Pontificis Epiſtola V. ab adverſario referuntur, ea nominatim reſpiciunt *paternos Canones ab Eccleſia receptos*, & tam in Eccleſia Romana quàm in aliis communiter vigentes. Porro hæc Epiſtola non

non ad Orientales, ſed ad Epiſcopos per Lucaniam & Brutios & Siciliam conſtitutos ſcripta eſt. Plures ejus generis imaginarias leges Pontificias referemus & examinabimus *Diſſert. VIII. Cap. I.* Adde his *Tom. III. Febr. à pag. 96. ad pag.* 114.

VII.

Poſt hæc in duobus Zaccaria jubilat, putans ſe Febronii Fidem omnino confixurum. Scilicet dederat ille primum *Tom. II. Febr. pag.* 426. Epiſtolæ tertiæ S. Leonis M. hunc titulum: *Leo Epiſcopus Urbis Romæ univerſis Epiſcopis per Campaniam, Picenum, Tuſciam & per univerſas ITALIÆ provincias conſtitutis.* Adverſus hanc inſcriptionem ſic exclamat Jeſuita pag. 24. „ Proh ſcelus! addidit Febronius de ſuo *Italiæ* nomen, „ quod Codices tum manu Exarati, tum impreſſi ignorant. " Non dicam modò cujus culpâ acciderit, ut verbum *Italiæ* non fuerit diſtincto caractere impreſſum: an Auctoris, an Librarii, an Typographi; hoc dico, illud ſubintelligi, & commentarii loco adjectum cenſeri. Interim, ajunt, additur in Rubro: *& per univerſas provincias conſtitutis*; idque eo fine (quemadmodum arguit Petrus Conſtantius *in Præfatione ad Epiſtolas RR. Pontificum pag LI.*) ut ex mente Leonis hæc Epiſtola per Epiſcopos Campaniæ, Piceni & Tuſciæ ad omnes per orbem terrarum provincias mitterentur. Hoc ego neque puto credibile, neque uſui ejus ævi conforme; proinde de provinciis quæ nominatis *propinquiores* & in eodem cum illis ſpecialiori nexu erga Romanam Sedem ſunt, intelligendum eſſe. Confer huc *Cap. ſeq. num.* 4. Non fuit ſanè Epiſcopis ſuburbicariis commodum neque ferè poſſibile, quas ipſi à Romano Pontifice accipiebant Epiſtolas, eas communicare cum Eccleſiis longo marium terrarúmque tractu diſſitis, in Oriente, Ægypto, Africâ, Hiſpaniâ, Galliâ, Dalmatiâ &c. Expeditiſſima & magis uſitata via promulgandi Pontificum Decreta *ad omnes Eccleſias* pertinentia, ea erat, quam deſcripſit laudatus Conſtantius *l. cit. pag. LIII.* ubi: „ Erat, inquit, ſanè „ expedi-

„ expeditiſſima promulgationis via: Frequentes celebrari Syno„ dos moris erat, ubi Pontificibus facile fuit tum *ſua CUM* „ *EPISCOPIS CONDERE, ADEOQUE PROMULGARE* „ *Decreta*, tum etiam ea publicare quæ ad exteros data fue„ rant. Si verò, ùt fit, aberant à Synodis nonnulli, aut „ nec Synodos ipſas cogi licebat, *proclive itidem fuit mille* „ *exempla Decretorum* ad præcipuos provinciarum Antiſtites, „ qui eo ipſi deinde ceteris illa diſtribuebant eò facilius, quo „ viciniores erant. Decretis porro ſic publicatis, & *EPI-* „ *SCOPORUM JUDICIO ATQUE CONSENSU FIRMA-* „ *TIS*, tanta accedebat auctoritas, ut illis ſic tamquam legi„ bus adſtringi putarent eos, quorum ad notitiam pervene„ rant:" Duo in his obſervari cupiam: *Primum*, quòd Pontificibus proclive fuerit exempla Decretorum ad præcipuos *Provinciarum* Antiſtites mittere, quod non æque facile eſſe potuit Epiſcopis Campaniæ, Piceni & Tuſciæ: Alterum, quod Epiſcoporum judicio atque conſenſu firmentur imò condantur Apoſtolicæ Conſtitutiones, & hoc eſt quod toto hoc Capite aſſerimus & probamus.

Dixit inſuper cit. pag. 426. Febronius Decreta Concilii Romani de anno 494. (è quibus deſumptus eſt Canon 3. Diſt. XV.) non eſſe extra omnem criſin; intelligo illam, quæ genuinam examinat literam atque ſenſum. Hoc aſſertum noſter Jeſuita *pag.* 30. familiari ſuo declamatorio ſtylo utens, ait *Catholico Scriptore indignum* eſſe. Ego interim aſſerti mei bonos vades conſtituo, Antonium Auguſtinum *de Emendat. Gratiani Lib. I. Dial.* 20. *pag.* 231. *edit. Paris. an.* 1760. Clar. Berardum *in Canones Gratiani Part. II. Tom. I. pag.* 383. *ſeq.* ipſos quinimo Romanos Correctores *ad cit. Can.* 3. *Diſt. XV.* Hi poſteriores in prima mox Nota; „ Certè in toto hoc Ca„ pite tot modis diſcrepant collectiones ab originali, ut ſatis „ certò ſtatui non poſſit, quæ vera & pura ſit Gelaſii lectio: „ nec magnopere ſit mirandum, ſi nonnulla ſint, quæ difficultatem faciunt:" in ſpecie §. 16. ubi: *item decretales epiſto-*

læ,

læ, quas beatiſſimi Papæ diverſis temporibus ab urbe Romana pro diverſorum patrum conſultatione dederunt, venerabiliter ſuſcipiendas. Sciſcitor ex Zaccaria, an hic locus conſtante lectione gaudeat? Nònne alii pro *diverſorum patrum conſultatione* habent *diverſorum fratrum conſolationem*; alii *pro diverſarum partium conſultatione*? Quid hinc ad finem ſuum concludet Jeſuita? Nihil hic de latione novarum legum, nihil hic de neceſſitate eas à Papa, tanquam ſolitario legislatore, recipiendi. Et nihilominus auſus eſt ille juſtam Febronii criſim carpere tanquam Catholico ſcriptore indignam. Digna tali Jeſuita cenſura hæc eſt, indigna meliore viro. In dicto Febronii nihil eſt minus catholicum. Audi Van-Eſpenium in Brevi Commentario ad I. partem Gratiani Diſt. XV. in fin. „ Cæterùm in hoc decreto, quod vulgò Gelaſio adſcribitur, *tot variantes lectiones & inſcriptiones*, tum in antiquioribus, tum in recentioribus Decreti codicibus, editis & manuſcriptis, tum apud alios Canonum collectores occurrunt, *ut vix ſciri queat, quid ipſum originale contineat*, ùt & notârunt Correctores Romani ad verbum *Mandamus* . . . . . Ac certè in toto hoc capite tot modis diſcrepant Collectiones ab Originali, *ut ſatis certò ſtatui non poſſit, quæ vera & pura ſit Gelaſii lectio*, nec magnopere ſit curandum, ſi nonnulla ſint, quæ difficultatem faciunt. " De eodem Canone 3. breviter notavit Hericourt in Analyſi Decret. Grat. p. 4. *Ce Canon a fort exercé les Critiques depuis plus d'un Siecle.* Potiùs ergo cenſebit catholicus arbiter, indignum eſſe antigrapho catholico, aliquid incertæ ſcripturæ atque lecturæ pro certo, omnique criſi ſuperiore documento obtrudere, ſicque fidei obligationem affectare, ubi non eſt aliqua.

VIII.

Quæ hactenus relata fuere, ea ſunt genuina principia & certæ regulæ, quibus illuſtrari poſſunt ac debent omnes illæ RR. Pontificum prætenſæ. Leges inde à Victore I. usque ad

Digitized by Google

Gregorium II. in Antifebronio Italico relatæ, quibus Jeſuita in ſuo Antifebronio Vindicato *Tom. III. p.* 8.* gloriatur; quarum proinde Singulæ Speciali reſponſo ſeu commentario non egent. Nicolai I. PP. Epiſtola ad Epiſcopos Galliæ (de qua ille *pag.* 15. *& ſeqq.*) ſe potiſſimùm fundat in Epiſtolis præcedentium Pontificum Innocentii I. Leonis M. & Gelaſii I, de quibus jam actum eſt. His adde *Tom. I. Febr. Cap. V*, §. 8. *Tom. II. pag.* 425. Illud ſingulare eſt & Theologo Jeſuita dignum ratiocinium, quod *pag.* 33. de Nicolao Papa, qui jam Iſidorianas Decretales plenè imbiberat, depromit, nempe: „ Febronius malæ ſe cauſæ patrocinari fateturZaccaria qui Nicolaum I. plenam leges ferendi poteſtatem Romanis Pontificibus adſcribere conatum eſſe pronuntiat. Uſus ad id ſit (Nicolaus) inanibus argumentis, ût jactat Febronius; quid Romani Pontifices definiant, ab orthodoxo homine conſiderandum eſt, non quibus ſuas definitiones argumentis confirment. Si ergo Nicolaus plenam leges ferendi poteſtatem Romanis Pontificibus adſerit, quid contrà mutire auſit Febronius? Nam Eccleſiaſticæ leges plerumque ad *diſciplinam* pertinent; ſed earum poteſtatem in ſummo Pontifice venerari *dogmatis* eſt, quod certò definire ad ejuſdem Pontificis ſpectat auctoritatem. "

Sed quid hanc in rem, inquit Zaccaria *pag.* 33. luculentiùs edicere de Petri Sede potuiſſent Romani ipſi Pontifices, quàm quod á Theodoſio juniore et Valentiniano III. Auguſtis an. 445. ſancitum novimus in ea quæ inter S. Leonem M. & Arelatenſem Hilarium agebatur, cauſa? Auguſtorum, ait, lex hìc repetenda, & Febronio ad fremitum uſque inculcanda. Audivit jam diu hanc legem Febronius, nec ad eam infremuit. Quæ de illa ejus ſententia fuerit, & etiamnum ſit, videri poteſt *Tom. I. Febr. Cap. IV. §.* 11. *n.* 2. Patietur tamen vir Jeſuita, ut ad eorum, quæ ibi dicta ſunt, ampliorem lucem ex Paſchaſii Queſnelli Diſſertatione Apologetica pro S. Hilario *Cap. XVI. & ult. in fin.* huc transſcribam, quæ ad hanc

Digitized by Google

hanc cauſam merè diſciplinarem finaliter pertinent, quæque talia ſunt, ut nullum prudentem Gallum eis (ſaltem quoad jus) hodie refragaturum opiner. Sic autem ille: „ S. Leo „ Eccleſiaſtici moris non nihil oblitus videtur, cùm per Im- „ peratoriam ſanctionem Gallicanæ Eccleſiæ conſuetudini de- „ rogare primus tentavit, illúdque à Valentiniano III. edi- „ ctum elicuit: *Ne quid tam Epiſcopis Gallicanis, quàm alia-* „ *rum provinciarum liceat ſine viri venerabilis Papæ urbis æter-* „ *næ auctoritate tentare: ſed illis omnibúſque pro lege ſit quic-* „ *quid ſanxit vel ſanxerit Apoſtolicæ Sedis auctoritas.* "

„ Quis non videat, Leonem ita agentem Gallicanarum; „ immo omnium Eccleſiarum ſtatum aliter quàm more ſolito „ ordinaſſe, ùt querebatur Hilarius: Dum, inquam, com- „ munionem ſuam Epiſcopo canonicè depoſito irretractatâ „ cauſâ ultrò impertit; dum judicii ſynodalis ſententiam, in „ Epiſcopum legitimè accuſatum & convictum pronuntiatam, „ infringit; dum cauſam extra provinciam iterato examini ſubji- „ cit;dum denique ſeculares poteſtates adverſùs Hilarium totám- „ que Eccleſiam Gallicanam commovit. E contra verò pla- „ num eſt, S. Hilarium cùm Pontificis conſilio contradixit, „ cùm non exſpectatâ ejus ſententiâ, gregem ſuum bonus „ paſtor quantocujùs reviſurus abſceſſit; cùm *communioni* „ Celidonii, *quem cum tantis viris damnaverat, conjungi nul-* „ *latenus acquievit*, ut ſcribit vitæ ejus Autor, *etiam cum vi-* „ *tæ diſcrimine*; non novis præſumptionibus Eccleſiarum Sta- „ tum & concordiam ſacerdotum turbaſſe, ſed religioſè ſer- „ vaſſe, nec cum deſeruiſſe tramitem, ſemper inter majo- „ res & bene tentum & ſalubriter cuſtoditum (quod objicit „ ſanctus Leo) ſed eum potiùs ab aliis deſertum vigore apo- „ ſtolico vindicaſſe. "

Infirmum itaque argumentum eſt, quod ex memorato AA. edicto adverſùs legalem Eccleſiæ Gallicanæ libertatem, & conſtantem ejuſdem uſum Jeſuita deducere intendit. Mul-

tò magis incongruum eſt, quod ille *pag.* 35. aſſerit, *Febronium inclitæ illi Eccleſiæ injurium eſſe, qui tantam illi calumniam impingere audeat, inſimul ſolemni duorum Auguſtorum legi injuriam irrogans, quippe qui Apoſtolicæ Sedi in eadem Eccleſia nihil non licere profiteantur.* Si Eccleſiæ Gallicanæ injurioſum eſt ſuſtinere, quod Rom. Pontifex non ſine Epiſcoporum conſenſu legem illi dare valeat; ſi inſuper falſa eſt hæc aſſertio, nec uſui ejuſdem Eccleſiæ accommoda: ergo ad utrumque hunc lapidem graviter offenderunt Gallorum doctiſſimi, Petrus de Marca Archiep. Pariſienſis & Petrus Conſtantius, quorum ſententias hoc capite excuſſimus, nec non Claudius Fleury, cujus de hac materia aſſertiones proſtant *Tomo II. Febron. pag.* 531, & ante hos celeb. Gerſonius *de Poteſt Eccleſ. Conſid. IV. Opp. Tom. II. col.* 232. Neque ego quidem opinor, Senonenſem Archiep. Languetium in Epiſtola ad quemdam è Pariſienſi Senatu ſcriptâ (cujus pauca verba adverſarius *pag.* 36. recitat) id voluiſſe, quod illum paulò antè dicentem audivimus, ſcilicet in materia ferendarum legum *Pontifici in Eccleſia Gallicana nihil non licere;* ſed *poteſtatem legiſlativam Rom. Pontificis circa mores & diſciplinam*, de quæ Languetius loquitur, juxta leges & uſus regni à nobis explicatos, juribus aliarum etiam Eccleſiarum conformes, intelligendam & moderandam eſſe; etenim putarem me injurium in Præſulem Galliæ futurum, ſi contra notoriam regni obſervantiam ejus Epiſtolæ tribuerem ſenſum jam dictis, id eſt, juribus Epiſcoporum & regni, directè oppoſitum.

IX.

Alia tam inepta & inutilia prioribus miſcet Zaccaria, ut ea memorare & ad ea reſpondere ferè pigeat. Sic *pag.* 10. „ Quid quæſo, ait, eſt, niſi opinionum conflictus, *Epiſcopis* „ legum in ſuis diœceſibus condendis jus adſerere, negare „ *Romano Pontifici*? Illi, inquit *Febronius*, ſucceſſores ſunt „ Apoſtolorum, quibus legum ferendarum tradita poteſtas

„ fuit.

„ fuit. At nonne Romanus Pontifex Petri ſucceſſor eſt? An „ autem Petrus leges ſicut cæteri Apoſtoli edere non poterat? „ Potuiſſe dices ùt Apoſtolum, non ùt Primatem Eccleſiæ; „ ſummum verò Pontificem Petro ùt Apoſtolo tanquam Ro- „ manum Epiſcopum, Petro ùt Primati tanquam univerſæ Ec- „ cleſiæ Primatem ſuccedere; poſſe proinde ſuæ Romanæ Ec- „ cleſiæ, non poſſe univerſæ leges dare. Sed hæc novis, „ iisque maximè ſecum pugnantibus ſunt implicata commen- „ tis. Apoſtolis enim promiſſam eam poteſtatem ſcimus, „ quum Chriſtus his verbis alloquebatur: *Quæcunque adliga-* „ *veritis ſuper terram &c.* Sed etiam Petro ùt Primati Chri- „ ſtus dixit: *Quodcunque ligaveris ſuper terram.* Si ergo in ea „ promiſſione facta poteſtas quoque condendarum legum con- „ tinebatur, cur non eadem in promiſſis Petro factis fuerit „ comprehenſa? "

Nos non tam in verbis, *Quæcunque alligaveris ſuper terram &c.* quàm in illis, *Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos* REGERE *Eccleſiam Dei*; nec non in his, *PASCITE qui IN VOBIS eſt gregem Dei*, Epiſcoporum pro ſuis reſpectivè Eccleſiis leges ferendi jus & poteſtatem quærimus. Sed nec *tali modo*, quo acceptâ immediatè à Chriſto poteſtate Epiſcopi ſuas regunt Eccleſias, Papa univerſæ præſidet Eccleſiæ. Alia ſunt jura, aliæ Functiones *Primatis* in univerſa Eccleſia, alia Singulorum Epiſcoporum reſpectu ſuorum diœceſanorum. Juvat ad horum eleuterationem repetere quæ jam dicta ſunt in Præfatione Tomi II. ſcilicet: „ Ab *Epiſcopatu*, utcunque „ univerſali & uno, diſtinctus eſt, & ſeorſim à Chriſto inſti- „ tutus fuit *Primatus*, nihil in & per ſe commune habens „ cum inſtitutione Epiſcoporum; & quamvis ille non conſi- „ ſtat in curâ Paſtorali omnium Eccleſiarum *Epiſcopali* analo- „ gâ, habet tamen certam præeminentiam poteſtatis, reſpi- „ cientem ad integritatem, unitatem, perfectum Statum, & „ uniformem in ſubſtantialibus gubernationem univerſæ Ec- „ cleſiæ . . . . . *Et deinde*: Certum eſt, naturàm *Primatûs*, „ jus

„ jus & officium *Primatis*, non compleđi poteſtatem, ſin-
„ gulas oves *per ſe*, & *immediatè* regendi, & ad fines ſuos
„ *proximè* dirigendi omnes partes Eccleſiæ; ad hoc Miniſte-
„ rium Chriſtus inſtituit *Epiſcopatum*, à Primatu, ùt dixi,
„ diſtinđum. Alios Salvator noſter præter Petrum *Primatem*,
„ & cum Petro *Epiſcopo*, inſtituit Paſtores, quos convenien-
„ te ad id, hoc eſt, ad regimen Eccleſiæ & ad curam anima-
„ rum, munivit auđoritate, ad eos dicens: *Sicut me miſit*
„ *Pater*, & *ego mitto vos*; nec non S. Paulus: *Pro Chriſto*
„ *legatione fungimur*; dein: *Attendite vobis*, & *univerſo gre-*
„ *gi*, *in quo Spiritus Sanđus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam*
„ *Dei*. "

Quamdiu Apoſtoli ſimul erant, negotium Eccleſiæ unà gerebant, præſide Petro, & leges Eccleſiæ communes dabant. *Ađ. Cap. I.* ℣. 15. *ſeqq. Cap. VI.* ℣. 2. *ſeqq. Cap. VIII.* ℣. 14. *Cap. XV.* ℣. 6. *ſeqq.* Poſt eorum ſeparationem, cùm jam Jacobus Hieroſolymæ, Titus Cretæ, Timotheus Epheſi &c. Epiſcopum agerent, nihil ordinavit Petrus Hieroſolymis, Cretæ, Epheſi, niſi de conſenſu Jacobi, Titi, Timothei, & ſic de aliis.

Interim (Sic P. Zaccaria *pag.* 10.) S. Leo. M. Epiſcopos per Siciliam conſtitutos redarguens, quòd in die Epiphaniæ baptiſmum conferrent, ait: *in quam culpam nullo modo potuiſſetis incidere. Si unde conſecrationem honoris accipiſtis, inde legem totius obſervantiæ ſumeretis*: & *beati Petri Apoſtoli Sedes, quæ vobis Sacerdotalis mater eſt dignitatis, eſſet Eccleſiaſticæ magiſtra rationis.* Neque enim, addit Jeſuita, quis ſanæ mentis dixerit, Leonem ùt ſingularis Urbis Romæ Epiſcopum exigere à Siculis Epiſcopis potuiſſe, ut à ſua Sede *LEGEM totius obſervantiæ* ſumerent, eámque veluti *Eccleſiaſticæ Magiſtram rationis ſuſciperent*. Verùm imprimis adverſarius malè & ineptè triumphat in verbo *legis*, quæ hìc nihil eſt aliud quàm *norma* ſeu *exemplar*, quod ab Eccleſiâ *Matre* & *Magiſtrâ* (in

his

his duobus titulis ſuam Leo fundat cenſuram) in ea re diſciplinari & cæremoniaria ſumeret filia. Deinde ſi non habuiſſet Zaccaria in animo lectorem circumducere, debuiſſet eum monere, agi in ea Epiſtola de negotio *Apoſtolicæ inſtitutionis*, in quo Primatis univerſalis erat non tantum *monere* Eccleſias particulares, ſed eis etiam *mandare*, ut ſe illi conforment. Sic etenim ibidem S. Leo: *Cum mihi de caritatis veſtræ actionibus fraternâ affectione ſollicito certis indiciis innotuerit, vos in eo quod inter ſacramenta Eccleſiæ principale eſt, ab APOSTOLICÆ INSTITUTIONIS conſuetudine diſcrepare, ita ut baptiſmi ſacramentum numeroſiùs in die Epiphaniæ, quàm in Paſchali tempore celebretis &c.*

Axioma, quod ille *pag.* 11. Febronio falſò imputat (neque enim illius veſtigium in ejus Operibus me deprehendiſſe memini) nimirum: *Quod Papa in Eccleſia poteſt, idem Epiſcopos in ſuis diœceſibus poſſe, & viciſſim*, omnino incongruum eſt; neque enim in tam diſparatis ab uno valet argumentum ad aliud; cujusque natura & fines ex ſe ipſis indagandi ſunt.

X.

„ *Febronius* ex ipſâ Primatûs à Chriſto conſtituti naturâ „ poteſtatem repetit, quam Romano Pontifici concedit, *pro-„ ponendarum* Eccleſiæ *legum*. Simul de nobis queritur, qui „ unum Primatum *meri directorii* ab eo admiſſum dicamus; „ negat id, pernegatque, atque *auctoritatis* præterea Primatum „ ſe agnoſcere prædicat. Verùm Primatus, qui vi cogente „ ſit deſtitutus, eritne unquam *ſupremæ auctoritatis*, qualem „ hoc nomine Tridentina Synodus deſignavit? „ Ita finaliter Zaccaria *pag.* 9. Novæ cavillationes! Dixit revera Febronius Tom. I. Cap. 2. §. 8. *a*) Summum Pontificem habere jus, univerſalis Eccleſiæ nomine *leges* aliaque obſervanda *proponendi*; ſed tantum abeſt, ut hoc propoſitionis jure totum

Digitized by Google

Pontificis Primatiale munus abſolvi & terminari prætenderit, ut ex contrario *b*) ibidem expreſſè aſſerat, Petri ſucceſſorem ſubortâ quæſtione veritatem depromere ab alto; hanc ſi omnes aut fere omnes recognoſcant, tum in Petri decreto communem omnium totiúsque Eccleſiæ eos ſententiam venerari. Si autem graves oriantur ſeditiones, fratrésque inter ſe (maximè vero Epiſcopi aut integræ Eccleſiæ) collidantur, unicum illud ſupereſſe, ut *ad communem Synodum* recurratur; quo in cœtu ſit princeps ipſe Petrus; cæterum communi ſententiâ judicium proferatur. Ad horum eleuterationum *c*) additur *Tom. III. pag.* 110. verum certumque manere, primam ſententiam & ſuffragii prærogativam in rebus communem Eccleſiæ ſtatum contingentibus Romanæ Eccleſiæ, quà omnium primæ, deberi. Quod *d*) Papa ſit *executor Canonum* ab ipſo, approbante Eccleſia, ſancitorum, quodque refractarios ad eorundem obſervationem *etiam excommunicationis pœnâ* compellere poſſit, ſatis dictum eſt *cit Cap.* 2. §. 7. & alibi. Hæccine (ut complura alia Pontificio Primatui per decurſum aſſerta nunc prætermittam) *merum directorium* ſignificant? Vide frontem hominis! Imperator in Imperio capita legum ferendarum proponit; ſine deliberatione & conſenſu Comitiali nullam legem ſancit; inſuper nullum Statum Imperii in bannum (quæ eſt ſpecies civilis excommunicationis) declarare ipſe ſolus poteſt; & quæ ſunt ejus generis plura in Cæſarea Capitulatione expreſſa: An propterea Imperator non habet niſi Primatum ſeu Maieſtatem *directionis*? *Suprema* ſemper Cæſaris in Imperio, Romani Pontificis in Eccleſia, erit *auctoritas*, licèt neuter novam legem ferre ſolus valeat.

XI.

Cùm de eo nunc paucis locuti ſimus, quod in Pontificia poteſtate & pro legum executione extremum eſt, nempe de *Excommunicatione*; neceſſe eſt, ut etiam videamus, num aliquid & quantum fundamenti in eo ſit, quod adverſarius

pag.

pag. 140. affirmat, & ſequentibus probare nititur, ſcilicet *jus excommunicandi, quod Febronius Pontifici adſerit, planè nullum eſſe, atque à catholica veritate perquam alienum.* Ad convincendum falſi noſtrum Jeſuitam, juvat huc in unum colligere diſperſas in Febroniano Opere *de Excommunicatione*, præſertim *Papali*, doctrinas. I. Negationes communionis, quæ ſunt excommunicationis ſpecies, ſæpè fiunt ab æqualibus ad æquales, imo ab inferioribus reſpectu ſuperiorum, citra omnem jurisdictionem, ejúsve uſum. *Tom. I. Cap. III.* §. 4. *Tom. II. pag.* 574. *Tom. III. pag.* 35. II. Alterà, eáque magis propria excommunicationis ſpecies eſt, cùm ſuperior inferiorem cauſâ cognitâ communione Eccleſiæ privat. *cit.* §. 4. *n.* 3. *Tom. III. pag.* 188. III. Vetant Canones, ne ille, qui à ſuo ſuperiore excommunicatus eſt, ab alio recipiatur; iidemque Canones ipſum etiam Romanum Pontificem ligant. *cit.* §. 4. *n.* 3. IV. Fundamentum hujus canonicæ ordinationis eſt, quòd legitimè excommunicans, id nomine & auctoritate totius Eccleſiæ agere cenſeatur. *ibid.* V. Attamen ſi Eccleſia aut magna ejus pars excommunicationi, etiam à Papa latæ, reſiſtat, excommunicatus pro tali habendus non eſt. *Tom. I. Cap. IX.* §. 7. *Tom. III. pag.* 573. *ſeqq.* VI. Excommunicatio, à quovis ſuperiore non ſervato juris ordine lata, ipſo jure nulla eſt. *Tom. II. pag.* 575. *Tom. III. pag.* 188. *&* 216. VII. Excommunicatio *Juris* ejúsque effectus dependet ab efficacia & obligatione legis *Tom. I. Cap. III.* §. 4. *n.* 2.

Initium faciamus ab ea ex his noſtri Auctoris poſitionibus, quæ ejus adverſario maximè diſplicet. Eam ille *Tomo I. Cap. III.* §. 4. *n.* 2. his verbis enuntiat: *Si Romanus Pontifex ſine legitima cauſa excommunicationem ferret, totáque Eccleſia aut magna ejus pars judicaret, eam decerni non debuiſſe, tunc excommunicatus ab Illo pro ſchiſmatico habendus minimè eſſet, dummodo animum retineret ſervandæ cum eodem Pontifice, tanquam Primate, unitatis, & ad recuperandam ejus communionem totis viribus allaboraret.* In hujus theſeos

 con-

Digitized by Google

confirmationem, & ad probandum, quòd non omnes RR. Pontificum excommunicationes fuerint ab Eccleſia probatæ & pro legitimis agnitæ, adduxit ex Hiſtoria Eccleſiaſtica illas *Aſiaticorum* per Victorem Papam, *Firmiliani* & *Cypriani* per Stephanum. *Meletii* & *Flaviani* Antiochenſium per Sedem & Eccleſiam Romanam, *Herotis* Arelatenſis & *Lazari* Aquenſis per Zoſimum, *Mamerti* Viennenſis per Hilarum, *Euphemii* & *Macedonii* Æpp. Conſtantinopolitanorum per alios RR. Pontifices; demum nonnullorum recentiorum, de quibus paulò pòſt. Adversùm antiquiora illa illegitimarum & ab Eccleſia pro genuinis non agnita Papalium excommunicationum exempla multis Zaccaria inde à *pag.* 157. *usque ad* 178. diſputat & indagat, quid in quovis horum caſuum *facti* ſit. Nos illum patienter feremus diſputantem adversùs Tillemontium, Fleurium & alios primæ notæ Hiſtoricos, maximè Gallos; quando nobis potiſſimùm curæ eſt & eſſe debet, quid *juris* ſit, ſive Pontifex *actu* excommunicationem *tulerit*, ſive eam *minatus ſolùm* ſit. Ad hujus quæſtionis præviam elucidationem juvat huc referre, quæ P. de Marca *Lib. IV. Cap.* 6. *n.* 1. *& ſeqq.* * „ memorat, nempe: Cæterùm, ùt fieri ſolet „ in his contentionibus quæ de jurisdictione oriuntur, ſupre- „ mæ illius auctoritatis Apoſtolicæ pondere ſæpiſſimè preme- „ bantur Epiſcopi Gallicani; adeo ut, ſi ſe acriores vindices „ antiquorum Canonum præſtarent, & rerum à Romana Cu- „ ria decretarum executioni intercederent, frequentibus ex- „ communicationum minis urgerentur. Quod Hincmaro ac- „ cidit; qui cùm peritiâ Juris Canonici cenſeretur, & ordi- „ nationis tempore ceteris Metropolitanis potior eſſet, rerum „ in Gallicanis Synodis conſtitutarum adversùs Romana re- „ ſcripta invidiam in ſe unum convertit; ideóque à Nicolao I. „ comminatione excommunicationum objurgatus eſt. *Mihi* „ *verò*, inquit in Epiſtola ad Nicolaum apud Flodoardum Lib. „ III. Hiſt. Remen. Cap. 13. *neceſſe erit me taliter gerere, ne* „ *totiens auctoritatis veſtræ Epiſtolas excommunicationis inten-* „ *tantes & objurgationes* (*quas rarò & magnâ neceſſitate fien-* „ *das*

„ *das in apoſtolicorum virorum literis legimus*) *ferentes de re*
„ *liquo accipiam*, *ſicut iſtis temporibus peccatis meis merenti*-
„ *bus frequenter accepi. Quod ſi ſanctitati veſtræ placuerit*,
„ *non vobis opus agere in poſtmodum erit*, *donec Apoſtolica ve*-
„ *ſtra juſſio me inobedientem in aliquo contra regulas ſacras per*
„ *contemptum*, *quod abſit*, *invenerit.* Non potuit modeſtiùs
„ Nicolaum monere, excommunicationi non eſſe locum, niſi
„ cùm per contemptum Canones violantur. Quare Epiſcopi
„ Gallicani, ut ſe ab excommunicationibus tutos præſtarent,
„ Reges cuſtodiæ Canonum & Clericorum à Chriſto præfe-
„ ctos interpellabant, ut auctoritate ſuâ novorum decretorum
„ executionem impedirent, à qua ipſi Epiſcopi interim abſti-
„ nebant " . . . . Dein *num.* 3. „ Eleganti autem locutione
„ utitur Carolus (Calvus) ut doceat Apoſtolicæ Sedis judi-
„ cia, quæ per obreptionem Canones infringunt, non eſſe
„ ſervanda; quia, ut inquit ille, *ex privilegio beati Petri* lata
„ non ſunt . . . . . . " Denique *num.* 5. „ Sanè dubitan-
„ dum non eſt quin eo ſæculo perſuaſum eſſet, omnia judi-
„ cia, quæ Canonibus contraria eſſent, nullius eſſe mo-
„ menti. "

Ex his amborum Archiepiſcoporum, Remenſis & Pariſienſis, aſſertionibus ſequentia colligimus: *a*) Epiſcopos Galliæ auctoritatis Apoſtolicæ pondere *ſæpiſſimè* premi: *b*) Illos ſe *antiquorum* (id eſt, genuinorum) *Canonum* acriores *Vindices* præſtare: *c*) atque eâ de causâ rerum à Romana Curia decretarum executionem impedire: *d*) & per hoc frequentibus Romanarum excommunicationum minis contra jura urgeri: *e*) ſiquidem non poſſit eſſe locus excommunicationi niſi rarò, in magna neceſſitate, & quando per contemptum Canones violantur: *f*) Adversùs tales novitates & eis adnexas excommunicationes auctoritatem Regis implorari: *g*) interim neminem ſe illis ſubmittere: *h*) eò quod omnia judicia Canonibus contraria nullius ſint momenti. Ex his imprimis generatim probatur primaria noſtra concluſio, ſcilicet excommunicationem,

quæ à magna parte Eccleſiæ non probatur ùt legitima (uti hic in exemplo ab Eccleſia Gallicana) ſuis viribus & effectu deſtitui.

XII.

Sed eamus ad caſus & cauſas particulares, & quidem, ùt dixi, recentiores, in quibus ſanæ hæ doctrinæ amplius emicuere. I. De diſſidio quod fuit anno 1606. inter Paulum Papam V. & sereniſſimam Remp. Venetam, occaſione cujus ille Statum Venetum interdicto ſubjecit & Senatum excommunicavit, ſermo fuit *Tom. I. Febr. Cap. IX. §. 7.* Hanc excommunicationem magna, imò maxima Eccleſiæ pars non agnovit, ideóque vigore deſtituta fuit. Ipſe Rex Galliæ, qui ſuis officiis Paulum ex eo, in quod ſe imprudenter conjecerat, labyrinto eduxit, cum ſuis Regno & Eccleſia (ut de aliis nihil memorem) easdem cenſuras pro inefficacibus habuit. II. Scripſit anno 1708. Clemens PP. XI. occaſione belli pro Hiſpanica ſucceſſione, quod eo tempore tum in aliis regionibus, tum vel maximè in Italia vigebat, & ſpeciatim ratione Ducatuum Parmæ & Placentiæ, ad Imperatorem Joſephum I. *ſe, ſi ille in tanta intemperantia conſilii perſtabit, patris clementiam abjecturum, & in eum, tanquam in rebellem filium, excommunicatione animadverſurum.* His reſpondit Cæſar ſequenti tenore: *Excommunicationem in illis expreſſam omnino pro invalida reputandam eſſe, eóque minus ſubſiſtere, quo evidentius patet, ejusdem requiſita (nimirum peccatum mortale, contumaciam in notabili errore, præviam perſonarum citationem &c.) defeciſſe ac deficere; ſcriptum Romanæ Curiæ non ad defendendam hæreditatem Domini, ſed ad jura Imperialia ſuper Ducatibus Parmæ & Placentiæ porro uſurpanda tendere: juxta SS. Patrum Conciliorúmque mentem non illis, quibus, ſed his, à quibus injuſtè infliguntur, timendas eſſe cenſuras &c.* Utriusque Epiſtolæ amplior fit memoria *Tom. II. Febr. pag. 575.* Equidem ad ipſam excommunicationis fulminationem Clemens non

non pervenit; attamen ſi ad eam actu deveniſſet, duo hæc ſunt moraliter certa: *primum*, Cæſarem eandem tanquam illegalem prout ab antè, ita & ex pòſt, conſideraturum: *alterum*, majorem Eccleſiæ partem (ſi fortè ejus temporis auguſtæ domus Auſtriacæ hoſtes excipias) talem excommunicationem æque parùm probaturam, ſed pro nulla habituram fuiſſe: unde illa ex hoc quoque capite nullum ſortiri potuiſſet effectum. Idem nempe hic eveniſſet quod in cauſa Victoris reſpectu Aſiaticorum, & Stephani reſpectu S. Cypriani fuiſſet futurum, ſi illi à minarum intentatione ad actualem excommunicationem progreſſi eſſent; ſi tamen verum eſt quod Zaccaria *pag.* 157. *&* 159. contra doctiorum ſententiam affirmat, ſcilicet in nuda excommunicationis comminatione à Victore & Stephano ſitum fuiſſe. III. Non minas ſed actualem excommunicationem Papa Clemens XIII. Parmenſi Miniſterio an. 1768. intentavit. Hujus documentum proſtat *Tomo II. Febr. pag.* 450. Ab hac illud neque dictus Pontifex neque ejus Succeſſor abſolvit, neque etiam abſolutione eget; etenim cùm ne Italiæ quidem Eccleſiæ (quid dicam de ciſalpinis?) eandem excommunicationem ratam habuerint; ita illa uti ab initio nulla fecit, ſic & talis permanet.

XIII.

His multa objicit Zaccaria, & imprimis quidem *pag.* 140. *& ſeqq.* primus, ait, Febronii error eſt, Rom. Pontificis excommunicationem non eſſe *actum juriſdictionis*. Secundus, addit, isque graviſſimus ejuſdem error eſt, Pontificis excommunicationem nullius eſſe roboris, niſi Eccleſiæ conſenſu firmetur. Videamus, an aliquid & quantum veri atque roboris ſit in utraque adverſarii imputatione. Imprimis non negabit ille (ſi quidem nomen & officium *Theologi* tueri affectet) Papam, ſi quem actu *juriſdictionis* propriè dictæ excommunicare prætendat, eſſentialia *judicii* obſervare debere. Nunc ex illo quæro, quæ & quot exempla mihi producturus ſit, quibus Pontifices

ſices prævià citatione, partium auditione, teſtium examine &c. aliquos excommunicaverint. Si mihi ille vel nulla vel pauca ſimilia judicia Papalia proferre potis ſit; dicam ego, vel omnes, vel ſaltem reliquas omnes Papæ excommunicationes pertinere ad primam claſſem excommunicationum à nobis *num.* 11. deſcriptarum; ſcilicet ad nudam communionis negationem, omni jurisdictionis uſu vacuam. Sic me concludere cogit veritas, honeſtas, atque reverentia erga Sanctam Sedem.

Non dixit Febronius, Pontificis excommunicationem nullius eſſe roboris, niſi Eccleſiæ conſenſu firmetur; hoc dixit, illum pro excommunicato habendum non eſſe, *quem Papa ſine legitima cauſa excommunicâſſet, quémque tota Eccleſia vel magna ejus pars judicaret non debuiſſe excommunicari.* Exemplum ſimul & probatio hujus aſſertionis proſtat in ambabus cauſis Veneta & Parmenſi à nobis *num. præced.* productis. Sed inquit ille, qui cum Rom. Pontifice tanquam Centro non communicat, extra unitatem Eccleſiæ eſt. Fateor: ſi penes eum ſtet, quin cum illo communicet; at penes eum ſtare cenſendus non eſt, ſi violenter & injuſtè ab hac communione truditur.

Quod Canonibus cautum eſt, ut excommunicatus ab uno ab alio non recipiatur, hoc regulariter verum eſt, & ad utramque excommunicationis ſpeciem pertinet. Sed fallit regula, ubi illegitima deprehenditur cenſura; quemadmodum centum ex antiquitate exemplis probatur, maximè in Orientalibus ab Occidentalibus in communionem admiſſis.

Petit adverſarius *pag.* 153, quid hic intelligatur nomine Eccleſiæ? An Epiſcopi diſpenſi, an in Concilium coacti; an ille conſenſus excommunicationem debeat præcedere, an ad ejuſdem valorem ſufficiat ſi ſubſequatur; ſi rata fuerit ab initio Pontificis ſententia & Eccleſiæ conſenſus non ſubſequatur, num

num irrita reddatur? Reſpondemus excommunicationem ſive à Papa ſive ab Epiſcopo contra juris ordinem latam non ſolùm utcunque *injuſtam* ſed & prorſus eſſe *invalidam*. Ita Suarez *Tract. de Cenſuris Diſp. IV. Sect.* 7. *n.* 2. item *Diſp. VII. Sect.* 7. *n.* 4. & cum eo Theologi omnes. Qualiter qui injuſtè & nulliter excommunicatus eſt, ſe interim, donec de injuſtitia ſatis appareat, gerere debeat, tradunt plures Theologi, & nos paucis *Tom. I. Cap. IX.* §. 7. *n.* 10. *&* 11. Sic per ſe reſolvuntur & concidunt pleraque ex imaginariis illis dubiis, quæ Jeſuita captioſè fingit & proponit. Suſpenſio illa (ſi qua eſt) circa excommunicationis efficaciam, non attinet ad ejus intrinſecam validitatem; ſicut enim, quæ ab initio nulla eſt, per aliarum Eccleſiarum erroneam ſine nova legitima cognitione acceptationem non validatur, ita nec ea, quæ primùm valida fuit, non invalidatur per aliorum non-agnitionem: ſed ea omnia *ad executionem* pertinent, cui aliæ Eccleſiæ tunc non tenebuntur apud ſe locum dare, cùm eis ſufficienter perſuaſum fuerit, excommunicationem ab aliis Eccleſiis, quin & ab ipſamet Romana latam, non eſſe legitimam. Hunc in Finem non eſt opus neque Concilio generali, neque unanimi omnium Eccleſiarum conſenſu; ſufficit ſi notabilis Eccleſiarum pars in id concordet. Juſta in his pro praxi & uſu applicatio ac regula deſumi poteſt ex actis excommunicationis Venetæ & Parmenſis, de quibus paulò antè; nec non ex pluribus antiquioribus *Tomo III. Febr. pag.* 35. & alibi relatis. Quis autem præciſè Eccleſiarum negantium ſeu contradicentium numerus requiratur ad hoc, ut unius excommunicatio evacuetur, tam imprudens eſt quærere, quàm temerarium determinare; argumento eorum, quæ de indefinito numero Epiſcoporum extra Concilium Papæ adhærentium in ordine ad conſtituendam certam Fidei definitionem ex S. Auguſtino *Tom. I. Cap. VI.* §. 9. relata ſunt.

Digitized by Google

XIV.

Ex eo quòd à ſuo Epiſcopo excommunicatus ab alio recipi prohibeatur, atque ita *ex Canonum diſpoſitione* effectus excommunicationis ſe ad univerſam Eccleſiam extendat, memorat Febronius Tom. I. Cap. III. §. 4. n. 3. ſumpſiſſe viros eruditos, nominatim Jacobum Almainum, celebrem Collegii Navarræi Theologum anno 1515. vitâ functum, anſam ſuſtinendi, quòd Papa & quilibet Epiſcopus legitimè excommunicans, id nomine & vice totius Eccleſiæ agat. Vix credibile quas *Richerianas*, ſuo more, *Fabulas* ex his Zaccaria ſtruat. Etenim *pag.* 147. „ Richerius, inquit, ut Papam atque Epiſcopos excommunicandi poteſtate, atque adeo omni juriſdictione ſpoliaret, commentus eſt, totam juriſdictionem Eccleſiaſticam *eſſentialiter Eccleſiæ* convenire, *miniſterialiter & inſtrumentaliter Pontifici & Epiſcopis*, quoad executionem tantùm &c. Ulteriùs (ait *pag.* 149.) progreſſus eſt Dupinius, quódque Richerius de ſolo Hierarchico ordine docuit, ille disertè ad univerſam Fidelium omnium congregationem tranſtulit. Porro (ſic addit *pag.* 151.) exploratiſſimum eſt, non aliam à *Richerio* cæterisque illum ſecutis eſſe *Febronii* ſententiam; etenim Tom. I. pag. 32. docet, poteſtatem clavium *univerſitati Eccleſiæ* à Chriſto datam eſſe, per miniſtros ſuos exercendam; inter quos Romanus Pontifex primarius quidem eſt, nihilo tamen minùs *univerſitati ſubordinatus.* Item pag. 37. Eccleſia ipſa *principaliter & radicaliter* obtinet poteſtatem clavium, quæ ab illa in omnes ejus miniſtros, ipſúmque ſummum Pontificem derivatur, & ſingulis quibusque pro ſua portione communicatur. “

Doctrinæ de Clavium poteſtate univerſæ Eccleſiæ à Chriſto traditâ, per Miniſtros exercendâ, auctorem non eſſe *Richerium*, ſed illam ſicut diu ante, ita & conſtanter poſt Richerium à viris præſtantiſſimis omnium Nationum traditam fuiſſe,

tum

tum alibi, tum Notæ hujus Defenſionis *Differt. II. Cap.* 2. monſtratum eſt. Hæc doctrina ne in minimo præjudicat juriſdictioni Epiſcoporum; ſed neque hos neque Papam jure ac poteſtate excommunicandi privat. Reliquis Zaccariæ cavillationibus jam obviam itum fuit *cit. Cap.* 2. *à num.* 8. *ad finem.*

Caput II.

Ulteriora de Legibus Papalibus; de earum publicatione. De Diſpenſationibus. Variæ eæque graves in his Patris Zaccariæ aberrationes.

I.

Necdum exhauſimus ea quæ ad materiam Pontificiarum Conſtitutionum pertinent, quæque nobis de hoc argumento Zaccaria objicit, præſertim circa neceſſitatem receptionis earundem Conſtitutionum. Fatetur ille *pag.* 70. eſſe Auctores non paucos eósque magni nominis, qui Eccleſiaſticas leges non obligare, niſi admittantur, contendant; illos tamen à Febronii ſententia multum diſtare; id enim eos non *poteſtatis* defectui, quemadmodum Febronius, tribuere, ſed *voluntatis.* Etenim illi ſumunt in Romano Pontifice *generalem quandam voluntatem*, ut leges à ſe latæ vim non habeant in Provinciis, niſi recipiantur. Addit Jeſuita, neque id tamen ſi generatim dicatur, à ſe unquam probandum eſſe. Tractaverat ille hoc jam argumentum in ſuo Antifebronio Italico *Differt. II. Cap.* 9. ibique ad confutandum noſtrum Auctorem uſus eſt teſtimonio & auctoritate binorum celebriorum JCtorum Galliæ, Petri de Marca *de C. S. & J. Lib. III. Cap.* 6. *n.* 5. & Caroli Fevret *de Abuſu Lib. I. Cap.* 4. *n.* 11. 24. 25. Videamus, quâ fide ille hos Auctores pro ſe citet, & an non ii magis noſtram ſententiam confirment.

Verba Ill. de Marca *l. cit.* ſunt ſequentia: „ In Gallia, „ quod ad *diſciplinam* attinet, Decretalium conſtitutis locum „ damus *cum bona Romanorum Pontificum venia*, quæ noſtris „ rebus & utilitati publicæ accommodatæ ſunt. " Verba illa: *Cum bona Romanorum Pontificum veniâ*, duplicem poſſunt habere ſenſum: vel ut indicent, Pontifices ex libera ſua voluntate concedere, ut eorum Decretales in Gallia non receptæ, in ea legis vigorem non obtineant: vel quòd Pòntifices huic Gallorum juri ſe non opponant. In quam ex duabus illis ſignificationibus de Marca intenderit, ex pluribus ejus verbis præcedente Capite, præſertim *num.* 5. recitatis, colligi poteſt. Quid? ille hoc Gallorum jus à libera Pontificiis voluntate & conſenſu provenire & dependere exiſtimabit, qui Lib. III. Cap. 1. n. 8, expreſſè tradit, *Libertates Eccleſiæ Gallicanæ IPSO JURE huic Eccleſiæ competere, & non debere QUASI PRECARIO conceſſas videri; qui Lib. II. Cap. 17. n. 3. docet „ à Gallicanis Epiſcopis ne œcumenicorum quidem Conciliorum Canones abſque examine recipi.* Adde *Tom. I. Febr. Cap. VIII. §. 9.*

Non minùs ſiniſtrè adverſarius Fevretum in rem & cauſam ſuam advocat. Eodem quem ille citat *num.* 24. ita egregius ille Galliæ Juriſconſultus: „ On recevoit ces Decretales „ avec grand honneur & reſpect, qui ſe trouvoient confor- „ mes aux anciennes Conſtitutions Apoſtoliques: que ſi elles „ s'en éloignoient *tant ſoit peu*, elles étoient rejettées. Non „ multò poſt: Si l'Egliſe Gallicane n'a pas reçu d'un premier „ abord tous les Canons Apoſtoliques, que Dionyſius Exi- „ guus avoit compris en ſa compilation en nombre de 50. „ *Cùm ex iis*, dit Hincmarus, *quædam receptibilia, quædam* „ *verò non eſſe ſervanda dignoſcantur*, pourquoi les ſaints Pe- „ res auroient-ils trouvé mauvais, que leurs Decretales & „ Conſtitutions Apoſtoliques, fûſſent ou *ſuſpenduës*, ou *re-* „ *jettées*, ſi par le ſentiment de l'Egliſe Gallicane elles ſe trou- „ voient contraires ou trop prejudiciables aux immunitez de

„ l'Egli-

„ l'Egliſe. Dein *num.* 26. Les Eſpagnols approuvent & autho-
„ riſent cette doctrine, car entre les Caſuiſtes Megala *Part.*
„ *II. Lib.* 20. *Cap.* 17. Homobonus *de Caſibus reſervatis.* Vi-
„ ctorellus *in Notis ad manuale Navar. Cap.* 18. *n.* 105. Azor
„ *Inſtit. Part. I. Lib.* 5. *Cap.* 4. *Quæſt. I.* Sanchez *in Summa,*
„ & autres tiennent ex communi ſententia leges & Conſtitu-
„ tiones Pontificias non obligare *NISI RECIPIANTUR ET*
„ *APPROBENTUR* " Quibus ita ex communi Theologorum ſententiâ competit verum jus prævio examine Canonem aut *recipiendi* aut *rejiciendi*, eis non poteſt negari jus concurrendi ad legislatoriam poteſtatem; illud dum Papa particularibus Eccleſiis fatetur, non poteſt non agnoſcere, jus ferendi leges pro univerſa Eccleſia penes ſe ſolum non reſidere.

Ex Stephano Paſquierio refertur *Tom. I. Febr. Cap. V.* §. 2. *n.* 6. & aliunde notum eſt, aulicos *R*omanæ Curiæ pro publicatione Concilii Tridentini in Gallia ſepiùs opportunè & importunè inſtitiſſe, nec tamen eam obtinuiſſe; unde ſequitur, Romam quæ ſuam hac in parte voluntatem nunquam mutavit, huic Gallorum renitentiæ minimè aſſenſiſſe; neque tamen ea propter minùs verum eſt diſciplinares Tridentini Canones propter defectum receptionis ibidem vim legis non obtinere. Hic intercedit Zaccaria *cit. Diſſert. II. Cap.* 9. *n.* 1. dicens, memoratas Romanorum inſtantias eò ſolùm pertinere, ut monſtretur ingens Pontificis deſiderium pro obtinenda dicta publicatione, ſed eas non eſſe concludentia ſigna, quaſi Papa contrariam Gallorum voluntatem pro majore bono liberè non toleraverit. Verùm hic non eſt quæſtio, quid vel ſummus Pontifex iis in circumſtantiis, quibus particulares Eccleſiæ ejus Decretalibus aſſenſum negant, in mente gerat, vel quid ejus Curialiſtæ eum cogitare faciant; ſed de eo quæritur, *an non ab Eccleſiarum prudente arbitrio ſeu voluntate dependeat, ut Pontificiæ Conſtitutiones legis vigorem obtineant, nec ne.*

Digitized by Google

II.

Tam abſurdum eſt argumentum, quo noſter Jeſuita *pag.* 66. utitur ad evincendum, quòd Epiſcopis minimè libera ſit de Pontificiis Conſtitutionibus deliberatio, earundémque acceptatio, ut neſciam an Lectorum aures atque oculos illo liceat fatigare. Si ſubditis, inquit, negatur ea legum adcipiendarum facultas, ut niſi ii adſentiantur, nulla ſit earundem vis, quomodo ad Romani Pontificis leges vi cogente donandas neceſſaria Epiſcoporum adceptio prædicatur? cùm Epiſcopi cum Romano Pontifice, cui obedientiam præſtito Sacramento obligarunt, collati ſint *ejus ſubditi.* Itáne? An Romani Pontificis *meri ſubditi* ſunt, quos ille omni jure *Fratres* appellat, & à quibus ipſe eodem titulo olim compellatus fuit; quibus Chriſtus ipſe per os Pauli dixit: *Attendite vobis & univerſo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos RE-GERE Eccleſiam Dei.* An quis unquam hos ſermones locutus eſt ſubditis cujuscunque demum ſæcularis Principis?

Abſurda ille abſurdis cumulans, dicit *pag.* 76. Febronium *Tom. I. Cap. II.* §. 8. *n.* 5. Falſum commiſiſſe, quando Innocentii I. verba ad Alexandrum Antiochenum ſic reddit: *Quæ ipſe tam neceſſariò percunctatus es, & nos elimatè reſpondimus, communi omnium conſenſu ſtudióque FIRMENTUR*, loco *ſerventur*, ùt in omnibus exemplaribus legi aſſerit; cúmque Auctor noſter *Tomo II, pag.* 418. eodem Innocentii loco in rem ſuam uſus admiſerit verbum *ſerventur*, Jeſuita familiari ſibi Stylo inſolente utens, *cit. pag.* 76. „ Gratulor, inquit, „ *Febronio*, quòd à me caſtigatus (Antifeb. Tom. II. Lib. II. „ Cap. 3. n. 6.) Innocentii ſententiam nunc verè reddiderit, „ non falſâ, ùt in priore libro, lectione fœdarit. “ Sanè varia eſt verborum Innocentii lectio: Illa cum voce *firmentur* eſt viri doctiſſimi Petri Conſtant in pereruditá Præfatione ad Epiſtolas RR. Pontificum *pag. XLIX. n.* 47. Altera cum voce *ſerventur*, eſt ejuſdem eodem Opere *col.* 854. Quæſo, ne ſibi imagi-

imaginetur Jeſuita, ſuæ Febronium auctoritati aſſurrexiſſe, dum aliter ſcribebat Tomo II, quàm ſcripſerat I. Id ille præceſſore Conſtantio egit, quia in illâ occurrentiâ indifferens erat quæ lectio ſervaretur, cùm non tam in verbo *Firmentur*, quàm in illo *Communi omnium conſenſu* vis tota reſideret. Obgannit in Antifebronio *l. cit.* Jeſuita, in Præfatione Conſtantii reſidere errorem typi. Hoc credat quisquis volet; confecit eruditiſſimus ille S. Mauri Sodalis accuratam tabulam erratorum hujus Præfationis, neque tamen hunc prætenſum in ea notavit errorem. Quid? per errorem typographi aut librarii eo loco poſitum dicemus verbum *Firmentur*, quando Auctor ipſe *ibid.* illico ſubjungit. „ Innocentio magis arridet facta „ in ſynodali coetu promulgatio, eámque, *Si fieri poteſt*, præ„ ferri vult; haud dubiè quia magis authentica eſt, magisque „ ad *omnium conſenſum*, quo decreta ſua *FIRMARI* cupit, pa„ tefaciendum accommodata. “ Anne hoc eſt Innocentii ſententiam *falſa lectione fœdare*; utì Jeſuita, non niſi honeſtatem & juſtitiam undique crepans, Febronio objicit?

Eâdem urbanitate ille ſcribit *cit. pag.* 76. ſe dolere, quòd Febronius ad conſuetas artes hic quoque reverſus, verba Gelaſii in Epiſtola ad Dardanos (quibus Papa ait, *nullum veraciter Chriſtianum ignorâre, uniuscujusque Synodi conſtitutum, quod univerſalis Eccleſiæ probavit adſenſus, nullam magis exequi Sedem oportere præ cæteris, quàm primam*) inſigni fraude corruperit, ſuſtinens, Gelaſium voluiſſe, ut ei *tantùm* deferretur Decreto, quod univerſalis Eccleſiæ probavit adſenſus. Si noſter Auctor verbis Gelaſii vocem *tantùm* immiſcuiſſet, fraudem utique commiſiſſet; nunc cùm nihil egerit minùs, ſed eâ ſolùm in explicatione Gelaſiani dicti uſus ſit; ſic non modò nullam commiſit fraudem, ſed ſcripſit verum: ex quo Pontifex non de unius determinatæ Synodi Decreto, ſed de *uniusquisque*, quam non ſolius Papæ, ſed *univerſalis Eccleſiæ* probavit aſſenſus, loquatur, ſingularem in hoc univerſali aſſenſu vim ponens; ſic dici potuit, & omni jure dictum arbitror, eis

eis verbis diſtinctam à Pontificio decreto, cui univerſalis Eccleſiæ aſſenſus non acceſſit, vim ineſſe; idque eò magis, quòd inter plures RR. Pontificum Epiſtolas, quas adverſarius in ſubſidium Papalis legislationis adducit, quásque nunc ponderaturi ſumus, nulla non huic noſtræ interpretationi ferat ſuppetias.

III.

Ex Pontificum Epiſtolis, quas Zaccaria pro ſe citat *pag.* 68. *& ſeqq.* occurrit 1) illa Siricii an. 385. ad Himerium Epiſcopum, qua illi quædam Decreta mittens, ei præcipit, ut quæ ad ejus reſcripſerat *conſulta, in omnium Coëpiſcoporum perferri faceret notionem; quatenus,* inquit S. Pontifex, *& quæ à nobis non inconſultè, ſed providè ſub nimia cautela & deliberatione ſunt ſalubriter conſtituta, intemerata permaneant, & omnibus inpoſterum excuſationibus aditus, qui jam nulli apud nos patere poterit, obſtruatur.* 2) Epiſtola Zoſimi PP. qua Heſychio Salonitano certa de Monachorum laicorúmque ordinatione conſtituta commendat, *quæ,* inquit, *in omnium fratrum & Coëpiſcoporum noſtrorum facies ire notitiam. . . . Sciet quiſquis hæc, poſtpoſitâ Patrum & Apoſtolicæ Sedis auctoritate, neglexerit, à nobis diſtrictiùs vindicandum; ut loci ſui minimè dubitet ſibi non conſtare rationem, ſi hoc putat, poſt tot prohibitiones,* impune *tentari.* 3) S. Leo. M. cùm Epiſt. 129. Nicetæ Aquileenſi Epiſcopo quædam decreta perſcripſiſſet, eum ſic monuit: *Hanc autem Epiſtolam noſtram, quam ad conſultationem tuæ fraternitatis emiſimus, ad omnes fratres & comprovinciales tuos Epiſcopos facies pervenire, ut in omnium obſervantia data proſit auctoritas.* 4) Gelaſius in Epiſtola ad Epiſcopos Piceni eos ita admonet; *Nec excuſationis decreto relinquetur occaſio, ſi poſt præcepta, quæ per Romulum Diaconum duximus deſtinanda, quisquis ſuper his omnibus aut contemptor aut negligens comprehendatur Antiſtes.* 5) Gregorius M. Lib. IV. Epiſt. 5. hæc perſcripſit ad Bonifacium Rhegienſem Epiſcopum: *Nec illam definitionem*

Digitized by Google

tionem noſtram cujusquam ſinas contumaciâ, aut temeritate corrumpi, quatenus dum prædicta omnia PER TE fuerint CONSERVATA DISTRICTISSIME; NE admonitionis noſtræ, ſicut & credimus, TRANSGRESSOR exiſtas, nec in quolibet reum te remiſſionis adcuſet paſtoralis tibi commiſſus ordo regiminis. 6.) His ſimilia ſunt, quibus Lib. IV. Epiſt. 9. aliam ad Januarium Calaritanum Epiſcopum claudit Epiſtolam: *Fraternitas igitur tua ita in cunctis prædictis capitulis ſe ſolerter impendat, ut nec noſtræ admonitionis ſeriem INVENIATUR FUISSE TRANSGRESSA, nec divini rea judicii de minori Zelo paſtoralis exiſtat officii.* 7.) Felix PP. III. an. 494. omnibus Epiſcopis præſcribens quid de iliis agendum eſſet, qui iterum baptizati ad Catholicam Eccleſiam reverterentur, demum addit: *His itaque ritè diſpoſitis*, & *ad Eccleſiarum veſtrarum notitiam noſtrâ deliberatione perlatis PARERE VOS CONVENIT: Quibus licèt ad animarum reparationem nihil deeſſe videatur, tamen ſi cui novi aliquid & quod præterire non potuit, fuerit revelatum . . . . . fidenter inſinuet . . . . . nec nos pigebit audire, & SI QUÆ SUNT OMISSA, non arroganter abnuere; ſed rationabiliter ordinare.* 8.) Apud Gratianum Diſt. IV. C. *Denique.* S. Gregorius. M. ad Auguſtinum Anglorum Epiſcopum de Dominicis diebus, qui in Quadrageſima occurrunt, hæc perſcripſit: *De ipſa verò die Dominica hæſitamus quidnam dicendum ſit; quum omnes laici & ſæculares illâ die plus ſolito cæteris diebus accuratius cibos carnium appetant: & niſi novâ quadam aviditate usque ad medias noctes ſe ingurgitant, non aliter ſe hujus ſacri temporis obſervationem ſuſcipere putant: quod utique non rationi, ſed voluptati, immo cuidam mentis cæcitati adſcribendum eſt; unde nec à tali conſuetudine averti poſſunt. Et ideo cum venia ſuo ingenio relinquendi ſunt, ne FORTE PEJORES EXISTANT, ſi à tali conſuetudine prohibeantur.* At quomodo pejores? Quia fontis conſuetudinis peccato aliud ſuperaddidiſſent, nimirum violatæ Pontificiæ legis. His 9.) Zaccaria *pag.* 67. addit quod Gallicani Epiſcopi in eo, quem illorum nomine S. Cæſarius Arelaten-

latenſis anno 502. Symmacho obtulerunt, libello aiebant, nempe: *Sicut à perſona beati Petri Apoſtoli Epiſcopatus ſumit initium, ita neceſſe eſt, ut diſciplinis competentibus Sanctitas veſtra ſingulis Eccleſiis quid obſervare debeant, evidenter oſtendat.* Apud Harduinum Tom. II. col. 956.

IV.

Facile eſt non ſolum demonſtrare, quod omnia hæc nihil officiant veritati de neceſſitate acceptationis Eccleſiarum ad hoc ut Pontificiæ Conſtitutiones legis vigorem obtineant; ſed etiam oſtendere, quòd pluribus harum Epiſtolarum hæc ipſa ſententia noſtra roboretur. Itaque quod (I.) ad Siricii Epiſtolam attinet, eam jam nobis objecerat Viator à Corales, eìque pro condigno reſponſum fuit *Tomo III. Febr. pag.* 97. Sed pluribus eandem Epiſtolam ponderavit Ill. de Marca *Lib. II. Cap.* 15. *n.* 7. cujus quæ hic ſequuntur verba legiſſe non pigebit. „ Siricius, qui ad Himerii Tarraconenſis Epi„ ſcopi conſultationes cum graviter reſpondiſſet, illi dat in „ mandatis, ut quinque provinciarum Hiſpaniæ Epiſcopis, id „ eſt, Tarraconenſis, Carthaginenſis, quæ deinde Toleta„ na vocata eſt, Bæticæ, Luſitaniæ & Galliciæ, vicinis hinc „ & inde provinciis, id eſt, Narbonenſi & Eluſanæ, decre„ ta ſua inſinuet, ne ſcilicet in poſterum ſe ignorantiâ juris „ tueri poſſint. *Quamquam nulli Epiſcoporum ſtatuta Sedis „ Apoſtolicæ vel Canonum definita ignorare ſit liberum*, ùt ait „ ille, ſcilicet ea quæ ſemel edita ſunt, qualia erant pleraque „ quæ tantùm Siricius decretis ſuis renovabat, *& hæc ad tua „ conſulta reſcripſimus*, inquit in Decretis Cap. 15. *ut in om„ nium Coëpiſcoporum noſtrorum perferri facias rationem, & „ non ſolùm eorum qui in tua ſunt diœceſi* (id eſt, provincia) „ *conſtituti, ſed etiam ad univerſos Carthaginenſes, Bæticos, „ Luſitanos atque Callaicos, vel eos qui vicinis collimant hinc „ inde provinciis, hæc quæ à nobis ſunt ſalubri ordinatione di„ ſpoſita, ſub literarum tuarum proſecutione mittantur.* Et

„ *quam-*

Digitized by Google

„ *quamquam ſtatuta Sedis Apoſtolicæ vel Canonum venerabilia*
„ *definita nulli ſacerdotum Domini ignorare ſit liberum, utilius*
„ *tamen & pro antiquitate ſacerdotii tui dilectioni tuæ admo-*
„ *dum poterit eſſe glorioſum, ſi ea quæ ad te ſpeciali nomine ge-*
„ *neraliter ſcripta ſunt, per unanimitatis tuæ ſollicitudinem in*
„ *univerſorum fratrum noſtrorum notitiam perferantur; quate-*
„ *nus & quæ à nobis non inconſultè, ſed providè, & ſub ni-*
„ *mia cautela & deliberatione ſunt ſalubriter conſtituta, inte-*
„ *merata permaneant, & omnibus in poſterum excuſationibus*
„ *aditus, qui apud nos nulli patere poterit, obſtruatur.*

„ Sanè (ſic proſequitur de Marca) adeo erat neceſſaria
„ Decretorum Siricii per provincias promulgatio, *in eo ſaltem*
„ *jure quod novum condebat*, nempe *de ſacerdotum dejectione*
„ *qui ab uxoribus non abſtinebant*, ut Innocentius de hoc ca-
„ pite ab Exuperio Epiſcopo Toloſano conſultus reſcripſerit
„ diſparem eſſe conditionem illorum ad quos non pervenit
„ forma Eccleſiaſticæ diſciplinæ quæ ab Epiſcopo Siricio per
„ provincias commeavit, & eorum qui formam vivendi à Si-
„ ricio miſſam ſciviſſe deteguntur. Illis enim juxta Innocen-
„ tium in Decret. Cap. 21. *ignorationis venia remittetur, ita ut*
„ *de cetero penitus incipiant abſtinere; hi autem ſunt omnibus*
„ *modis ſubmovendi.* Idem Innocentius cùm relationi Antio-
„ cheni Epiſcopi reſpondiſſet, *Gravitas itaque tua*, inquit
„ ibid. Cap. 47. *hæc ad notitiam Coëpiſcoporum vel per Syno-*
„ *dum, ſi poteſt, vel per harum recitationem faciat pervenire;*
„ *ut quæ ipſe tam neceſſariò percunctatus es, & nos elimatè*
„ *reſpondimus, communi omnium conſenſu ſtudioque ſerventur.*"
Ex his intelligimus, à RR. Pontificibus frequenter ſtatuta Canonum jam antè publicata & recepta, renovari, atque illis nemini liberum eſſe ſe non ſubmittere; in iis autem, quæ noviter Pontificia auctoritate conſtituuntur, non ſolùm deſiderari promulgationem, ſed etiam communem Epiſcoporum conſenſum.

Si hinc (II.) tranſeamus ad Epiſtolam nonam Papæ Zoſimi, in ipſo mox ingreſſu legentibus apparet, in ea non agi niſi de talibus diſciplinæ punctis, quæ anterioribus Patrum decretis jam conſtituta fuerant; ſic enim incipit Epiſtola: *Exigit Dilectio tua præceptum Apoſtolicæ Sedis in quo Patrum Decreta conſentiunt.* Scilicet repetuntur anteriora Canonum ſtatuta de qualitatibus ordinandorum, de ſervandis interſtitiis, de non promovendo per ſaltum. In decurſu Epiſtolæ Pontifex bis inculpat Epiſcopos, qui in jam memoratis agunt *contra præcepta Patrum*, Heſychium econtra laudat, dicens, quòd *cum eo faciant præcepta Patrum.* Quod demum Zoſimus addit, eum qui poſtpoſitâ Patrum & Apoſtolicæ Sedis auctoritate his mandatis contraierit, à ſe diſtrictiús vindicandum, ut loci ſui minimè dubitet ſibi non conſtare rationem: circa id notat Conſtantius in *Præfat. ad Epiſtolas RR. PP. pag.* 54. *ſeq.* ejusmodi minis plenas eſſe & aliorum Pontificum Decretales litteras, in quibus ait eſſe obſervandum, eos non quamlibet minari poenam, ſed ût ajebat Siricius Epiſt. 1. n. 19. *congruam.* Quo verbo quid ſibi velit Papa, liquidiùs explicat Cæleſtinus Epiſt. 4. in hunc modum: *Quæ enim ſolâ admonitionis auctoritate non corrigimus, neceſſe eſt per ſeveritatem CONGRUENTEM REGULIS vindicemus.*

V.

Quando ad conſulta unius vel plurium Epiſcoporum ſuis Decretalibus Pontifices quædam præter antiquos Canones conſtituebant, quæ aliis etiam Eccleſiis, imò generatim omnibus convenire arbitrabantur, curæ eis fuit, ut illæ in provincias mitterentur, ibique inter Canones reciperentur; quo facto legis vigorem obtinebant in iis Eccleſiis, in quibus admiſſæ & publicatæ eſſent. Hoc contigit quando (III.) S. Leo M. Epiſt. 129, Nicetæ Epiſcopo Aquileæ varia Decreta diſciplinaria nova perſcripſit, & hoc mandato Epiſtolam ſuam clauſit: *Hanc autem Epiſtolam noſtram, quam ad conſultationem tuæ*

Digitized by Google

tuæ fraternitatis emiſimus &c. ùt ſuprà. Occaſione hujus Epiſtolæ obſervat de Marca *Lib, II. Cap.* 15. *n.* 8. non ſolùm in iis quæ *fidem* reſpiciunt, ſed etiam in iis quæ ad *diſciplinam* pertinent, hunc ordinem ſecutum eſſe Leonem in Galliarum provinciis, ſignanter in concluſione Epiſtolæ 83. ad Theodorum Epiſcopum Forojulienſem. Poſt hæc ita de Marca: „ Ecleſiæ Gallicanæ Epiſcopi decreta Romanorum Pontificum „ in Synodis ſuis edebant, & Canonibus inſerebant, ut Cle„ rum iis ſervandis obligarent. Elegans eſt Concilii Aga„ thenſis Canon nonus: *Placuit etiam, ut ſi Diacones aut* „ *Presbyteri conjugati ad thorum uxorum ſuarum redire voluerint, Papæ Innocentii ordinatio & Siricii Epiſcopi auctoritas,* „ *QUÆ EST HIS CANONIBUS INSERTA, conſervetur.* „ Qua in re Africanorum exemplum ſequebantur, qui juxta „ Siricii Papæ Epiſtolam decreverunt in Concilio Zellenſi, „ ne viduæ maritus admittatur ad Clerum, néve abjectum „ Clericum alia Eccleſia ſuſcipiat, ne unus Epiſcopus Epiſcopum ordinet, exceptâ Eccleſia Romana. Eodem ſenſu ac„ cipienda ſunt hæc verba Concilii Africani Cap. 61. *Recitatæ ſunt literæ Papæ Innocentii, ut Epiſcopi ad transmarina* „ *pergere facilè non debeant. QUOD HOC IPSUM EPI-* „ *SCOPORUM SENTENTIIS CONFIRMATUR.* "

Epiſtola Gelaſii PP. ad Epiſcopos Piceni, quæ (IV.) opponitur, tres habet partes. In prima, quæ principalior eſt, S. Pontifex tria præcipua Pelagianæ hæreſis capita refellit: 1) ſcilicet parvulos ſine originali peccato naſci. 2) Hos pro ſolo originali peccato non damnari. 3) Gratiam ad ſalutem non eſſe neceſſariam, illámque ſecundùm hominum merita conferri. Dum Gelaſius Epiſcopos & populos per Picenum circa has materias inſtruit, fungitur officio ſuæ Sedis, quæ eſt omnium Eccleſiarum *Magiſtra.* In altera parte pro ſuo quà Primatis debito graviter reprehendit quosdam Epiſcopos, qui omnia contra Canones gerunt, non ſervatis regulis ordinant, licitéque non ſolùm monachos, ſed etiam miniſtros

 Eccle-

Digitized by Google

Eccleſiæ cum fœminis ad peregrina migrantes remeare rurſus, & ab aliis Epiſcopis ad militiam provehi clericalem permittunt. Quæ cùm ſingula, inquit, toleranda non ſint, quis ſuſtineat tot & talia facinora perpetrari? Sicuti in hoc ita & in priore capite nihil quod ad legislatoriam poteſtatem pertineat. Ad tertiam partem refero illam excuſationis præcluſionem, quæ juxta adverſarium noſtrum indicat, non fuiſſe Epiſcopis liberum leges Papales ad eos miſſas non recipere. Sanè non eſt in voluntate ſeu libertate Epiſcoporum poſitum, an talibus monitionibus pro *antiquorum Canonum* obſervantia aurem velint accommodare; ſed hæc minimè confundenda cum receptione *novarum legum*, de qua hic agitur.

VI.

Æque parum ſubſidii eruetur (V.) ex S. Gregorii M. Epiſtola ad Bonifacium Epiſcopum Rhegienſem. Continet ea primo paternam Pontifici admonitionem, ne quid in cultu divino à Rheginenſi Clero negligatur; deinde ordinationem circa celibatum Subdiaconorum, quæ nihil minùs erat quàm lex nova. Etenim ejus diſciplinæ, quæ Subdiaconus carnale connubium non concedit, centum & quinquaginta annis ante Gregorium M. teſtis &aſſertor eſt S. Leo M. tam in Epiſtola XII. ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem Epiſcopum Cap. 4. quàm in Epiſtola II. ad Ruſticum Narbonenſem Cap. 3., ubi certò & indubitanter de hoc continentiæ præcepto quaſi paſſim & ubique Subdiaconis præſcripto loquitur; quanquam Gregorii M. tempore lex illa, Romæ obſervata, nondum plenè obtinuiſſet ſaltem in Siciliæ provincia ad Romani Epiſcopi Synodum pertinente; uti videre eſt in ejusdem Sancti Pontificis Epiſtolâ 44. Lib. I. ad Petrum Subdiaconum Siciliæ datâ.

Epiſtola nona Libri IV. ejusdem Gregorii M. ad Januarium, Ep. cujus finalem clauſulam nobis (VI.) Zaccaria opponit, nihil minùs agit quàm ut novam condat legem. Talis eſt

eſt ejus ingreſſus: *Satis quidem te ipſe paſtoralis Zelus inſtigare debuerat, ut gregem, quem ſuſceperas, etiam ſine noſtro ſolatio ſalubriter ac providè tuereris, & à callidis inimicorum ſurreptionibus eum diligenti circumſpectione ſervares. Sed quia Caritatem tuam pro ſuæ firmitatis augmento, noſtræ quoque paginâ auctoritatis indigere comperimus, neceſſarium nobis fuit titubantes animos tuos ad religioſi vigoris ſtudium fraternæ dilectionis exhortatione firmare.* Hæc minimè ſapiunt ſtylum legislatoris, ſed patris, magiſtri & conſolatoris. In Corpore Epiſtolæ Januarium paterne, imò fraternè inſtruit, qualiter ſingulis ancillarum Dei monaſteriis probatus de Clero vir deputandus ſit, à quo ſic monaſterii procurentur negotia, ut Monialibus exinde vagari non liceat. Illarum deinde lapſibus congruentes pœnas decernit. Concilia provincialia ad normam Canonum Antiochenorum & Chalcedonenſium bis in anno celebrari præcipit. Judæorum ſervos ad Eccleſiam fidei causâ fugientes, vi conſtitutionum Imperialium, in libertatem vindicandos ait. In baptizatorum frontibus prohibet iterari chrismationem, declarans ſolum pectus à Presbyteris ungendum, frontem deinde ab Epiſcopis. In fundandis monaſteriis dicit ſequendam eſſe fundatorum voluntatem, dummodo congrua adſit redituum quantitas. Poſthæc S. Pontifex his verbis concludit: *Fraternitas igitur tua ita in cunctis prædictis capitulis ſe ſolerter impendat, ut nec NOSTRÆ ADMONITIONIS ſeriem inveniatur fuiſſe transgreſſa, nec divini rea judicii, de minori Zelo paſtoralis exiſtat officii.* Quid hæc omnia ad legislatoriam poteſtatem?

Parilis indolis eſt Epiſtola nona Felicis PP. III. ad univerſos Epiſcopos, quam nobis pro (VII.) Zaccaria opponit. In ea Pontifex declarat, & inſtruit, qua ratione ad normam Nicænorum Canonum, qui rebaptizati ſunt, ad Eccleſiam catholicam admittendi ſint. Finis Epiſtolæ talis eſt: *His itaque ritè diſpoſitis, & ad Eccleſiarum veſtrarum notitiam noſtrâ deliberatione perlatis, parere vos convenit: quibus, licèt ad animarum*

marum reparationem nihil deeſſe videatur, tamen ſi cui novi aliquid, & quod præterire nos potuit, fuerit revelatum, SECUNDUM BEATUM APOSTOLUM PAULUM, TACENTE PRIORE *) *fidenter inſinuet: QUIA SPIRITUS SANCTUS, UBI VULT, SPIRAT,* **) *MAXIME CUM SUA CAUSA TRACTATUR: nec nos pigebit audire; & ſi quæ ſunt omiſſa, non arroganter abnuere, ſed rationabiliter ordinare.* Quæ hic majuſculis expreſſimus, Jeſuita (homo ſinceritatem ſpirans) prætermiſit, nuda puncta ſubſtituens; quo id ille conſilio fecerit, prudens Lector facile conjiciet.

VII.

Dum (VIII.) nobis Zaccaria præſentat ex Gratiano Canonem *Denique* 6. Diſt. IV. miramur viri Sagaciſſimi tarditatem, qui non advertit, quod adverterunt Eruditi omnes, ſcilicet hunc Canonem *apocryphum* eſſe. Ut breviores ſimus, deſcribemus, probationis loco, verba clar. Berardi *in Gratiani Canones Part. II. Tom.* 2. *pag.* 123. ubi: „ Quod, inquit, „ ad Canonem b. Diſt. IV. attinet, Eruditi omnes jure ac me„ rito arbitrantur, illum apocryphum eſſe, quod vel unum „ *Quinquageſimæ* celebrandæ argumentum evincit. Etenim „ in Eccleſia *Quinquageſima* demum obſervari cœpit poſt edi„ tas Iſidori Mercatoris pſeudoepiſtolas decretales, præſertim „ verò epiſtolam Teleſphori, cujus fragmentum eſt in Can. „ 4. Diſt. IV. imò in Concilio Aurelionenſi I. & IV. prope „ tempora Gregorii M. celebrato *Quinquageſimæ* uſus, quem „ tum nonnulli novitatis amatores adverſus generalem Eccle„ ſiæ diſciplinam inducere ſategerant, interdictus eſt; ac tum „ demum receptum fuiſſe ſuo tempore agnovit Alcuinus, octa„ vi Sæculi Scriptor, in Libro de Eccleſiaſticis officiis. Ce„ terùm nuper memoratum Gregorii nomine fragmentum in „ nullis

*) 1 Cor. 5, 14.

**) Joan. 3.

„ nullis veteribus Gregorii Codicibus ſive editis, ſive MSS.
„ reperitur, eò autem minùs in Epiſtola ad Auguſtinum Anglorum Epiſcopum, quemadmodum tradit Gratianus. Hinc
„ Maurini Monachi hoc ipſum monumentum ad calcem Gregorianorum operum rejecerunt, profeſſi, ſe nullibi illud
„ reperiſſe. &c. " Taceo, ſi etiam genuinum eſſet Gregorianæ Epiſtolæ fragmentum, necdum juſtam eſſe concluſionem quam ex ea deducit Jeſuita.

Denique (IX.) nemo Symachi Decreta ad Cæſarium Arelatenſem legens primo intuitu non obſervat, in eis de *nuda inſtructione* agi, nullatenus de *lege* condenda, aut de quoquam quod ad hanc referri queat. Hoc etenim eſt ipſorúmmet Decretorum initium: *Hortatur nos æquitas poſtulationis, deſiderio Fraternitatis tuæ gratanter annuere de Singulis quæ ab Apoſtolica ſede concedi ſupplicas, quod à Patrum cautela & proviſione non diſcrepat. Et quamvis Eccleſiaſticæ regulæ penè omnia comprehendant, tamen ſuperfluum eſſe non credimus, denuò quæ ſunt ſæpius interdicta repetere &c.*

His omnibus adhuc illud addendum quod ritè monet Magnificus Zallwein *Princip. Juris Eccleſ. Tom. II. pag.* 292. Scilicet: „ Epiſtolæ Decretales originem trahunt ab illis relationi-
„ bus & conſultationibus jam in primitiva Eccleſia ad Roma-
„ nam Eccleſiam factis, utpote quam omnes totius orbis ca-
„ tholici Præſules velut Matrem omnium Eccleſiarum, & in
„ ea Epiſcopum Romanum tanquam Primatem totius Eccle-
„ ſiæ ſuſpexerunt. Ad hunc igitur in cauſis dubiis ad eccle-
„ ſiaſticam diſciplinam pertinentibus confugiebant, ut ſuam
„ ſententiam ediceret, & *inſtar ARBITRI ſupremi* decerne-
„ ret, quo jure, quâ lege eſſet vivendum. "

Poſtquam omnia, quæ pro abſoluta Summi Pontificis poteſtate univerſales leges ferendi ab adverſario prolata ſunt, exhauſta putaveram, occurrit adhuc ſingulare hoc argumen-

 tum,

tum, quo ille *pag.* 66. utitur, ajens, juxta Apoſtolum omnem animam poteſtatibus *ſublimioribus* ſubditam eſſe. „ Sublimis, „ addit, ſit Epiſcopi in ſuam Eccleſiam poteſtas; ſublimior „ tamen Romani Pontificis in Epiſcopum poteſtas eſt, atque „ adeo illi ſubdita. Neque verò usquam invenias, à Chriſto „ vim ligandi fuiſſe Petro ejúsque ſucceſſoribus traditam eâ „ conditione, ut Epiſcopi adſentirentur. “ Ex hoc inferimus, quòd omnis ſuperior, quacunque poteſtate, ſit inferioris *Legiſlator*, Pater filii, Tutor pupilli, Magiſter diſcipuli, Centurio militis, denique Rector in ſuo Collegio. Ut in tam abſurdos non prolabamur errores, cujusvis ſuperioritatis natura indaganda eſt: illa Romani Pontificis Canonibus & concurrente Epiſcoporum auctoritate temperatur.

Cæterùm haud ægrè amplectimur quod ex Charlaſio adverſarius *pag.* 48. inſinuat his verbis: „ Quum omnia, quæ „ in condendis antiquis legibus interceſſerunt, ad ſubſtituen- „ das novas conſentiunt, ſcilicet *auctoritas conditoris*, utili- „ tas ſubditi, Facultas parendi, *aliæque conditiones*, cur ro- „ bore carebit quod de novo præcipitur? “ At enim ex hactenus dictis claret, penes quos jam ab antiquo fuerit & etiamnum ſit illa leges condendi auctoritas, & quænam ſint illarum conditiones.

VIII.

Inter alias legum humanarum conditiones etiam illa eſt, *ut debitè publicentur*, non in ſola urbe capitali, ſed etiam in provinciis. De hac publicationis neceſſitate ita Cabaſſutius in Juris Canonici Theoria & Praxi *Lib. I. Cap.* 4. *n.* 4. *& ſeqq.* „ Secunda legis tam Eccleſiaſticæ quàm civilis conditio eſt, „ ut promulgetur, alioqui non obligatura, utpote non ſuffi- „ cienter populis notificata. L. *Leges Sacratiſſimæ.* Cod. de „ Legib. Item Authent. *Ut novæ factæ Conſtitutiones &c.* In- „ ſuper Canon *In iſtis*, §. *Leges*. Diſt. IV. *Leges*, inquit, *inſti-*

„ *tuuntur*

„ *tuuntur cùm promulgantur*; *firmantur autem, cùm moribus* „ *utentium comprobantur.* His ſuffragatur S. Thomas 1. 2. „ Quæſt. 90. Art. 4. Ambigitur verò, *ubinam* promulgandæ „ ſint novæ leges; ſufficiátne in civitate primaria ampliſſimæ „ alicujus ditionis, an verò publicari quoque neceſſe ſit in „ ſingulis provinciis? In omnibus quidem Sæcularibus regnis „ receptum videmus, ut in remotis provinciis leges neminem „ adſtringant, niſi ex quo in eiſdem publicatæ fuerint. Multò „ magis idem requiri videtur *circa ſacra Decreta* univerſo Chri- „ ſtiano orbi præcepta, ut remotas provincias non ligent hac „ ſolá ratione, quia Romæ palam fuère propoſita: Etenim „ talis promulgatio poterit fortaſſe ſufficere ad notificandum „ populis Italiæ, ſed non Galliæ, non Hiſpaniæ, non Ger- „ maniæ, non Poloniæ, non aliis remotioribus regionibus; „ cùm ne in ſingùlis quidem his regnis ſufficiat promulgatio E- „ dicti Regii intra regiam ſolam civitatem facta. Cùm enim ideo „ lex feratur, ut populi univerſitatem obliget, neceſſe eſt eam „ ita publicari, ut univerſo populo innoteſcat: nec ſatis eſt, „ ſi uni aut altèri nota ſit. Quæ ratio allegatur in lege *Leges* „ *Sacratiſſimæ.* Cod. de Legibus: *Quo*, inquit, *ab univerſis*, „ *quos conſtringunt, leges intelligantur.* Hæc eſt ſententia An- „ geli verb. *Lex.* Quæſt. 12. Medinæ ad 1. 2. Quæſt. 90. art. „ 4. Leſſii Lib. 2. Cap. 22. Dub. 13. in princip. ubi conſequen- „ ter affirmat diploma Pii V. de Cenſibus nullatenus obligare „ in Belgio, Gallia & Germania, quia non fuit in his regio- „ nibus publicatum. Non me latet pleroſque graves Scripto- „ res, præſertim Italos, favere unicæ, quæ fit Romæ, pro- „ mulgationi, *eò quòd aliqua Pontificia diplomata id præ ſe fe-* „ *rant.* Nec verò ſufficit competens promulgatio, ſi non ſe- „ quitur legis apud populum receptio, ùt habetur apud Gra- „ tianum Can. *In iſtis ſ. Leges* Diſt. IV. . . . . . "

„ At verò prorſus aliter judicandum eſt circa *Decreta Fi-* „ *dei*, quibus ligantur quicumque privatim illorum habent „ ſufficientem notitiam, quamvis neque in Provinciis pro-

„ mulgata, neque publicè recepta fuerint. Ratio eſt, quia
„ reliqua decreta ſunt humani vel Eccleſiaſtici juris, neque
„ ad jus divinum pertinent niſi mediatè & remotè, ideóque
„ non obligant niſi juxta modum civilem & humanum: nimi-
„ rum primariò quidem populum, ſecundariô autem ſingulos
„ particulares, quatenus ſub obligatione publica comprehen-
„ duntur. At verò divinæ leges ſeorſim ſingulos adſtringunt
„ quibus plenè innotuerint, tametſi modo civili non fuerint
„ promulgatæ vel receptæ; quippe quæ ſuum omnem vigo-
„ rem immediatè à Deo ipſo habent, & non ab hominibus.
„ Sic infidelis aſtringitur obligatione fidei, ſi ei ſufficienter,
„ quamvis per privata colloquia proponatur, ùt contigit in
„ Eunucho Reginæ Candacis cum Philippo Diacono, *Act.*
„ *VIII.* &c. “

Reges & Principes, qui ſubditos reos trangreſſæ legis, ducentis millibus leucarum & ultrà ab illorum domicilio, nec propiùs, publicatæ, haberent, omni jure inter tyrannos & barbaros cenſerentur. Aſt Deo ſint laudes, tales inter Principes Sæculi in Europa non dantur; ſed nec fortè in aliis hujus noſtri orbis partibus. Quod ergo judicium feremus de noſtro Jeſuita, qui *pag.* 57. *& ſeqq.* tantam barbariem communi animarum Paſtori & omnium Fidelium Patri attribuit. Scio, quòd non ſit ſolus qui hanc abſurditatem defendat; ſuſtinent eam plures, præſertim Itali & Jeſuitæ: ſed quo Fundamento? *eo quòd Pontificia diplomata id præ ſe ferant*, uti paulò antè monuit Cabaſſutius. Aliud ſuæ ſententiæ Fundamentum, quod prudens, æquum & ſolidum ſit, illi non dabunt. Aperio primum qui ſub manum cadit, Canoniſtam Jeſuitam, eúmque inter illos non incelebrem, Franciſcum Schmalzgrueber. Is ad *Tit.* 2. *Libri I. Decretalium num.* 28. de hoc themate Sequentia, & nihil ultrà: „ Sed adhuc tenendum, ſuf-
„ ficere publicationem Romæ factam, ut lex Pontificia omnes
„ Chriſti fideles liget, neque opus eſſe exſpectare bimeſtre à
„ facta promulgatione. Ratio eſt, quia cùm Pontifex non
„ arctetur

„ arctetur Juris Civilis legibus, non tenetur in publicatione
„ Decretorum ſuorum ſervare modum ab his præſcriptum;
„ igitur nihil impedit, quo minùs obligare poſſit ſtatim uni-
„ verſam Eccleſiam, quando lex aliqua promulgata eſt Romæ:
„ & hoc meritò præſumitur, quòd ita obligare velit, quando
„ intentionem ſuam non aliter explicat; ſolet enim hoc ex-
„ primere in Bulla ſua, quando ob cauſam legem ſuam vult
„ non obligare ſtatim, aut eandem promulgari alibi. Quia
„ multa Decreta Juris Canonici, non paucæ Conſtitutiones
„ Pontificiæ, Regulæ Cancellariæ, & ipſa Bulla Cœnæ tan-
„ tùm promulgata ſunt Romæ, & tamen Eccleſiam univerſam
„ obligant. "

Si Pontifex non arctetur legibus civilibus, ſaltem arctabitur regulis prudentiæ, humanitatis, æquitatis & juſtitiæ, quibus hac in parte nulli non Sæculares Principes ei prælucent; tenebitur ipſiúſmet Juris Naturalis principiis. Non fuit illa RR. Pontificum agendi ratio in Sæculis ante-Iſidorianis. Quàm ſtudioſè illi ſuas Decretales, ad Epiſcoporum conſulta datas, quas aliis etiam Eccleſiis utiles futuras & ab iis acceptum iri ſperabant, in eiſdem publicari fecerint, pluribus explicat Petrus Conſtant in Præfatione ad Epiſtolas RR. Pontificum *pag.* 49. *& ſeqq.* Cùm autem ſerius Romæ illud principium invaluiſſet, Papam eſſe ſine medio & abſolutum in univerſa Eccleſia legislatorem, neque tamen illud aliæ Eccleſiæ agnoſcerent, inventus fuit ille Curiæ Stylus, quo per fictionem juri & naturæ contrariam publicationi Bullarum Romæ factæ prætendebatur eadem vis tribui, quam haberet promulgatio in omnibus Provinciis ſine oppoſitione facta.

IX.

Interim exhibet Zaccaria in confirmationem falſæ ſuæ & ſuorum ſententiæ quædam nova: ſed qualia! Ait nempe *pag.* 87. hac publicationis forma jam uſum fuiſſe Martinum IV. in

Proceſſibus adverſùs Michaelem Palæologum anno 1281. 18. Novembris ex Urbe veteri datis. Concilium Conſtantienſe, inquit, in pluribus divulgandis edictis eandem normam ſecutum fuit: etenim Joannem XXIII. ut ſe Concilio ſiſteret evocavit, Monitorium adverſùs Auſtriæ Ducem dedit, Conſtitutionem ſeſſione XV. *contra invaſores & ſpoliatores accedentium & recedentium à Concilio* valvis ſolùm cathedralis Eccleſiæ Conſtantienſis affigi juſſit. Baſileenſes in Decretis Seſſ. VIII. Seſſ. XII. & Seſſ. XXIX. Conſtantienſium veſtigiis inhæſerunt. Ipſum Concilium Tridentinum nullâ lege disertè cavit, ne Pontifex Romanâ promulgatione contentus eſſet. Bulla Leonis X. contra Lutherum non aliter divulgata fuit, quàm quòd juſſu Pontificis baſilicæ S. Petri & Cancellariæ Apoſtolicæ Romæ, nec non valvis cathedralium Eccleſiarum Brandeburgenſis, Miſnenſis & Merſpurgenſis affixa ſit, quam etiam publicationem Imperator ratam habuit.

Egregium Herclè JCtus qui non ſcit diſtinguere inter *Citationem edictalem* & *Legem communem!* De illa agebatur in omnibus illis, quæ ex Bulla Martini IV. nec non Conciliis Conſtantienſi & Baſileenſi adverſarius allegat; ſimiliter & in Bulla Leonis X. quantum ad perſonam Lutheri attinet; quantum autem ad ejus doctrinam, non debet è memoria dimitti diſtinctio inter ea quæ ſunt *Fidei* & quæ *Diſciplinæ*, de qua pauló antè ex Cabaſſutio loquebamur.

Non minùs indoctum & ineptum eſt quod ſequitur. Dixerat Febronius inhumanum eſſe, quòd Romæ judicetur juxta Pontificias Conſtitutiones, nec receptas nec publicatas in illis regnis & provinciis, è quibus cauſæ ad Romana tribunalia deferuntur; uſus fuerat exemplo Conſtitutionis Pii V. circa formam reſignationis beneficiorum neque in Germania & Belgio, neque in Gallia & Hiſpania receptæ, juxta quam nihilominus Romæ judicatur, rejectâ exceptione *Bullæ publicè ignoratæ aut non receptæ*. Quid ad hæc Zaccaria? Ille *pag.* 91.

» Ego

Digitized by Google

„ Ego nihil hic paradoxi video. Aliud enim eſt, Pontifices „ eâ uti humanitate, ut ſiquæ eorum leges juſtis de cauſis in „ Provinciis receptæ non ſint, aut diſſimulent, aut etiam in- „ dulgeant, quod unum in *Antifebronio* adſerui; aliud, ne „ inhumani videantur, debere illos, ſi qui *Romam* judicio- „ rum cauſa accedunt, ex Conſtitutionibus apud illorum Pro- „ vincias non acceptis Sententiam ferre. Illud fortaſſis inhu- „ manum eſſet, ſæpè etiam periculis obnoxium, ſi à Roma- „ nis Pontificibus negligeretur. In hoc autem altero quid „ inhumani eſt? Quum enim *Romanæ Curiæ in cauſis d judi- „ candis Stylum omnes norint*, an ulli injuria fiat, ſi Romæ „ judicari quum aut ipſi velint, aut cogantur, ad formam ju- „ diciorum in ea Curia præſcriptam ſententiæ edantur? Num „ quia Pontifices *caritatis cauſâ* ſuas *aliquando* Conſtitutiones „ in quapiam Provincia non accipi patiuntur, debent prop- „ terea cauſas, quæ illa ex Provincia Romam deferantur, ad „ aliam quàm quæ Romæ viget, formam judicare? ut quod „ ferri *una caritas & indulgentia ſuadet*, ſuâ quoque auctori- „ tate confirment? Hæc qui cum Febronio à Romanis Pon- „ tificibus exigat, ne ille paradoxa & inhumana poſtulare po- „ tiùs videatur. “

Advertent in his eruditi, etiam ſine monitore, novam Jeſuitæ fallaciam, aut novum ſpecimen ignorantiæ in primis Jurisprudentiæ viis. Quæ nos affirmamus de *recentioribus* Papalibus Conſtitutionibus, quibus varia in Provinciis & Eccleſiis aut agenda, aut omittenda, aut variis Formis ibidem tractanda præſcribuntur (eſt autem earum in Bullariis & alibi proſtantium pene infinitus numerus,) ea ille transfert *ad Formam judiciarii proceſſûs* in Romana Curia ventilandi; ex quo, ùt ait, *Stylùm Romanæ Curiæ in cauſis dijudicandis omnes nôrint*. Repetit etiam hic: Quòd ſi *aliquando* NB. *ex ſola caritate & indulgentia* (non ex juſtitia) patiatur ſuas Conſtitutiones in Provinciis non recipi, id tamen ceſſet, quando ex eisdem locis ſuper dictis Conſtitutionibus aut earundem executione

tione lis Romam defertur, quæ tum ibidem conformiter ad eaſdem Conſtitutiones deciditur. Vide hominem ſibi conſtantem! ſed ne illud quidem abſolutè verum eſt, quod hic de *Styli judiciarii Romani* in præjudicium Libertatum aliarum Nationum uſu atque auctoritate Zaccaria profert. Vid. *Tom. II. Febron. pag.* 444.

X.

Cum poteſtate ferendi leges conjuncta eſt Facultas *in eis diſpenſandi;* atque ex hujus jure & legitimo uſu jus legislatoris æſtimamus. Facultate in legibus Eccleſiaſticis diſpenſandi utuntur Epiſcopi & Papa; ſed jure diverſo: Scilicet illi jure divino & proprio, hic jure ab Eccleſia delegato. Vid. *Tom. I. Febron. Cap. V.* §. 5. *n.* 3. *ſeqq. Tom. II. pag.* 259. 431. *Tom. III. pag.* 105. 133. 291. Adverſum hæc ita P. Zaccaria *pag.* 58. „ Quum Epiſco„ pi ſuam *omnem* auctoritatem à Rom. Pontifice immediatè ac„ cipiant, uti Diſſertatione alterâ comprobavimus, *diſpenſan„ di* quoque poteſtatem à Summo Pontifice mutuentur neceſ„ ſe eſt. " Quàm hoc principium Falſum, imò aſſerente clar. Zallweinio *abſurdum, & humani intellectûs vires transcendens*, proinde quidquid eidem ſuperſtruitur vile & ruinoſum ſit, Tomo noſtro primo *Cap. VII.* §. 1. 2. 3. *Tom. II. pag.* 240. *ſeqq.* 480. *ſeqq. Tom. III. pag.* 150. *ſeqq.* abundè demonſtratum eſt.

Ut tamen carioſum ſuum Fundamentum Jeſuita aliquo colore illiniat, mox addit: *Non equidem hanc* (diſpenſandi poteſtatem) *ab illo* (R. Pontifice) *habent, ut ejus nomine veluti ipſius Vicarii illam* (corrige *illâ*) *utantur; hoc enim Monarchiæ eſſet nullâ Ariſtocratiâ temperatæ; ita tamen habent, ut Romano Pontifici ſubſit, ab eóque poſtulante Eccleſiæ utilitate, ac multò magis neceſſitate certis cohiberi finibus, imò & auferri poſſit.* Conferamus hæc cum iis quæ de Statu Eccleſiæ tradit idem Auctor Tomo I. pag. 354. ubi: *Neque verò*, ait, *quòd Eccle-*

ſtaſticum regimen Ariſtocratiâ temperari dixerimus, quidquam officit. Quum enim Monarchicum regimen ita Ariſtocratiâ temperatur, ut Princeps, qui ſolus, quidquid regnum, & ſubditorum omnium ac ſingulorum cura poſtulat, gerere per ſe ſe non poteſt, Optimates quidem creet, quibus in ſolidum, rerum, quarum eis curam committit, adminiſtratio competat; ſed hi non aliunde, quàm à Principe, hanc habeant poteſtatem, & ab eo, ſi quando muneri ſuo deſint, corrigi & in ordinem redigi poſſint, Ariſtocratia, quemadmodum ſecundo hujus Diſſertationis Capite diximus, non ad ipſum regiminis poteſtatem ſeu Statum pertinet, ùt in Statu mixto, ſed ad ſolam gubernandi rationem. His rerum inopibus vocibus juſtum, qui poteſt, det ſenſum; ſalvet, qui valet, contrarietates. Ad talia declinare coguntur qui ſolidis deſtituuntur principiis. Noſtra & omnium *non abſurdè* ſentientium, in mox allegatis locis (uti quidem arbitramur) ſat probata ſententia eſt, Epiſcopos à Deo, ſicuti *ligandi atque ſolvendi*, ita & *diſpenſandi* accepiſſe poteſtatem. In hanc, ſicut & in reliqua Epiſcoporum jura, Papa non aliam habet poteſtatem, quàm Canonibus conformem. Hi non volunt, ut ſummus Pontifex illam generatim vel certas ejus partes per omnes Eccleſias ſibi approprier, *vel* eo titulo ampliorem in Eccleſia auctoritatem nanciſcatur: *vel* quia quidam Epiſcopi hac facultate abutuntur, quam deinde Papalis Curia non meliùs, ſed multò deteriùs exercet.

Ut aliquid contra nos Jeſuita egiſſe videatur, allegat *pag.* 59. illud ex Gerſonis Tractatu de Statibus Eccleſiaſt. Conſider. III. Opp. Tom. II. col. 532. *Papa habet plenitudinem FONTALEM Epiſcopalis auctoritatis.* At quàm ſiniſtrè ille inde inferat, omnem Epiſcopalem auctoritatem à Papa tanquam à Fonte derivari, videre poterit eodem loco, Conſideratione I. II. IV. V. & IX. quarum verba deſcripta proſtant *Tom. II. Febron. pag.* 281. Has Pariſienſis Cancellarii juſtas Conſiderationes ab adverſario & Romanis omnibus maturè ponderari rogamus.

 Atque

Digitized by Google

Atque ita jure proprio, non ab homine, ſed à Deo ipſo in eos immediatè derivato diſpenſant Epiſcopi, quoties juſta ratio & Canones ſuadent diſpenſari. Non ita Rom. Pontifex. Nolumus hic repetere quæ *Tom I. Febr. Cap. V.* §. 5. *n.* 3. 4. ex Thomaſſino jam dicta ſunt: Scilicet primis ſæculis ſoli Epiſcopi in & pro ſuis reſpectivè diœceſibus diſpenſabant; & id quidem perrarò. Dein cùm gravioris momenti res videretur Canonici per diſpenſationem aliquale vulnus infligere, diſpenſationum conceſſiones ad Synodos, quæ jam frequentari cœperant, delatæ ſunt. Demum ut earundem impetrationes adhuc difficiliores redderentur, in cauſis gravioribus de conſenſu Epiſcoporum ad Sedem Apoſtolicam perſæpe fuerunt remiſſæ; non tamen cum omnimoda illorum excluſione, quippe qui uſque ad Sæculum XII. ſuo nativo jure diſpenſandi uti perexerunt. His nequidquam officiunt binæ Pontificum Epiſtolæ ab adverſario *pag.* 56. allegatæ, una Gelaſii I. altera Symmachi, quippe quibus ſolùm exponuntur regulæ juſtarum diſpenſationum. *Uſu* ergo & tacito *Eccleſiæ conſenſu* tandem obtinuit, ut Pontifices per omnes Eccleſias (ſaltem in Occidente Vid. de Marca *Lib. III. Cap.* 14. *n.* 2.) jure diſpenſandi, & quidem quibuſdam in caſibus excluſivè utantur. In clauſula Tridentini: *Ut ſalva ſemper auctoritas Sedis Apoſtolicæ & ſit, & eſſe intelligatur* (in qua Zaccaria & Socii ejus ultimum quærunt refugium) non agnoſco divinam hujus juris Romani originem, nec neceſſariam ejuſdem cum Primatu cohærentiam. Vid. *Tom. III, pag.* 105. 133. & 290.

XI.

Cum Febronius *Tom. II. pag.* 222. *& alibi* non immeritò improbâſſet diſpenſationes, quæ quotidie Romæ ex Stylo Curiæ ſine legitima cauſa conceduntur, intercedit Zaccaria *pag.* 64. dicens, Theologos Romanos cum Febronianis in eo convenire, quòd Papa ſine cauſa diſpenſans peccet; proinde prudentes facilè adverſuros, hoc eò ſolùm ſpectare, ut Romani Ponti-

Pontifices Chriſtiani orbis odio & ludibrio exponantur, ac Proteſtantes in ſuis adverſùs eum præjudicatis erroribus confirmentur. In his duo obſervanda ſunt, quorum unum ad *Jus* pertinet, alterum ad *Factum*. Quod ad poſterius attinet, confidenter provoco ad ea quæ toto die Romæ in diſpenſationibus matrimonialibus & beneficialibus practicantur, & quorum ignorantiam illorum nemo habet quibus vel minimum in Curia negotii eſt. Si horum memoria pudorem parit, opto ut ille ſit ad emendationem; neque enim alio ſine ea ſcripta ſunt.

Quantùm *ad Jus*, ſeu ad robur cauſalium in diſpenſationibus, in eo non adeo convenit inter Theologos Febronianos & Romanos quantùm ſibi Jeſuita imaginatur: atque utinam Curia in praxi ſequeretur quod vel hi poſteriores in ſuis libris Theologicis docent! Illi cum Jll. de Marca & graviſſimis Theologis ab eodem *Lib. III. Cap.* 14. *n.* 10. relatis ſic ſentiunt: „ Gratianus variis in locis, ſignanter *Can.* 2. *Q. VII.* & *Can.* „ 7. *Diſt. XXXIV.* ob neceſſitatem vel utilitatem Eccleſiæ „ diſpenſationi eſſe locum docuit; ita ut illi cum cæteris (id „ eſt cum Ivone Carnotenſi, Anſelmo Cantuarienſi, Goffri- „ do Vindocinenſi &c.) conveniat. A qua regula jure De- „ cretalium receſſum non eſt. *Cap. in cauſis de Sent. Cap. Li-* „ *cet canon. §. ſuper. de Elect. in* 6. Quamvis privatorum ma- „ jor ſit habita ratio, quàm haberetur antiquis Canonibus. „ Etenim ſcientia, morum honeſtas, bona fama, meritorum „ prærogativa, nobilitas petentis, cenſentur juſtæ cauſæ diſ- „ penſandi; ùt probari poteſt ex variis locis Decretalium. *Cap.* „ *Innotuit. de Elect. Cap. de Multa de Præbendis.* Quod „ deinde placuit Concilio Tridentino *Seſſ. XXIV. C.* 5. *Seſſ.* „ *XXV. C.* 18. Itaque venia Canonum, quæ olim ob publi- „ cam tantùm cauſam privatis poſt violatos Canones conce- „ debatur, indulgeri cœpit ante omnem actum, propter pri- „ vatum petentium commodum, ſi meritis aliunde juvaren- „ tur, & eorum opera bono publico inſervire poſſet. Unde

„ profecta

„ profecta eſt diſpenſationum frequentia in votis, in benefi-
„ ciis, irregularitatibus, & matrimoniis; quæ graviſſimorum
„ virorum querelas provocarunt. Ut enim de B. Bernardo ta-
„ ceam, Hildebertus Cenomanenſis, Joannes Saliſberienſis,
„ Mathæus Paris, Guillelmus Durandus, Nicolaus de Cle-
„ mangiis, Joannes Gerſon, multis hac de re conqueſti ſunt.

Caput III.

Plura de Corpore Juris Canonici. Quædam de Romana librorum cenſura. De Legatis Apoſtolicis nonnulla recentiora.

I.

A ſingularibus Legibus Eccleſiaſticis, atque eas ferendi poteſtate tranſimus cum noſtro adverſario ad illarum Collectiones, queis Eccleſia hodie utitur; ad ipſum ſcilicet *Corpus Juris Canonici.* Sed procedamus juſto ordine, incipiendo à *Decreto Gratiani*, quod primum in illo locum tenet. Damus ejus notitiam non noſtro Stylo, ſed verbis Franc. Xaverii Zech S. J. qui duplici titulo Patris Zaccariæ collega eſt. Sic autem ille *in Præcognitis Juris Can. Tit. XIV.* §. 287. & *ſeq.* „ Magna quidem eſt auctoritas Gratiani; nunquam ta-
„ men *Pontificia* auctoritas, ut in foro legem faceret, ne-
„ quidem poſt Romanam correctionem à Gregorio XIII. illi
„ fuit accommodata. Eam igitur vim & auctoritatem ſinguli
„ Canones habent quam merentur, ex ſuo fonte, ſi illi accu-
„ ratè reſpondere deprehendantur. . . . . Quanquam igitur
„ Gratianus in hoc Opere adeò ſuperiores Collectiones Cano-
„ num ſuperâſſe ſemper viſus ſit, ut abolitis aliis, ſola ipſius
„ Collectio ubique in Scholis & Foro recepta fuerit; multi
„ nihilominus nævi in ea deprehenduntur, quorum duæ ge-
„ nerales & præcipuæ cauſæ aſſignari ſolent. Prima, quòd
„ vete-

„ veteris Hiſtoriæ omnisque exquiſitæ literaturæ non ea, quam
„ habere par fuiſſet, notitiâ præditus fuerit; unde Patrum,
„ Pontificum, & Conciliorum plurima opera ſpuria pro ge-
„ nuinis ſupponit. Cauſa ſecunda eſt quòd pleraque non ex
„ ipſis fontibus Conciliorum, Epiſtolarum Decretalium &
„ Patrum; ſed ex anteriorum fermè Collectorum rivis hauſe-
„ rit. Menda hæc à variis deprehenſa, emendare conati ſunt
„ viri doctiſſimi ad id à Summis Pontificibus Pio IV. Pio V.
„ & Gregorio XIII. conſtituti. Quorum operâ demum ſub
„ dicto Gregorio anno 1580. Decretum Gratiani longè
„ emendatius prodiit, relicto quidem ſæpe mendoſo textu
„ Gratiani, adjectis tamen Notis, ex quibus error facilè cor-
„ rigatur. Non pauca tamen ſupereſſe judicantur, quæ ca-
„ ſtigationem deſiderent." In his ſummatim conſpicimus Se-
quentia: *a*) Decretum Gratiani nunquam accepit auctoritatem legis; ſed *b*) ſinguli Canones eam auctoritatem habent, quam merentur *ex ſuo fonte*; ſi tamen illi accuratè reſpondere deprehendantur. Etenim *c*) multi nævi in eo deprehenduntur; ſiquidem *d*) Gratianus plurima Patrum, Pontificum & Conciliorum opera ſpuria pro genuinis ſupponit. *e*) Hæc menda viri à Pontificibus pro hujus Decreti correctione deputati emendare conati ſunt; attamen non paucæ ſuperſunt qua caſtigationem deſiderent.

Ut ut autem illud viri privati opus ſit, nunqam auctoritate publicâ pro lege datum, duplici tamen ex capite putârunt Pontifices illud ſuâ cura non indignum eſſe: Primò, quòd noſſent; illo (maximè per Epiſtolas primorum RR. Pontificum à Clemente I. ad Siricium uſque ei inſperſas) ſuam apprimè Monarchiam ſuſtineri: ſecundò, quòd non ignorarent, illud non modicam in ſcholis & judiciis auctoritatem obtinere. Itaque cùm communis eſſet de gravibus ejus defectibus querela, fecerunt illud expurgari; at non ultrà quam eis commodum viſum eſt; etenim nimia & plenaria expurgatio ingens haud dubiè eorum auctoritati præjudicium creatura fuiſſet. Itaque retinentur Iſidorianæ Decretales omnes, & omni ulte-

 riori

riori expurgationi à Gregorio XIII. per Præfationem correcti Corporis Juris Canonici præcluditur via; etenim in ea Pontifex præcipit, ne ulli hominum per totum terrarum orbem liceat ſic correcto Juris Corpori *aliquid addere, detrahere, vel immutare aut invertere, nulláve interpretamenta adjungere, ſed, prout opus illud Romæ impreſſum fuit, ſemper & perpetuò integrum & incorruptum conſervetur.*

Hæc ſequentibus illuſtrat & confirmat magnificus Zallwein *Princip. Juris Eccleſ. Tom. II. pag* 287. „ Si unquam Decretum iſtud vim legalem univerſalem habuiſſet, eam noſtris temporibus, magnâ ſaltem ex parte, deperdidiſſet, quibus ope Critices tot notantur ſpuria, adulterina, falſa, novioribus juribus: hodiernæ diſciplinæ contraria, juribus etiam Pontificis præjudicioſa, imò aliqua non benè cum doctrinis catholicis cohœrentia. Et fortaſſis hæc ipſa fuit ratio, cur Pontifices prudenti uti œconomia, atque Decretum iſtud ex integro approbare approbatione publicâ non voluerint; cæterùm verò illius uſum tacitè promovere in judiciis non deſierint: cùm enim plurima ex Epiſtolis Iſidorianis deprompta ad promovendam & amplificandam authoritatem Pontificiam perquam opportuna ex una; ex altera verò parte non pauca juribus antiquis Metropolitanorum & Epiſcoporum vindicandis aptiſſima in hoc Decreto legerent, conſultius duxerunt ab approbatione publica prudentis œconomiæ cauſâ abſtinere. “

Tria in his obſervo, quæ cum Zechianis paulò antè memoratis conferri & pro eorum illuſtratione conjungi cupio: ſcilicet *a*) auctoritatem Decreti, propter falſa & ſpuria maximé Iſidoriana in exaltationem jurium Papalium ei inſerta, noſtris temporibus ope Critices decidiſſe: *b*) Aliqua in eo reperiri cum doctrinis catholicis non bene cohærentia. Hoc dedit anſam Theologis & JCtis de grege Proteſtantium, ſignanter Samueli Strickio, Joanni Feuſtking, Matthæo Pfaffio & Spene-

Spenero, ex eodem Decreto extrahendi quæ doctrinam Proteſtantium videantur ſapere: *c*) Non pauca juribus antiquis Metropolitanorum & Epiſcoporum *VINDICANDIS aptiſſima* in eo contineri. Paulò antè dixerat Vir clariſſimus. „ Qui „ ſuo uſu & receptione authoritatem Decreto conciliaſſe & „ eius Canones homologaſſe creduntur, aut ſciverunt, quòd „ illud ſcateat mendis, defectibus, canonibus adulterinis, „ epiſtolis ſpuriis; aut non ſciverunt? Scientiam ſupponere „ vix poſſumus: ſi autem non ſciverunt, conſenſus in receptionem, & talem quidem, quæ vim legis univerſalis habeat, ſupponi non poteſt; cùm nihil magis obſit conſenſui, quàm error. "

II.

Interim Iſidorianæ ille Decretales, quæ jam à duobus ſæculis Criticorum ſtudia exercent, & nunc tandem omnem fidem amiſerunt; quæque ope Gratiani Decreti non ſolùm jus civitatis ſed & magnam authoritatem in Eccleſia antè obtinuerant, juxta graviſſimos Scriptores, *Tom. II. Febr. pag.* 104. *& ſeqq.* nominatos, hos produxere effectus, ut juri veteri Eccleſiaſtico abolendo, ac dominatui Monarchico invehendo certiſſima fundamenta ponerent, atque ita Evangelicam à Chriſto inſtitutam, & ab Apoſtolis obſervatam Diſciplinam eradicarent; Epiſcoporum jura conturbarent &c. Hæc ſunt illa jura, de quibus *vindicandis* mox innuebat clar. Zallweinius, ille ipſe, qui *Tom. I. pag.* 415. collectioni Pſeudo-Iſidorianæ in acceptis fert integram ferè ceſſationem Synodorum, frequentiſſimas ad Romanam Sedem provocationes, Legatorum ingenti cum authoritate & Epiſcoporum præjudicio frequentes miſſiones judicialium legum turbationes, & ſimilia. Eò lubentiùs utor teſtimonio eruditiſſimi hujus Benedictini, quòd Jeſuita adverſarius *pag.* 120. *& ſeqq.* ex eo locum ſat longum deſcripſerit, quo probetur, non in Italia ſolùm, ſed etiam in Gallia & Germania, hujus Decreti (ſicuti & Decretalium Gregorii IX.)

Digitized by Google

IX.) uſum auctoritatémque fuiſſe, tum in ſcholis, tum in judiciis. Iſta, inquit, Zaccaria, ſi Febronius pacatiore animo conſideret, intelliget univerſam Eccleſiam in Decreti & Gregorianarum Decretalium diſciplinam conſpirâſſe, licèt interdum nonnulli (hoc nomine intelligit *Hincmarum Remenſem*, *Guillielmum Majorem* Ep. Andegarenſem, *S. Ivonem Carnotenſem*, *Joannem Sarisberienſem*, *Arnoldum Lexorienſem*, *Hildebertum Cenomanenſem*, *Robertum Licolnienſem*, *Matthæum Pariſium*) ob ſua privata incommoda de abuſibus conqueſti fuerint. Tum enim verò, addit, tot contumeliis hanc diſciplinam oneràſſe eum pœnitebit, quæ demum in ipſam Eccleſiam per ſummum nefas derivantur. Sed de poſtremo hoc paulò pòſt nobis erit ſermo. Priùs agamus de altera parte Corporis Juris Canonici, id eſt de Decretalibus Gregorii IX.

III.

Quantumcunque defectuoſum ſit Gratiani Decretum, plures nihilominus in hac compilatione undelibet, atque adeo etiam ex Conciliis & ſcriptis Patrum, corraſâ continentur juris Epiſcoporum reliquiæ, plura documenta! quare illo *Jus Epiſcopale* adhuc defendi dicitur; quando ex contrario in Decretalibus *Jus Papale* potiſſimùm contineri & ferè ſolum dominari conſtat. Imperium illud abſolutè monarchicum, quod Iſidorianæ Epiſtolæ in Romanam Sedem invexerant, tantum abeſt, ut ſub Alexandro III. & Innocentio III. atque aliis Pontificibus, quorum ſcripta Gregorianas Decretales conſtituunt, evanuerit, ut ex contrario illud auctum magis firmatumque intelligatur. Quòd hi Pontifices Gratiano uſi fuerint, vel ex ipſis erroribus probatur, in quos illi ab hoc inducti fuerunt. Exemplum primum eſt in *Cap. II. X. de Renunt.* deſumpto ex *Can.* 45. *Cauſ.* 7. 2. 1. ubi Concilium Conſtantinopolitanum, ſub Photio celebratum, allegatur, quod non agnoſcit Eccleſia Romana, & tamen tanquam legitimum ab Innocentio III. addu-

adducitur, non aliâ quàm Gratiani auctoritate. In ſimilem errorem Gratianus eundem Pontificem induxit in *Cap.* 13. *X. de Judic.* ubi allegat legem Theodoſii, quam etiam Gratianus Theodoſio adſcribit in *Can.* 35. *Cauſ. XI. Qu.* 1. quæ tamen Conſtantino debetur, uti apparet ex *L.* 1. *Cod. Theod. de Epiſc. judic.* Hæc Obſervatio eſt clar. Bœhmeri in *Jure Eccleſ. Proteſt. Lib. I. Tit.* 2. §. 24. nec non Gregorii Zallwein in *Princip. Juris Eccleſ. Tom. II. pag.* 287. Poſterioris hæc verba ſunt: „ Non tantùm plures textus ſpurii, ſuppoſititii, vel certè ſuſpecti ex Decreto hoc deſumpti in Decretales Gregorii IX. „ fuerunt relati, verùm etiam in praxi in vim legis aſſumpti, „ atque ad hujusmodi Canones haud ſecùs, quàm ad genuinos, ſinceros & authenticos provocari ſolet: cujus exemplum præbet Cap. 3. Cauſ. 3. Q. 1. quod ex conſarcinatis „ epiſtolis antiquorum Pontificum eſt deſumptum, & Joanni „ Pontifici falſò adſcribitur, & tamen ex receptione & uſu vim „ remedii poſſeſſorii obtinuit. " Plura & graviora vitia in Decretalibus exſtantia, & talia quidem, quibus Romani Correctores; uti & Antonius Contius atque Franciſcus Pegna congruum remedium haud tulerunt, monſtrant Van Eſpen *Diſſert. I. in V. Lib. Decretal.* §. 3. 4. Zallwein *cit. Tom. II. p.* 296. Nos ea infrà deſignabimus *Diſſert. IX. Cap. I. n.* 11. *ſeqq.*

Itaque quando cum ſupercilio quærit Zaccaria pag. 102. *Quinam ſunt hi tam capitales per univerſum Juris Canonici Corpus diffuſi, totam maſſam adficientes ſeriùs agniti errores?* & Febronius *Tom. pag* 206. & *pag.* 641. *ſeqq. Tom. II. pag.* 104. *nec non* 308. ipſiſſimis verbis Natalis Alexandri, Petri de Marca, Stephani Baluzii, Auctorum Hiſtoriæ litterar. Gall. Claudii Fleurii, Petri Conſtant, Zegeri Van Eſpen, Gregorii Zallwein, Petri Gibert & Sebaſtiani Berardi ei reſpondet; habet ille in promptu regerere: *Hæc Francofurti & Lipſiæ edi potuiſſe non miror, potuiſſe à Catholico ſcriptore ſcribi, & miror, & doleo.* Non, Reverende Pater! quæ verba ab egregiis his

ſcriptoribus primùm edita, ex eis in libros Febronii translata ſunt, ea proſtant in Libris non *Francofurti* & *Lipſiæ*, ſed *Pariſiis*, *Lovanii*, *Coloniæ*, *Salisburgi Auguſtæ Taurinorum* editis, & quidem ſub legalibus cenſuris & approbationibus. Capitalis Iſidorianorum Canonum in totum Corpus Juris Canonici prolapſus error eſt, quòd ſtatum abſolute monarchicum in Eccleſiam contra nativum ejus inſtitutum inducens, omnia ſuſque déque verterit. Præter hoc capitale & generale vitium, ſinceris Canonibus contrarium, plures adhuc per Corpus Juris inveniuntur ſparſi Canones ſingulares in Spiritum Dei & Eccleſiæ offendentes. Atque ut horum aliquos recenſeam: offendunt *a*) in *GRATIANI DECRETO* Canones 5. 6. 7. 8. & 9. Diſt. XX., deprompti ex Epiſtola Nicolai I. ad Michaelem Imp., quatenus hæc vult, *primam Sedem à nemine judicari*, non etiam à Concilio generali, Papam judicaturo; quò etiam pertinent Can. 6. Diſt. XL. item Can. 13. 14. 15. 16. 17. Cauſ. IX. Quæſt. 3. Offendit *b*) Can. 3. 4. 5. Cauſ. XV. Q. 6, ubi de Regis Chilperici Zacharia Papa factâ depoſitione, nec non Fidelitate excommunicatis Principibus denegandâ. Offendit *c*) Can. 1. & 2. Diſt. XVII. cum ſimilibus de non habenda Synodo Epiſcoporum, nec robur habitura, ſine authoritate Papæ, vel interventu Legati Apoſtolici. Offendit *d*) dictum Can. 11. & 12. Cauſ. II. Quæſt. 6. *Romana Eccleſia vices ſuas ita aliis impertivit Eccleſiis, ut in partem ſint vocatæ ſollicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis.* Quaſi verò omnes Eccleſiæ eſſent in perſonis Epiſcoporum ſuorum vicariæ Romanorum Eccleſiæ. &c. In *DECRETALIBUS GREGORII XI.* offendunt Cap. 4. de Elect. Cap. 34. eod. Cap. 6. de Majorit. & Obed. Cap. 13. de Judic Cap. 10. de Foro comp. Cap. 4. de Jurejur. Cap. 6. de Voto & voti redempt. Cap. 13. Qui Filii ſint legit. In *SEXTO DECRETALIUM* Cap. 16. de Elect. Cap. 6. de ſupplenda neglig. Prælat. Cap. 2. de Jurejur. Cap. 2. de Sentent. & re judic. Cap. 2. de Præb. in princ. In *CLEMENTINIS* Clem. 1. de Jurejur. Clem. 2. de Sent. & re judic. Inter *EXTRAVAGANTES COMMUNES* Extrav.

1. de

1. de Conſuet. Joannis XXII. Extrav. 1. de Majorit. & obed. Bonifacii VIII. Hæc pauca è multis.

IV.

Redeamus modò ad ignominiam Gratiano per Febronium prætenſè illatam, quæ demum per ſummum nefas in ipſam Eccleſiam derivari dicitur. Imprimis laudatus ex adverſo Univerſitatis Salisburgenſis Rector *Tom. II. p.* 286. cum communi Canoniſtarum docet; Decretum Gratiani *nec ab uſu & receptione*, conſequenter nullo modo, *authentiam obtinuiſſe*; ita ut juxta Card. de Luca & aliorum doctrinam Canones in eodem contenti nullâ aliâ polleant authoritate, præter eam, qua per ſe gaudent Concilia & Patres, quorum ſcripta in hanc compilationem privato ſtudio illata ſunt. Inde ſequitur, quòd abjecto etiam penitùs vel diſſoluto hoc Decreto, *Eccleſia* non privetur aliquâ *SUARUM LEGUM COLLECTIONE*; etenim hanc pro ſua nunquam agnovit. Quòd ſi citra omnem authentiam hoc Opus chriſtiani *Populi* olim, cùm nulla artis criticæ laus vigeret, receperunt; iisdem *Populis*, nunc cognitis gravibus ejus vitiis, fas eſſe debet illud ſeponere, aut ſaltem ex antiquioribus & ſinceris ſcriptis emendare, non ſolùm in uſum Scholæ, ſed etiam Nationum. Hoc agendo non modò nullum Eccleſiæ damnum, nullam ignominiam irrogant, ſed ex contrario magno hanc opprobrio liberant. Quinimò Gratiani Decretum jam à Sæculo XIII. & XIV. per Gregorianas Decretales è poſſeſſione ſuæ qualis qualis authoritatis in ſcholis (quæ ſuum deinde in forum habent influxum) deturbatum eſſe, tradit Zallwein *l. cit. pag.* 297. Ex his concludo, quòd Eccleſiæ parum aut nihil interſit, an Gratiana Collectio retineatur, an non; cùm fontes ipſos, eósque limpidiores, habeamus, è quibus illa coaluit, qui pro opportunitate adiri poſſunt; niſi fortè quis per ſummam impietatem prætendat, bono Eccleſiæ magis convenire, ut ſpuria & falſa retineamus, neglectis veris.

V.

Aliter quodammodo diſſerendum eſt de Collectionibus *Decretalium Gregorii IX. Sexti Decretalium*, de *Clementinis* & *Extravagantibus*. Hæ Collectiones auctoritate Romanorum Pontificum factæ & publicatæ ſunt, ut earum tam in judiciis quàm in ſcholis locus eſſet, quemadmodum apparet ex Epiſtolis Gregorii IX. Bonifacii VIII. & Joanni XXII. quæ iiſdem Collectionibus præfixæ ſunt, atque Doctoribus & Scholaribus Bononiæ commorantibus inſcriptæ. Neque hæ Pontificum Declarationes ſuo fruſtratæ ſunt effectu: non quaſi una eorum authoritas ſuffeciſſet ad hanc novam legem univerſo orbi Chriſtiano imponendam; ſed quòd hæ Collectiones ita à gentibus receptæ fuerint, ut cauſæ Eccleſiaſticæ ac exterior Eccleſiæ politia ex hoc Jure Canonico, tanquam Communi, dirigantur ac reſolvantur. Interim (ut commodè obſervat Zalwein *l. cit. pag.* 382.) hæc acceptatio non influit ſpiritum legalem in Canones eorúmque Collectiones; ſed unicè facit, ut ſpiritus ille ſuos effectus in publicum producat. Proinde tota vis legiſlativa redit in authoritatem Papæ ſtatuentis; at hanc ei ſoli per univerſam Eccleſiam non competere in præcedentibus hujus Diſſertationis Capitibus declaratum & probatum eſt.

Obſervat inter alios plerosque celebriores Canoniſtas ſæpelaudatus Zallwein *pag.* 294. Gregorium IX. non integras Decretales, ex more antecedentium compilatorum, ſed tantùm præcipua earum capita, vel ipſas deciſiones referre, atque ad ſtatum ſui temporis dirigere componereque. Ex hac relatione fruſtilatim factâ, ex omiſſione plurium circumſtantiarum, quæ ipſam deciſionem non raró ingrediuntur, ac cauſam mirum in modum mutant, novæ difficultates, novæ (ut minimum dicam) incertitudines. Exempla Decretalium vel tali modo truncatarum, ut ea, quæ ad ſenſum Epiſtolæ ritè intelligendum omnino forent neceſſaria, reſciſſa ſint: vel quibus

bus Compilator, dum eas ſuo tempori accommodare vellet, nonnulla de proprio admiſcuit, & hac ratione alienum omnino ſenſum Canoni vel Decretali Epiſtolæ affinxit; notavit Zallwein in *Cap. 9. de Conſuet.* in *Cap. 3. de Appell.* in *Cap. 2. de Judic.* in *Cap. 6. de Probat.* in *Cap. 3. de Conſtit.* in *Cap. 5. de Foro compet.* in *Cap. 2. de Elect.* in *Cap. 1. de Jud.* Inter Capitula, quæ certis ſeu Conciliis, ſeu Pontificibus, ſeu Patribus falſò adſcribuntur, obſervavit Van Eſpen *Capitula 3. 4. & 5. de Conſtit. Cap. 1. de Sponſa duorum. Cap. 1. de Accuſat. Cap. 1. de Hæreticis. Cap. 3. de Adulter. Cap. 2. de Clerico excommun.* &c. Atque hoc primum in Decretalibus peccatum (ut de infidelitate nihil dicam) contra conditiones juſtæ & æquæ legis, quæ debet eſſe clara, non modificatis, artificioſis, ambiguis verbis tradita.

Sed dicent qui Romanarum partium ſunt: ſicut Juſtinianus licentiam tribuit ſui novi Codicis confectoribus, ut anterioribus Conſtitutionibus ea quæ opportuna & utilia viderentur, adderent vel demerent; atque ita immutatis plenam legum vim impartitus eſt, *L. un. Cod. de Juſtinianæo Cod. confirm.* Ita quoque Gregorius voluit per S. Raymundum prædeceſſorum ſuorum Decretales per diverſa ſparſas volumina in unum colligi, *reſecatis*, inquit, *ſuperfluis*; atque Collectionem factam & ſibi oblatam approbavit; *Volens, ut hac tantùm compilatione univerſi utantur in Judiciis & Scholis, diſtrictiùs prohibent, ne quis præſumat aliam facere abſque auctoritate Sedis Apoſtolicæ.* Verùm imprimis longè ab eo abſumus, ut Rom. Pontifici in legibus ferendis eam concedamus poteſtatem quæ Imperatoribus competebat in Imperio, cùm ejus Status eſſet omnino Monarchicus. Deinde in Jure Canonico multùm intereſt, num, Diſciplina aliqua recenter duntaxat ſit introducta, an verò à temporibus Patrum fuerit uſitata: an in melioribus Eccleſiæ temporibus, in plenariis Conciliis probata: an Diſciplinæ declinantibus jam Eccleſiæ Sæculis ſenſim toleratæ magis quàm approbatæ ſimilior ſit, quàm illi,

Digitized by Google

quæ eâ ætate vigebat, ex qua truncata illa fragmenta exhibeantur? Ipſa illa Contii, Franciſci Pegnæ & illorum, qui Romanæ editioni intenderunt opera, ſanè incompleta, in ſupplendis quodammodo in eadem editione, diverſo caractere, quæ Raymundus ex antiquioribus detraxerat, ſatis indicat Gregorianæ legis defectum & obſcuritatem.

VI.

His omnibus gravius eſt illud radicale vitium, quod Gregorius IX. ſuam mancam compilationem genio Gratianæo, Gratianus Iſidoriano accommodaverit; uti per decurſum Februniani Operis ſatis demonſtratum eſt; Quòd præterea Gregorius quæ à Gratiano ex antiqua & ſana Diſciplina in uſum ac favorem Epiſcopalis jurisdictionis ordinariæ adhuc ſervata ſunt, tum prætermiſſerit tum everterit. „ Ex quo Collectio „ Pſeudo-Iſidoriana, cui inſertæ erant epiſtolæ ſpuriæ anti„ quorum Pontificum uſque ad Siricium, promanavit in lu„ cem publicam, ea diſciplinæ Eccleſiaſticæ mutatio facta „ fuit, ut Scriptores celeberrimi ſcribere non dubitent, ab „ eo tempore *Novum Jus Eccleſiaſticum* invaluiſſe in Eccleſia: „ quum enim in illis epiſtolis quam plurima jura quondam ab Epi„ ſcopis & Metropolitis liberè exercita Pontificibus adſcribantur, „ hi nihil antiquius habuerunt, quàm ut receptionem hujus „ Collectionis Epiſcopis perſuaderent &c. “ Ita Gregorius Zallwein *Tom. III. pag.* 205. Hoc ille tum probat exemplis: *a*) in frequentia appellationum ad Sedem Romanam cum diſpendio jurisdictionis Epiſcopalis & Metropoliticæ: *b*) in frequentibus jurisdictionum delegationibus cum ſimili eorundem præjudicio: *c*) in reſervationibus Cauſarum: *d*) in privilegiis exemptionum Monaſteriorum, Congregationum, & Ordinum Regularium: *e*) in frequentiore miſſione Legatorum cum exorbitantibus Facultatibus, & pluribus aliis, quæ idem Magnificus Auctor recenſet; quæque per quandam propaginem

nem inde à falſis Iſidori Epiſtolis usque ad noviores Decretalium Collectiones traducta ſunt.

Verùm hic intercedit Zaccaria, *pag.* 125. cum Ballerinio ſuſtinens, non idcirco falſum jus illud eſſe dicendum, quod ex falſis fontibus originem, ſeu incrementum aut propagationem faciliorem habuit. Hanc recentiorem diſciplinam quicunque damnaret tanquam falſum jus & corruptelam, eum damnare debere ipſa Concilia non ſolùm particularia, ſed etiam œcumenica temporum poſteriorum, ac præſertim *Tridentinum.* Quod „ multæ Epiſtolæ Pontificum falſo inſcriptæ nomini diu *illuſerint* credulitati Chriſtiani orbis, ipſisque Juris Eccleſiaſtici Campilatoribus, quin etiam Nicolao I. ejuſque deinceps ſucceſſoribus, nec non Conciliis tam *GENERALIBUS* quàm *particularibus,*" inquit eruditus Jeſuita Papebrochius *Tom. I. Febron. pag.* 660. Ceſſent igitur mirari Zaccaria & Ballerinius, quòd hæc illuſio etiam tetigerit Patres Concilii Tridentini, maximè Italos. Audiant potiùs iterum adverſùs prætenſum illud Eccleſiæ præjudicium, & Conciliorum honorem ita differentem Greg. Zallwein *Tom. II. pag.* 252. „ Miramur, quòd unus altérve ſtudio exceſſivo defendendæ „ authoritatis Pontificiæ illectus propter authoritatem unius „ alteriúſve Doctoris purpurâ Cardinalitia rubentis pro epiſtolarum harum (Iſidorianarum) authentia quaſi pro aris & „ focis dimicare audeat. Neque licebit hiſce authoribus ad „ poſſeſſionem continuam, ad præſcriptionem, uſucapionem „ completam, immemorialem, ſexcentenariam provocare: „ hæc enim quantum valeat in quæſtionibus purè hiſtoricis, „ tunc potiſſimùm quando vitioſum initium, mala fides & „ poſſeſſio injuſta oſtendi valet, nemo ſanè ignorat. Impoſtorem enim fuiſſe harum epiſtolarum conſarcinatorem, & „ hoc ipſo malâ fide, dolo, fraude egiſſe hactenus demonſtratum eſt. Vehementer & conſtanter illarum receptioni „ ſe ſe oppoſuerunt Galli: ſed tandem authoritati Nicolai I. „ illiúſque ſucceſſoribus acceptationem urgentibus cedendum „ fuit:

„ fuit: & hocmodo poſſeſſionem ab initio turbulentam, poſtea „ verò & ſucceſſu temporis quietam obtinuerunt. Nullam „ ſanè valere poſſeſſionem, nullam præſcriptionem, nullam „ uſucapionem ex communibus Juris regulis ſcimus, ſi de il- „ lius peſſimo initio conſtet. Quot non habemus opiniones „ antiquatas, quæ olim ingenti cum applauſu defenſæ, nunc „ verò temporis è ſolio ſuæ authoritatis jure optimo dejectæ, „ detruſæ ſunt & exauthoratæ? Neque exiſtiment Doctores „ ex harum epiſtolarum proſcriptione Eccleſiæ generari præ- „ judicium: quantum enim præjudicium illæ attulerint Eccle- „ ſiæ, ex ſuprà citato Petro Conſtantio diſcant, cujus verba „ referre operæ pretium duximus. " Verba Petri Conſtant. quæ huc pertinent, jam relata ſunt *Tom. I. Febr. Cap. III.* §. 9. *n.* 11. Sicut autem ex eiſdem Conſtantii verbis manifeſtum fit, malum illud Iſidorianarum epiſtolarum germen ad præſens uſque Sæculum propagatum eſſe; ita quoque ex Zallweinii Sententia claret, non agi ſolùm de malo & de errore ſpeculativo, ſeu hiſtorico, ſed de veris & realibus morbis per ſæpefatas epiſtolas in Eccleſiam inductis, quorum proinde nulla unquam fuit neque hactenus eſt legalis poſſeſſio non obſtantibus omnibus in hunc uſque diem habitis Conciliis, atque ipſo etiam Tridentino; quippe quæ hæc mala potiùs tolerarunt quàm approbarunt.

VII.

Ex hoc diverticulo redeamus ad viam, ſcilicet ad *Decretales Gregorii IX.* & ſubſequentium Pontificum. Ex *Decretaliſtarum* principiis, eò quòd avidè à multis, præſertim à Curialiſtis reciperentur, ſucceſſivè tanquam ex equo Trojano, præter inſignes illos, à congregatis novem illis à Paulo III. Prælatis ſatis perſtrictos, in hunc uſque diem non emendatos abuſus, innumera alia in Eccleſiam male dilapſa eſſe, hoc ſæculo docuit Univerſitatis Wirceburgenis Procancellarius Barthel *Diſſert. III. in concordata Germ. Præfat. num* 18. & 20.

Occa-

Occaſione *Decreti* & *Decretalium* multa in Sacerdotio & Imperio ſuccreviſſe Schiſmata; *Sextum Decretalium*, & *Clementinas* eſſe partum arrogantiæ; per eas juri Ordinariorum detrahi, aliorum poteſtatem ſupprimi, & aliæ multa in ſpiritualis & ſæcularis Reip. læſionem fabricari, dixit Gerſon *Tract. de Modo reformandi Eccleſiam Cap. V.* Uterque ſcriptor chriſtianiſſimus & ſuo ævo doctiſſimus; neque tamen ille ſic ſcribendo putavit ſe injuriam facere Concilio Tridentino, neque hic, ſe lædere authoritatem aut famam omnium Synodorum, quæ Conſtantienſem præceſſerant. Quando S. Auguſtinus Lib. II. de Baptiſm. contra Donatiſtas Cap. 3. ſcribit: *Quis neſciat, ipſa Concilia, quæ per ſingulas regiones vel provincias fiunt, plenariorum Conciliorum auctoritati, quæ fiunt ex univerſo orbe Chriſtiano, ſine ullis ambagibus cedere, IPSAQUE PLENARIA SÆPE PRIORA POSTERIORIBUS EMENDARI; cùm aliquo experimento rerum aperitur quod clauſum erat*: quando, inquam, hæc S. Pater docet, an tum prætendit damnari Concilia Provincialia ab Univerſalibus, Oecumenica ab Oecumenicis?

VIII.

Poſt hæc parum abeſt ut Zaccaria Decretales, Decretum Gratiani & nominatim Iſidorianas in eo ſervatas Epiſtolas tanquam res fidei nobis proponat, & ſecus ſentientes hæreticos damnet. „ Fierine poſſe quis credat (ſic ait ille *pag.* 113.) „ & impunè afferat, ut Chriſtus Eccleſiæ ſuæ Caput, quin & „ Eccleſiam ipſam per tot ſæcula à recta fide bonorúmque „ inſtitutorum diſciplina aberrare permiſerit? cùm nihil explorius ſit, quàm univerſam Eccleſiam non ſolùm tacito, ſed „ expreſſo conſenſu diſciplinam à Pontificibus propoſitam adcepiſſe. Addit deinde *pag.* 119. Fac omnes, quos Febronius indicat, in Jus Canonicum Iſidorianum & Gregorianum inſurrexiſſe; quid quæſo hi ſunt cum cæteris totius orbis Chriſtiani Epiſcopis, qui illud omnes diſertè approba-

„ runt, vel tacito tantùm conſenſu confirmarunt? " Pergit ille *pag.* 12?. eodem ingenio ſcribens. „ Quòd ſi nihil in *Gregorianorum* Decretalium diſcip'ina eſt (NB. hic Gratianæum „ Decretum ſtudio omittit) quod cum naturali & poſitivo di- „ vino jure confligat, idque ſi quis pervicaciter negaret, hæ- „ reſeos notam haud diffugeret, quid cauſæ eſſe poteſt, cur „ Febronius novum Juris Canonici Corpus optet componi? " Denique ſic concludit *pag.* 130. „ Iſidori porro Spiritus, „ qui ne ſuperſit in reliquo Corpore Juris Canonici, caveri „ maximè Febronius jubet, eſt Reipublicæ Chriſtiano-Eccle- „ ſiaſticæ forma Monarchica. At dum Chriſti oraculum ſta- „ bit (ſtabit autem uſque ad conſummationem ſæculi) Febro- „ nio edico Spiritus ille Iſidorianarum Decretalium in Jure „ Canonico ſemper ſupererit; formam enim Monarchicam, „ quam Iſidorus ubique inculcat, Chriſtus ipſe inſtituit, quem- „ admodum ſuo loco docuimus. "

Imprimis adverſus hæc illuſtriſſimi fratres Walenburgici poſt Veronium in Regula Fidei §. 4. tradiderunt, *nullas Decretales Romanorum Pontificum contentas in Corpore Juris Canonici, ſive in ſex Libris Decretalium, ſive in Clementinis, ſive in Extravantibus eſſe ſufficientes fundando articulo fidei*, Si hinc ad *Diſciplinam* Decreti & Decretalium nos convertamus, apparet illicò quàm ſcabrum ſit illud abſolutæ Monarchiæ fundamentum, quod noſter Jeſuita ex fictis Iſidori Epiſtolis deduxit & adhuc ſuſtinet. Nos econtra *Diſſert. II. Cap. I. & ſeqq.* item *hac Diſſert Cap.* 1. *&* 2. adverſùs Zaccariam probâſſe putamus, quod Eccleſia talem, qualem ipſe fingit, Monarcham in Papa nunquam agnoverit; minime attento Gratiani Decreto & Gregorii Decretalibus ab illa in uſum receptis. Spiritus Eccleſiæ, à Spiritu Iſidoriano toto cœlo diſtans, poſtulat, ut quidquid informe aut diſtortum eſt, ſeriùs aut citiùs, etiam poſt mille annos, reformetur & emendetur. Eo animo ſub exitum Concilii Tridentini Carolus Cardinalis à Lotharingia ſuo omniúmque Gallicorum Epiſcoporum nomine

decla-

declaravit, *reformationem in hac Synodo ſe tanquam leviorem conſiderare; Rempublicam Chriſtianam gravioribus purgationibus indigere, conformiter ad antiquos Canones, præſertim quatuor primarum Synodorum.* Pallavicinus *Lib. XXIII. Cap.* 12. *n.* 8. Hanc declarationem à piiſſimo Cardinale, nemine contradicente, generatim de Decretis Reformationis hujus Synodi factam, Zaccaria *pag.* 138. fide peſſimâ, contra apertam declarantis mentem, reſtringit & applicat ad ſola decreta, quæ Seſſ. XXIV. edenda proponebantur ſuper generali reformatione ad Epiſcopos præſertim forùmque eccleſiaſticum pertinentia. De falſo eum convincit, præter ipſa Cardinalis verba, Nota ab ipſomet adverſario ſuæ paginæ 169. ſubjecta, ubi ex Pallavicino refert, Lotharingum hanc fecifſe reſervationem ac proteſtationem ut ſatisfaceret mandato ſui Regis, quod & diu antè conceptum, & generale erat, his ſcilicet verbis: *Primum id videri, ut ad Eccleſiæ initia redeatur, ut Eccleſiæ ſtatus ad originis ſuæ puritatem quàm maximè accedat.* Memoire pour le Concile de Trente *pag.* 173. Adde *Tom. III. Febr. à pag.* 254. *uſque* 264.

Sanè aliò non tendit Eccleſiaſticæ reformationis ſtudium, niſi ut priſtina Patrum diſciplina labefactata reformetur, ac ſuo reſtituatur vigori. „ Suffecerant quidem *priſcorum Patrum Regulæ Sanctæ* Eccleſiæ Catholicæ, rectiſſimæque normæ ad mortalium correctionem prolatæ (inquit Synodus Vernenſis an. 755. in Præfatione apud Harduinum *Tom. III. col.* 1994.) ſi earum ſanctiſſima jura perſeveraſſent illæſa: „ ſed quia emergentibus cauſis quibuſdam (non) congruis, „ temporéque inquieto ſuperveniente, contigit nonnulla ex „ hac re, negligentiâ faciente, fuiſſe intermiſſa, ideóque glorioſiſſimus atque Deo religioſus, illuſter Vir Pipinus Rex „ Francorum univerſos penè Galliarum Epiſcopos aggregari „ fecit ad Concilium Verno palatio publico recuperare aliquantiſper cupiens inſtituta Canonica. Et quia facultas modò *non ſuppetit ad integrum*, tamen *aliqua ex parte* vult eſſe

„ correctum, quod Eccleſiæ Dei valde cognoſcitur eſſe con-
„ trarium. Et ſi tempora ſerena ſpatiáque tranquilla divinitùs fuerint ei collata, cupit *ad plenum* ſecundùm ſanctos Canones, pleniùs opitulante divinâ gratiâ, meliùs, perfectiùs integréque in antea conſervare. "

Neque aliud actum ſæculo ſequente, cùm Zelo religioſiſſimorum Principum Caroli M. Ludovici Pii eorúmque ſucceſſorum reformatio adeo urgebatur, tótque non alium in finem Synodi cogebantur, niſi ut priſtini Patrum Canones in uſum revocarentur. In Synodo Moguntina anno 813. juſſu Caroli M. Imperatoris coacta, „ conſederunt Epiſcopi cum „ quibuſdam Notariis, legentes atque tractantes ſanctum Evangelium, nec non Epiſtolas & Actus Apoſtolorum, *Canones* „ quoque ac diverſa ſanctorum Patrum Opuſcula, Paſtoralémque librum Gregorii, cum cæteris ſacris Dogmatibus: diligenti ſtudio perquirentes, quibus modis ſtatum Eccleſiæ „ Dei, & Chriſtianæ plebis profectum ſanâ doctrinâ & exemplis juſtitiæ inconvulſum, largiente gratiâ Dei perficere & „ conſervare potuiſſent. " Apud Hartzheimium *Concil. German. Tom. I. col.* 405. Plura mittimus.

IX.

Hactenus vidimus eos, qui ſervatum in Gratiani Decreto & Decretalibus ſyſtema Iſidorianum damnant, in ſenſu Zaccariæ *ad hæreſin proximè accedere*; nunc videamus illos in noſtri Jeſuitæ ſententia *planè hæreticos*. Hoc conatur ille probare & variis exemplis demonſtrare *à pag.* 105. *uſque ad pag.* 113. citat inter alia illud S. Auguſtini: *Eccleſia inter multam paleam & Zizania multa tolerat; & tamen quæ ſunt contra fidem & bonam vitam nec tolerat nec approbat, nec tacet, nec facit.* „ Non dubito, inquit, quin ſaltem ſi quis aut ſentiat „ affirmétque, quampiam Eccleſiæ conſuetudinem legémque „ non ſolùm eſſe per ſe malam atque injuſtam, ſed etiam à „ Romano

„ Romano Pontifice Eccleſiáque *ùt malam injuſtámque propo-* „ *ni*, aut illam eâ notâ configat, quæ adeo nefariam de ſum- „ mo Pontifice atque Eccleſia ſententiam contineat, ſuráive, „ ab hæreſi excuſari nequeat. Id enim quid demum eſſet, „ niſi de Romano Pontifice Eccleſiáque illud opinari, quod „ ab Eccleſiæ ſanctitate atque infallibilitate prorſus abhor- „ ret, poſſe ſcilicet Pontificem Eccleſiámque ea ſtudioſe præ- „ cipere, unde fideles in errorem ac ſcelera pertrahantur. . „ . . . . . Quid ergo de Febronio ſtatuemus, qui non unam „ alterámve diſciplinæ legem, ſed generalem à tot ſæculis „ per Romanos Pontifices, Eccleſiâ ſaltem non diſſentiente, „ atque adeo tacitè adſentiente, inductam diſciplinam gra- „ viſſimis cenſuris adficit atque condemnat? “

Mihi primùm hac occaſione in mentem venit ille Ferrerii Regis Chriſtianiſſimi ad Tridentinum Concilium Legati diſcurſus, qui die 22. Septembris an. 1563. adeóque ſub finem Synodi ad dicendum in ea admiſſus ita fatus eſt apud Pallavicinum *Lib. XXIII. Cap.* 1. *n.* 5. „ Quinquageſimum ſupra „ centeſimum annum eſſe, ex quo Gallia reparationem Ec- „ cleſiaſticæ Diſciplinæ collapſæ poſtulabat, quemadmodum „ teſtabantur in primis doctiſſimus Gerſon, Pariſienſis Can- „ cellarius, in Synodo Conſtantienſi, & poſtea tot Orationes „ auditæ in Tridentina Hac tantummodo de cauſa miſſas „ fuiſſe à Rege Chriſtianiſſimo legationes ſuas ad Concilia Con- „ ſtantienſe, Baſileenſe, Lateranenſe, ad primum & hoc ſe- „ cundum Tridentinum (Concilium ſub Julio III. non con- „ numerabat, quippe cui reſtiterant Galli) & adhuc tamen „ fructum expectari. Huic negotio à Patribus haud ſatisfa- „ ctum per ante actam dogmatum deciſionem, cùm debitori „ minimè fas ſit unum pro alio ſolvere creditoribus etiam in- „ vitis: à Gallis hujusmodi definitioues numquam fuiſſe po- „ ſtulatas. Quòd ſi alii poſtularant (indicabantur Hiſpani) „ oportere Patres reminiſci in judicio appellato *Familia erci-* „ *ſcunda*, ſive de patrimonii diviſione, primam partem debe-

 „ ri pri-

„ ri primogenito, qualis erat in Eccleſia Rex Chriſtianiſſimus. „ . . . . . . *Num.* 7. Tum perrexit vituperare penſiones reſervatas ex alio titulo, quàm ſi Epiſcopus inutilis effectus, „ eas ſibi ad alimenta retineret, Adjutore ad Epiſcopatum aſſumpto; ſacerdotia multiplicia; eadem pro certo capite reſignata; communem uſum regreſſuum; exſpectativas; annatas; præventiones. . . . . . *Num.* 9. Cùm egrederetur „ è conſeſſu, primus Legatorum (Pontificiorum) Ferrerio dixit, Ipſum imitatum fuiſſe veteres Tribunos plebis, qui adverſùs Conſulum leges intercedebant. Ad ea Gallus: Non „ niſi proba à ſe depoſci. “

X.

Verè non niſi proba in his depoſcebat Ferrerius, nempe ſublationem diſciplinarium abuſuum, à ſæculis toleratorum, & à Romana potiſſimùm Curia procedentium, quorum emendationem viri docti & pii, imò integræ Nationes & Eccleſiæ perſæpe, ſed fruſtra, poſtulaverant. Interim hac occaſione *Ferrerio* contigit quod in animo Zaccariæ evenit *Febronio.* Refert Pallavicinus *ibid. n.* 10. incredibile eſſe, quonam odio excepta fuerit à Conventu illius concio; in quorundam animis auctam ex ea ſuſpicionem fuiſſe priùs de Ferrerio conceptam *inſinceræ religionis.* Equidem addit Pallavicinus num. 6. *potuiſſe fortaſſe* ad diſcurſum Ferrerii *reſponderi*, *jam eò deventum eſſe*, *ut per longum emendationum ſyllabum negotio tandem conſuleretur:* Attamen, poſito etiam à Tridentinis Patribus eccleſiaſticorum abuſuum, qui & multo tempore & magno numero viguerant, emendationem in ea latitudine, quam Cardinalis Hiſtoriographus hoc loco venditat, procuratam fuiſſe; non puto tamen ab iiſdem Patribus Gerſonem, Durandum Mimatenſem, & alios eis ſimiles Zelatores pro hæreticis habitos fuiſſe, etiamſi ſuis frequentibus & ſeriis inculcationibus addidiſſent, Papam hos abuſus non ignorare & ad minùs tolerare, neque hactenus ab Eccleſia medium efficax prodiiſſe ad ea

Digitized by Google

ea auferenda. „ Si Adrianus ſummus Pontifex, hujus nomi-
„ nis poſtremus, & divus ipſe Maximilianus in Principum co-
„ mitiis Eccleſiæ maculas depingunt; nemini mirum videbi-
„ tur, ſi quæ ab illis ante annos aliquot publicè ſunt tradita,
„ ab aliis etiam longè lateque divulgentur. . . . . Vide, quo
„ animo, qua intentione quo affectu illuſtriſſimi noſtri Princi-
„ pes Germanicæ nationis gravamina ſummo obtulerunt Pon-
„ tifici, & publicæ eorum editioni contradices nunquam. “
Ita Orthvinus Gratius in *Faſciculo rerum expetend. & fugien. fol. m.* 242.

Si quid circa rem præſentem in ſcriptis adverſarii video, debet ad hoc ut quis hæreſeos compellari valeat, affirmare, *aliquam conſuetudinem vel legem, quam Pontifex & Eccleſia propoſuerunt ut bonam & æquam, per ſe eſſe malam & iniquam.* At ubi hoc fecit Febronius? Multos deſignavit abuſus, & hoc etiam nomine compellavit, quos Curia Romana fovet, Eccleſia tolerat, ſed non ut regulam actionum proponit. *Concilia in dogmatibus fidei non poſſunt errare: circa leges ad Eccleſiam componendam latas poſſunt errare, & non ſemper ſalubriora ſtatuunt*, inquit unus ex celebrioribus Theologis Tridentinis Didacus Payva in Defens. Trid. fidei. Lib. I. de Concil. general. auctoritate. Principalis & præjudicialis inter nos quæſtio eſt, an ſtatus Eccleſiæ ſit monarchicus, an Epiſcopi ſuam ab eo habeant auctoritatem &c. Ubi id definivit Eccleſia? Nos negamus *a*) Pontificem eſſe ſupra Eccleſiam & Concilium; *b*) eum poſſe leges ferre ſine Epiſcoporum concurſu & conſenſu; *c*) in exercitio functionum Epiſcopalium & exercitio jurisdictionis ordinariæ concurrere cum Epiſcopis; *d*) eſſe collatorem omnium beneficiorum; *e*) in omnibus cauſis ad ejus Curiam appellari; *f*) poſſe Collegia & Ordines Religioſos eximere abſque conſenſu Ordinariorum; *g*) diſpenſare aliter quàm gratis, ex cauſa canonica & rarò; *h*) reſervare caſus Epiſcopis invitis; & plura alia. Quæro autem ubi & quando Eccleſia his contraria declaraverit? ſcio, quòd Romani
for-

formaverint&reſpectivè adhuc forment prætenſiones his Epiſcoporum & Nationum negationibus & contrariis juribus adverſas; ſed his prætenſionibus, & ſi fas eſt dicere uſurpationibus, quæ Decrto Gratiani & Decretalibus, fundamentis multùm infirmis, innituntur, jam maxima ex parte fines poſiti ſunt per Conciliorum œcumenicorum declarationes, atque in his etiam per Tridentini definitiones, per Nationum concluſa, per Concordata, per ſalubria Principum conſtituta. Quæ ex jam dictis adhuc ſuperſunt, cum genuinis juribus & ſinceris Canonibus pugnantia, ea haud dubiè datà opportunitate pariter levabuntur.

XI.

Poſt hæc comparet quantum velit adverſarius noſter (uti *pag.* 96. facit) Febronii propoſitionem de emendando aut etiam planè abjiciendo noſtro Corpore Juris Canonici; atque compilando novo & ſinceriore, à falſis et inutilibus vacuo, cum facto Lutheri, qui illud in opprobrium Romani Pontificis & ſpretum Eccleſiæ Romano-Catholicæ publicè combuſſit; prudentiores facilè intelligent, hoc Lutheri factum à voto & conſilio noſtri Auctoris (qui id emolumentum ac obſequium noſtræ ſanctæ Eccleſiæ & Religionis proponit) toto cœlo diſtare. Cæterùm non arbitratur Jeſuita, conſilium de abdicando Corpore Legum tam informi, Profeſſoribus & Scholaribus admodum gravi, Epiſcoporum juribus multùm detrahente, Apoſtolorum inſtituto & bono Eccleſiaſticæ Diſciplinæ & Regiminis ſacri in pluribus contrario, debito & naturali juſtititiæ curſui haud raròi obſiſtente, finaliter cum bono ſanctæ Religionis noſtræ perſæpe pugnante, tam novum, exoticum & parum Catholicum eſſe: jam Sæculo XV. & diu ante motus Religionis in Germania de eradicando Jure utroque Canonico & Civili (quod poſterius tanquam peregrinum ad Germaniam noſtram æque parum accommodum eſt) actum fuiſſe, manifeſtum eſt ex Reformatione Friderici III. de anno 1443. apud Golda-

Goldaſtum *Part. I. Conſtit. Imp. Art.* 5. *&* 7. Quid? quòd vel ipſe Gregorius Zallwein, quem Jeſuita in Febronium, tanquam hac in parte cum Luthero cônſpirantem, animoſè excitat, jam ſimili conſilio Eccleſiam juvare conatus ſit. Accipe ejus verba *Tom. II. pag.* 309. „ A tempore quo Sedes „ Pontificia Avenionem translata fuit, plures Synodi Generales fuerunt celebratæ, innumera emanaverunt Pontificum „ Decreta, ſchismata plura turbaverunt Eccleſiam, hæreſes „ diverſæ intoxicaverunt Religionem, varita inita fuerunt pacta inter Eccleſiam Romanam & alias inferiores Eccleſias, „ inter Pontificem & Epiſcopos, inter Eccleſiam & Imperium, „ inter Principes Eccleſiaſticos & Politicos, totusquantus ſtatus eccleſiaſticus & politicus mirum in modum immutatus „ fuit, novàmque faciem induit; attamen nulla ampliùs emanavit Collectio Canonum & Decretalium authoritate Pontificis ſuffulta: quanquam, ſi unquam, certè noſtris temporibus talis foret ſummè neceſſaria, ut, quæ adhuc ex antiquis Canonibus obtinent, vel per noviores ſubierunt mutationem, alterationem & reformationem, aut quæ ſint jura „ particularia Pontificum & Epiſcoporm, Eccleſiarûm particularium & Eccleſiæ univerſalis, eò luculentiùs conſtaret, ne „ toties de regundis finibus agendum foret. “

Sano noſtro conſilio video adhuc tria à noſtro adverſario objici. Primùm *pag.* 130. nunquam fieri poſſe, ut purum habeamus Canonum Corpus, ſi ab eo excludatur forma monarchica, quippe quam Chriſtus in ſua Eccleſia inſtituit. Deinde, *pag.* 127. non poſſe renovari antiquam Canonum Diſciplinam, quin ex tali reſtitutione in integrum majora ſcandala & graviſſimæ ſciſſuræ prudenter timeantur. Demum *pag.* 126. dum Febronius de reducenda antiqua Diſciplina laborat, tantum ſollicitus eſt, ut Pontifex ſuis juribus ſpolietur, cætera parum curat. Ad ſingula facilis eſt & adæquata reſponſio. Et quidem *ad primum*: Cùm principium illud ac totius diſciplinaris machinæ fundamentum de abſoluta Papæ monarchia

falſum & ruinoſum ſit, uti abundè demonſtratum eſt; ſic, & eò magis ſuperſtructum illi Corpus Juris Canonici ruere neceſſe eſt, niſi perpetuò in avia & devia amemus deduci. Quàm panicus ſit timor, qui nobis *ſecundo loco* objicitur, docet experientia. Jam dictum fuit in Præfatione hujus Tomi IV. inde à paucis annis diverſis in regionibus factas eſſe ſine omni motu & tumultu graviores ex iis mutationibus in Corpore Canonum quas optamus & ſuademus, in beneficialibus, in appellationibus, in exemptionibus & aliis; neque major perturbatio metuenda erit in reliquis quæ ſuperſunt. Quantùm *ad tertium*: quisquis dixit: *Reformetur Curia Romana, & Eccleſia ſe ipſam reformabit*, ille meo judicio rectè locutus eſt. Hoc circa tempus ſynodi Baſileenſis quidam optimo animo ſcripſit his verbis: „ Certè ſi Dominus Apoſtolicus & ſua cu„ ria ſe reformaret, vel per Concilium generale fieret refor„ matio generalis, facilè membrum Eccleſiæ unumquodque „ in ſuo ſtatu reformaretur. “ *Concord Germ. integra Tom. III. pag.* 164. Cæterùm hac noſtrâ operâ id agimus, ut nobis Proteſtantes reuniantur; porro hujus Tomi IV. Diſſert. I. Cap. 4. ſatis demonſtratum eſt, exceſſum poteſtatis in Romana, ſeu Curia, ſeu Eccleſia, fuiſſe primariam cauſam diſpoſitivam ſive anſam ſeparationis Proteſtantium à Catholicis, & adhuc eſſe perpetuum impedimentum Reunionis; quare nunc de eo potiſſimùm laborandum fuit, ut hæc cauſa odii auferretur; reliqua ordinare ad alium Tractatum pertinet.

Demus, inquit *pag.* 131., omnia reduci ad terminos quatuor primorum Conciliorum; numquid per hoc omnia ſalva erunt? Nihil tamen, ait, in illis continetur quod repugnet ſtatui Monarchico. Addit *ibid.* Jeſuita malitioſè, velle Febronium ad quatuor illa Concilia rem redigi, ut Tridentinum Concilium, cujus ſe maximè hoſtem ubique Vigorii ſui exemplo patefacit, tandem amoveatur. In utroque egregiè peccat adverſarius. Tempore primorum quatuor Conciliorum generalium Epiſcopi provinciarum particulares ſuas Eccleſias inconſulto

conſulto Romano Pontifice regebant. Hoc colligitur ex Canone IV. V. & VI. Concilii Nicæni, juncto Canone XIII. & XIV. Concilii Antiocheni an. 341. Concilia ſingulis annis habebant inconſulto ſummo Pontifice, & in eis definitivè ſtatuebant jure ſuo. Can. V. Nicæno. In his Synodis imò & extra eas Epiſcopi cognoſcebant & ſtatuebant de rebus fidei. Unde in Actis Concilii Chalcedonenſis Act. III. Leonis PP. Legati ad Synodum referebant, *Eutychem regulariter à proprio damnatum Epiſcopo.* Confirmatio, approbatio & conſecratio neo-electorum Epiſcoporum non ad Romanum Pontificem, ſed ad Metropolitanum & Suffraganeos pertinebat. Can. IV. Nicænus. Translatio Epiſcoporum fiebat per Epiſcopos Provinciæ. Can. 37. Cauſ. VIII. Quæſt. 1. qui Canon deſumptus eſt ex Canone 27. Concilii Carthaginenſis IV. anni 398. Cui addi poteſt Canon XIII. Apoſtolorum, quorum collectio ad ſæculum IV. pertinere creditur. Epiſcoporum depoſitio Synodo Provinciali reſervata eſt per Canones XIV. & XV. Concilii Antiocheni, Canonem VI. Concilii Conſtantinopolitani, Can. VI. Concil. Chalcedonenſis. Appellationibus ad Romanam Sedem à judiciis ſynodorum Epiſcopalium ſe objiciunt Concilii Nicæni Canon V. Antiocheni Can. XIV. XV. Chalcedonenſis Can. IX. & XVII. Add. *Tom. III. Febr. pag.* 296. &c. Quis ſanus judicet hæc cum ſtatu monarchico poſſe concordari, quando ea omnia (quæ Romani *Majorum Cauſarum* titulo honorant) illi Canones, ad quos Card. Lotharingus in fine Concilii Tridentini cum aliqua ſpecie reſervationis & proteſtationis provocavit, Epiſcopis & eorum Synodis tribuunt, citra omne prævium mandatum, concurrentem authoritatem aut ſubſequentem ratihabitionem ſeu cofirmationem Rom. Pontificis. Canones omnes Concilii Tridentini ex corde veneror, doleo in Reformatione non eſſe plures, eòſque deſiderio optimi Card. Lotharingi eique conſentientium Patrum conformes. Vigorium nec conſului, nec ſecutus ſum.

Digitized by Google

Antequam ad ulteriora progrediar, obſervo Zaccariam *pag.* 127. aſſerentem, auctoritati *Epiſcoporum & Metropolitanorum ob abuſus, qui ſub ipſis irrepſeruut, & invaleſcebant, aliquot facultatum* (ſic vocat nativa illorum jura) *aut limitationes, aut reſtrictiones utiles & neceſſarias habitas*, proinde à Pontificibus factas eſſe. Dein *pag.* 191. ſic fatur: *Horret animus ea recolens, quæ de Epiſcopalis auctoritatis abuſibus paſſim in Eccleſiaſticis referuntur Annalibus. Quis, niſi deſipiat, hinc licere ſibi exiſtimet Epiſcopos à ſuis legitimis juribus deturbare?* Hæc qui poteſt conciliet; poſtremum omnino verum eſt: prius in jure & applicatione abſolutè falſum.

XII.

Ad leges & legislatoriam poteſtatem relationem habet prohibitio malorum librorum. De hac actum eſt *Tom. I. Febr. Cap. IX.* §. 2. *Tom. II. pag.* 564. *ſeqq. Tom. III. p.* 181. *ſeqq.* Ubi & in ſpecie tractatum fuit de *Opere Februniano ejúſque damnatione* Romæ facta. Hic Zaccaria *pag.* 179. *ſeqq.* quæ de juſtâ perditiſſimorum librorum de materialiſmo tractantium cenſurâ meritò dicuntur, ea Febronio applicat Febronium ait, putare, impunè ſe poſſe libros edere, quibus ſacratiſſima Eccleſiaſtici regiminis forma à Chriſto inſtituta evertatur; reverentia erga Petri ſucceſſores à majoribus tradita abjiciatur, inviolabilis cum Apoſtolica ſede communio nihil fiat; datæ à Chriſti Vicario ſapientiſſimæ leges proterantur; denique formidandæ Romanæ Sedis cenſuræ irrideantur. Accuſatio gravis eſt; reſtat, ut videatur an vera ſit & juſta. Imprimis præſenti Diſſertatione ſatis á Theoria & Praxi probatum arbitror, leges novas a Pontificibus datas univerſale robur non accipere ſine Epiſcoporum & Principum in diſciplinaribus & politicis adſenſu. Porro quid circa Romanum Febronii damnationem (ſive illam *legem* dixeris, ſive *judicium*) à pluribus iiſque ſummis Principibus atque à Catholicis Nationibus actum fuerit, tum in Præfatione hujus Tomi IV, tum alibi abundè enarratum

ratum eſt. An per Febronium ſacratiſſima Eccleſiaſtici regiminis forma evertatur, an econtra à Jeſuitis & Antifebronianis talis forma effingatur, quam neque Chriſtus inſtituit, neque Apoſtoli ſecuti ſunt, neque ſequentium ſæculorum uſus uſque ad falſas Iſidori Decretales earúmque receptionem probavit, & contra cujus uſurpationem Eccleſia in Conciliis, Principes & Nationes in Actis publicis, Viri probi & doctiſſimi in ſuis ſcriptis identidem reclamârunt; de hoc inſpectis tabulis judicent prudentiores. Reverentiâ, Petri ſucceſſoribus ex Chriſti inſtituto, & ſacrorum Canonum præſcripto debitâ, ita abuſi ſunt Romani Curialiſtæ, ut eam integræ gentes abjecerint; nos de hoc damno ſarciendo agimus, eâdem reverentiâ ſimul & obedientiâ, ad ſuos nativos terminos reductâ. Communio cum Apoſtolica Sede, quantum in nobis eſt, inviolalabiliter ſervanda eſt, & ſeria hæc voluntas perdurare debet, etiamſi Romani iniquè nobiſcum agerent. Neque tamen propterea debemus probare (ut hoc pro exemplo ponam) quod Clemens XIII. anno 1768. egit cum Duce Parmenſi & ejus Miniſterio, dum eos à communione Sedis Apoſtolicæ alienos declararet. Datæ à primo Chriſti Vicario leges, ſi *ſapientiſſimæ* ſint, ab Epiſcopis & Nationibus haud dubiè acceptabuntur; hoc ſi non eveniat, cenſebuntur deficere tum ex parte *poteſtatis* in ferente legem, tum ex capite *communis utilitatis*. Denique Romanæ Sedis cenſuræ nunquam irridendæ, attamen nullæ ſunt, ſi contra juris ordinem ferantur.

Poſt hæc, felicia, exclamat Zaccaria *pag.* 181., tempora, quibus juxta Canonem Concilii Triburienſis, vix ferendum Sanctæ Sedis jugum tamen ſupportabatur cum manſuetudine! Felicia utique, *in ſenſu mundano*, ſi Romá ſuâ fortunâ prudenter & ſobriè uti ſciviſſet; felicia ra *in ſenſu ſpirituali*, ſi ne tum quidem Roma jugum ſuum ita cœpiſſet aggravare, ut populi ejus duritiem jam ſentirent, quod deinde, cùm adhuc excreſceret, ne ferendum quidem ampliùs eis viſum eſt.

XIII.

Qualiter Romani Pontifices poſtquam falſæ Iſidori Decretales receptæ eſſent, ope & officio *Legatorum* ad amplianda ſua jura uſi ſint; qualiter econtra Principes & Epiſcopi, cùm ſua per illos jura in aliquo læderentur, ſe ſe eis oppoſuerint, pluribus traditum fuit *Tomo I. Febr. Cap. II.* §. 10. *Tom. II. pag.* 376. *ſeqq.* & demum *Tom. III. pag.* 38. *ſeqq.* Noſtris aſſertis & probationibus P. Zaccaria, ut etiam hac in parte aliquid præſtitiſſe videatur, contraponit ſuæ Diſſertationis ſextæ Caput VI. His, ut cum Practicis loquar, priora & generalia oppoſuiſſe nobis ſufficiet, & cauſam prudentum judicio committere; hi, uti quidem reor, facilè intelligent, Jeſuitam verba dediſſe, prætereáque nihil. Ne tamen planè vacuam dimittamus materiam de Legatis, non erit inutile hic quædam addere de ea *Nuntiorum* Specie, qui certis in urbibus & pro certis diſtrictibus auctoritate Sedis Apoſtolicæ ordinarium atque conſtans Tribunal exercent. Hæ Nuntiaturæ ante Tridentinum cis Alpes incognitæ, poſt illud introductæ ſunt, prætextu & cauſâ utilitatis atque neceſſitatis, ad Decreta Concilii Trid. executioni mandanda. Equidem Helvetia huic innovationi adhuc anno 1571. fortiter reſtitit; attamen Sixto V. ſucceſſit, ut anno 1586. ſuum hac in parte intentum obtineret. Proſper hic ſucceſſus Romanis ſpem fecit & fiduciam ingeſſit, futurum, ut aliis quoque in locis hæ Nuntiaturæ admitterentur; quemadmodum & anno 1588. ea Bruxellis in Brabantia certis ſub conditionibus inducta fuit. Vix autem eæ variis locis ſtabilitæ fuerant, cùm vicinæ regiones experimento diſcerent, quibus difficultatibus & incommodis ſe ſubmiſſent. Diſpenſationes, abſolutiones, & ſimilia ab illis procedebant, perinde ac ſi eis in partibus omnis ceſſaret Epiſcopalis auctoritas; admittebantur appellationes à judiciis Epiſcoporum, præterito Metropolitano; quin et in prima inſtantia Nuntii præſumebant judicare; delegabant cauſas Germanorum italis judicibus, quos in ſuo comitatu habebant; & quod plus

eſt,

eſt, ſæculares perſæpe cauſas ad ſuum tribunal trahebant. Graves hæ inconvenientiæ plurimas ciebant querelas. Unde adverſus illas inde ab anno 1593. Cameræ Imperialis continuò implorabatur auctoritas, à qua frequentiſſimè emanabant *Mandata caſſatoria & inhibitoria proceſſuum ad Nuntiaturam incompetenter delatorum.*

Cùm autem Nuntii Apoſtolici his nequidquam moti, cenſuris Eccleſiaſticis & excommunicationibus ſua prætenſa jura tueri & populos terrere præſumerent, atque hinc continuæ perturbationes in re judiciaria Germaniæ naſcerentur; Imperialis Camera, tunc in urbe ſpirenſi fixa, his meritò commota, tantum gravamen an. 1643. ad Deputationem Imperii pro reformatione juſtitiæ ordinatam detulit, ſuo etiam voto ſuperaddito. Hoc votum cùm primùm à jam memoratis Deputatis, ac dein ab ipſis etiam Imperii Comitiis probaretur; nata inde fuit notabilis illa Imperialis Conſtitutio, Receſſui Imperii noviſſimo de an. 1653. §. 164. inſerta. His addi poſſunt quæ circa idem tempus in Conventu Electorali acta memorat Pufendorf *de Rebus geſtis Friderici Wilhelmi Electotis Brandenburgici Lib. IV.* §. 40. nempe: „ Eccleſiaſtici Electores graves querelas ſuper Pontifice & Curia Romana movebant, „ qui non in eccleſiaſticis ſolùm, ſed et civilibus cauſis adverſùs Imperii leges ipſorum jura uſurpet, eóque ſeparatum „ articulum Legi Regiæ inſeri cupiebant, ut futurus Rex iſtas „ uſurpationes reprobet, & adverſùs eas ipſos tueatur. "

XIV.

Hæc non obſtabant, quominus perdurarent gravamina inclytæ Nationi per Nuntiaturas illata; ita ut Imperialis Camera inde ab anno 1655. ſe ſe ad adhuc indeſinenter videret occupatam in decernendis Mandatis caſſatoriis & inhibitoriis, quorum cumplura typis expreſſa proſtant. Inter alias autem adverſùs Nuntiaturas & Romanam Curiam querelas & illa erat non

Digitized by Google

non minima, quòd eæ ſibi arrogarent cognitionem & judicium de Nobilitate Germanicâ ad ingreſſum in Capitula Cathedralia requiſitâ. Plura ſingularia de Colonienſi Nuntiatura non memorabo, quæ multiplicatis recurſibus ad ſuprema Germaniæ Dicaſteria, quin & ad ipſa Imperii Comitia anſam dederunt; unum tamen non prætermittam, quod ſpem dederat magnam, futurum, ut illæ Rheni inferioris Provinciæ, quæ jugo Nuntiaturæ ſe ſubmiſerant (non enim omnes illud amplexæ ſunt) ab ea moleſtia deinceps liberarentur. Pertinet illud ad annum 1714. & recenſetur in Electis Juris Publici *Tom. VII. pag.* 469. *ſeqq.* Scilicet Doctores Juris Eccleſiaſtici Coloniæ prætendebant contra morem eouſque ſervatum Doctoribus Juris Civilis in omnibus, atque in ipſa etiam Decanali electione, exæquari. Obtinuerant jam in ſui favorem à Nuntiatura decreta Decanatûs ſequeſtratoria ſub pœna 500. florenorum auri contra electum à Facultate Decanum. Adverſus hæc Decanus & Profeſſores ordinarii Conſtitutionibus Imperii ſuffulti, in hac cauſa merè civili, implorant protectionem Vicariorum Imperii & Conſilii Imperialis aulici. Inde emanant Cæſarea adverſus Eccleſiaſticos mandata, eorúmque temporalia arreſto ſubduntur. Datur inſuper Miniſtro Cæſareo & Decano Metropolitanæ Colonienſis in mandatis, ut Nuntio ſignificent, quatenus à cœptis abſtineat, ſiquidem ille porro intra fines Imperii tolerari deſideret. Perſtabat equidem in ſuo propoſito Nuntius; attamen Romam diſceſſit, relicto Coloniæ Adminiſtratore Nuntiaturæ. Hic eidem, qua Nuntius ipſe, intemperantiæ inſiſtens, Miniſtro Cæſareo per Nuntiaturæ Abbreviatorem Romanum Breve fuit inſinuari, quo in cenſuras incidiſſe, & ſacris ei interdictum eſſe declarabatur. Cæſarea Majeſtas hiſce offenſa & meritò indignata, fato Adminiſtratori juſſit, ut intra octiduum Coloniâ, & intra quatuor ſeptimanas è Germania excederet; quod & ille fecit antequam hoc ei mandatum ſignificaretur. Tunc, ùt dixi, maxima ſpes affulgebat Nuntiaturæ deinceps non ampliùs recipiendæ. Pluribus hæc & ſimilia alia, etiam recentiora,

Apoſto-

Apoſtolicarum Nuntiaturarum gravamina recenſentur & ex Actis publicis illuſtrantur in Pragmaticâ Elucidatione Paragraphi 164. noviſſimi Receſſûs Imp. inſertâ Concordatis Germaniæ integris *Tom. III. à pag.* 116. *ad* 153.



DISSERTATIO VII.

De juribus Primatûs, quæ à Conciliis & Epiſcopis Romano conceſſa ſunt.

Caput I.

Generatim de iis quæ Rom. Pontifici ſeriùs per conſenſum Ecclaſiarum obvenerant; ſpeciatim de jure terminandorum finium Diœceſium & de erectione novorum Epiſcopatuum; de reſervatione peccatorum & diſpenſationibus.

I.

Si Zaccariæ credimus, quidquid Rom. Pontifex unquam habuit, quidquid modò tenet, quidquid aliquando pro authoritate exercuit, hoc non ex alio fonte obtinuit quàm jure divino, nihil ex humano: Canones, inquit *pag.* 195., Conciliorum hanc authoritatem ſolùm *declarârunt* & *aſſeruerunt*. Quàm hæc ſint paradoxa, per decurſum hujus Diſſertationis monſtrabitur. Priùs tamen hæc boni viri pia fraus notanda eſt, qua *ibid.* Epiſtolis R. R. P. P. Bonifacii I. 14. & Gelaſii 31. rem & cauſam ſuam ſolidare nititur, quippe quarum primâ aſſeritur, *Nicanæ ſynodi non aliud præcepta teſtari: adeo ut non aliquid ſuper eum* (beatum Petrum) *auſa ſit conſtituere, quum videret nihil ſupra meritum ſuum poſſe conferri: omnia denique huic noverat Domini ſermone conceſſa*: Alterà dicitur, *Romanam Eccleſiam nullis ſynodicis conſtitutis cæteris Eccleſiis prælatam eſſe, ſed Evangelicâ voce Domini & ſalvatoris noſtri Primatum*

matum obtinuiſſe. Quid ſibi hæc volunt aliud, quàm Primatum in Eccleſia Petro & ejus ſucceſſoribus à Chriſto, non originariè à Conciliis, datum eſſe? *Quouſque* autem ejuſdem ſe extendat auctoritas, hoc nemo prudens ex his Epiſtolis reſolvet; omnium autem minimè ad omnes hodiernas Romanæ Curiæ prætenſiones illas ſpectare aſſeret. Ad quid utraque Epiſtola intendat potuiſſet Jeſuita intelligere ex Petri Conſtant. *Not. B.* in illam Bonifacii Verb. *Nicænæ ſynodi . . . . conſtituere*: „ Scilicet Can. 6. ubi in veteribus codicibus legitur, „ *Eccleſia Romana ſemper habuit primatum.* Quo reſpiciens „ Nicolaus I. Epiſt. 8. ait: *Si inſtituta Nicænæ Synodi diligenter* „ *inſpiciantur, invenietur profectò, quia Romanæ Eccleſiæ nul-* „ *lum eadem Synodus contulit incrementum, ſed potiùs ex ejus* „ *forma, quod Alexandrinæ Eccleſiæ tribueret particulariter,* „ *ſumpſit exemplum.* Eódem pertinet etiam quod Gelaſius „ Epiſt. 33. n. 1. ſcripſit: *Romana Eccleſia nullis ſynodicis con-* „ *ſtitutis ceteris Eccleſiis prælata eſt: ſed Evangelicâ voce Do-* „ *mini & Salvatoris noſtri primatum obtinuit. Iſta igitur pri-* „ *vilegia,* inquit Nicolaus I. aliquantò ante mox citata verba, „ *huic Eccleſiæ Chriſti à Chriſto donata, à ſynodis non donata,* „ *ſed jam ſolummodo celebrata & venerata.* " Pone tamen Bonifacium & Gélaſium in ſuis litteris ad effectus & particularia jura Primatùs attendiſſe; non poterant ſanè in alia ſuum intendere obtutum, quàm ea, quæ ipſorum ævo à Conciliis, Epiſcopis & Principibus agnoſcebantur. Porro cùm illorum Pontificatus pertineat ad ea ſæcula, ad quorum normam & Diſciplinam Patres Concilii Tridentini præeunte Card. Lotharingo (uti præced. Diſſertatione Cap. ultimo vidimus) res Eccleſiæ componi cupiebant; ſic perlibenter aſſentimur, ut jura, quæ ad Primatum pertinere putantur, & de quibus inter nos agitur, iiſdem limitibus definiantur, in quos cum quatuor primis Conciliis Generalibus, cum Bonifacio I. & Gelaſio conſpirabant, ſaltem in voto, laudatiſſimi Patres Tridentini.

II.

Ad probandum, quòd plura Sedis Apoſtolicæ jura libero Eccleſiarum conſenſui ac delationi debeantur, allegavit inter alia unus ex Febronii Defenſoribus *Tom. II. pag.* 313. illud ex Zoſimi Epiſt. II. ad Epiſcopos per Africam conſtitutos, quod hic Pontifex, pro more, ad ſuæ ſedis commendationem memorat, ſcilicet; *Apoſtolicæ Sedis auctoritas, cui in honorem beatiſſimi Petri Patrum decreta peculiarem quamdam ſanxere reverentiam.* Hac occaſione monet, & rectè monet Zaccaria *pag.* 197. cum hac Epiſtola & his illius verbis componendum eſſe ingreſſum Epiſtolæ XII. ejuſdem Pontificis, ſcriptæ ad Aurelium & cæteros Epiſcopos, qui concilio Carthaginenſi (de qua mox) adſuerunt. In hac Pontifex innuere videtur, eam, quam Patrum traditio & Canonica antiquitas Sedi Apoſtolicæ tribuit auctoritatem, ex Chriſti promiſſione *Matth. XVI.* ṽ. 19. derivari, quæ ſequentia majorum ſtatuta (NB. *ſtatuta*; ſic legi in MS. Vaticano obſervat Conſtantius) firmaverint. Notandum, utramque hanc Epiſtolam ſcriptam eſſe in cauſa Cæleſtii, quæ gravi cotentioni inter Romanam Pontificem & Epiſcopos Africæ locum dedit, ubi quidquid valuit, Zoſimus in favorem Romanarum appellationem produxit. Diſputationis ſumma jam relata fuit *Tom. III. Febr. pag.* 25. Ejus ſeriem hic breviter repetimus ex Natali Alexandro *Tom. IV. pag.* 354. „ Cùm celebranda eſſet ſynodus Carthagine, ad quam ex cunctis Africanæ Eccleſiæ Provinciis „ convenire deberent Epiſcopi; Zoſimus Pontifex Legatos „ Apoſtolicos miſit in Africam cum mandatis ad illius regionis ſynodum perferendis. Hi erant Fauſtinus Epiſcopus Potentinus in Piceno, Philippus & Aſellus Presbyteri. Quatuor acceperant in mandatis, cum Africanis Epiſcopis agenda. Primum de appellationibus Epiſcoporum ad Romanum „ Pontificem. . . . . Quoad primum caput, ſcilicet appellationes Epiſcoporum ad ſedem Apoſtolicam, Zoſimus eas auctoritate Nicænorum Canonum inniti profitebatur, ùt patet „ ex

„ ex Commonitorio, quod ſuis tradidit Legatis, & quod Cap. „ 3. Concilii Carthaginenſis VI. refertur. *Ita dixerunt*, in- „ quit, *in Concilio Nicæno, cùm de Epiſcoporum appellatione* „ *decernerent*:. *Placuit autem, ut ſi Epiſcopus accuſatus fuerit* „ *&c.* Recitat integrum Canonem ſeptimum Concilii Sardi- „ cenſis, Sardicenſes Canones appellans Nicænos, ob ratio- „ nes aliàs adductas. Interim Africani Epiſcopi, qui Cano- „ nem illum non reperiebant in exemplaribus Nicæni Conci- „ lii à Cæciliano Carthaginenſi Epiſcopo, qui Nicænæ ſyno- „ do interfuerat, in Africam delatis, reſponderunt. dubios „ eſſe Canones à Fauſtino prolatos; decreverunt autem mitten- „ dos eſſe Legatos ad Epiſcopos Alexandrinum & Conſtanti- „ nopolitanum, quorum in Eccleſiis authentica Nicæni Con- „ cilii exemplaria eſſe dicebantur, ut agnoſci poſſet an revera „ hi Canones ad Nicænam Synodum pertinerent. Tum etiam „ decreverunt monendum de hoc eſſe Bonifacium Zoſimi „ ſucceſſorem, ut et ipſe curam quoque ſuam in conquiren- „ dis veris exemplaribus Nicæni Concilii adhiberet. Polliti- „ ci ſunt tamen, ſe obedituros huic Canoni, ſi conſtaret à „ Nicæna ſynodo eſſe ſancitum; ſin minùs, de hoc negotio „ in ſequenti Concilio acturos. Interim ſtatuerunt, juxta „ quod cenſuerat S. Auguſtinus, ut Canon de Appellationi- „ bus Epiſcoporum executioni mandaretur, donec de Cano- „ nibus Nicænis conſtitiſſet. Hæc omnia patent tum ex Actis „ Concilii VI. Carthaginenſis, tum ex Epiſtola Synodica ad „ Bonifacium. . . . . "

„ Africani Patres Bonifacium Zoſimi ſucceſſorem mo- „ nent, intelligere etiam Sanctitatem ejus, prorſus iniquum „ eſſe, ut Afri typhum iſtum patiantur, ſi conſtiterit Ca- „ nones illos abeſſe à Nicæna ſynodo: tametſi, ut ajunt, in „ Italia cuſtodiatur, Quod Canonibus prolatis ſtatotum eſt. „ . . . . . . Interim Cyrillus Epiſcopus Alexandri- „ nus, & Atticus Conſtantinopolitanus miſerunt ad Africanos „ nos Epiſcopos exemplaria Canonum XX. Concilii Nicæni,

 „ inter

„ inter quos non extabat ille quem Zoſimi juſſu Fauſtinus pro-
„ tulerat: parum tamen id profuit. Nam Cœleſtinus Ponti-
„ fex, qui Bonifacio ſucceſſerat, non multò pòſt admiſit ap-
„ pellationem Appiarii Presbyteri, ob nova crimina iterum ab
„ Epiſcopo ſuo depoſiti, eúmque reſtituens, Legatum in Afri-
„ cam, pro executione reſtitutionis, Fauſtinum miſit; atque
„ hoc agndi modo violaſſe viſus eſt Canones non tantum Ni-
„ cænos, ſed & Sardicenſes, qui Presbyterorum appellatio-
„ nem prohibebant. Congregato Concilio Africano, nihil
„ non egit Fauſtinus, ut Apiarius communioni graduique ſuo
„ reſtitueretur, aſſerens Eccleſiæ Romanæ privilegia; ſed in-
„ caſſum laboravit. . . . . Rogant ſubinde Cœleſtinum
„ I. ne deinceps appellationes hujuſmodi Presbyterorum, imò
„ nec Epiſcoporum recipiat, quia Concilii Nicæni Canonibus
„ adverſantur: tantum abeſt, ut quæ pro iſtarum appellatio-
„ num tuitione laudaverat Fauſtinus, in germanis exemplaribus
„ reperìri potuerint. " Hæc omnia conſtant ex Epiſtola Afri-
„ canorum Patrum ad Cœleſtinum Pont. Max. apud Conſtan-
„ tium in *Collect. Epiſt. RR. PP. col.* 1058.

In hac hiſtorica facti ſerie ſiſtens, obſervo imprimis, Africanos Epiſcopos prætenſum illud appellationis ad Sedem Romanam jus, ſeu tale ejuſdem ſedis privilegium, tanquam illi *divinâ inſtitutione* inhærens, nullatenus agnoviſſe; ſed admittere illud voluiſſe, etiamſi per Concilium Sardicenſe (quod non erat) ei eſſet aſſertum: Declarant tamen, in unius Nicænæ ſynodi reverentiam, ſi in illa (quod Romani prætendebant) Rom. Pontifici collatum eſſe, ſe ſe ei ſubmiſſuros, tanquam venienti ex *Statuto* ſeu *Decreto Patrum*, quod *Apoſtolicæ Sedi* adeo *peculiarem ſanxiſſet reverentiam.* Ex ſua parte Zoſimus, cui firmiter perſuaſum erat, hoc privilegium ſuæ Sedi à Concilio Nicæno, conſequenter *Decreto Patrum*, ſancitum eſſe, ad illud cum fiducia provocat, bene gnarus in Matthæi Evangelio hoc negotium non confici, & ex verbis, *Quodcunque ligaveris ſuper terram &c.* jus Pontificis appellationes ex alie-

nis

nis provinciis recipiendi æque parùm probari, quàm ſi ex eisdem hodie omnes articuli Bullæ Cœnæ, & ſingula puncta Regularum Cancellariæ vellent deduci. Igitur præſidium quærere conatus eſt in *Patrum* Nicænorum *Decreto*, quo tantam ſuæ Sedi auctoritatem collatam credidit. Et hoc eſt, quod voluit & in Zoſimi Epiſtolis vidit Febronius.

Atque ut in terminis Appellationum, & in circulo *Sardicenſis* Concilii, quod Zoſimus perperam *Nicænum* vocavit, hactenùs maneamus, ſatis probatum arbitror *Tom. I. Febr. Cap. V. §. 6. Tom. II. pag.* 234. *Tom. III. pag.* 296. per Sardicenſes Canonem III. & VII. additum fuiſſe juribus RR. Pontificum. Idem tradunt Viri clariſſimi Petrus de Marca *Lib. VII. Cap.* 3. Van Eſpen *Comment. in Canones & Decreta Juris veteris ac novi pag.* 267. *ſeqq. edit. Colon. an.* 1755. Oberhauſer in *Prælect. Canon. Lib. II. Tit.* 28. *§.* 8. *ſeqq.* & complures alii. Quòd ſi ex contrario cum noſtro Jeſuita ſuſtineas, jus appellationum in quibuſcunque cauſis, maximè Epiſcoporum, Pontificibus jam antè, & quidem *jure divino* competiiſſe, non poteris diffiteri, illud iiſdem Canonibus Sardicenſibus egregiè fuiſſe arctatum atque imminutum, & id quidem eo tempore ac loco, quo de *memoria Petri honoranda* præcipuè agebatur.

III.

Verum quidem eſſe ait Zaccaria *pag.* 199. *& ſeqq.* quòd aliquando à Synodis & Patribus aucta fuerit R. Pontificis dignitas; ſed hoc dicit pertinere ad *Patriarchalem* auctoritatem per partes *Occidentis*, quippe quæ non eſt *juris Divini*, ſed humano-Eccleſiaſtici. Huc refert Canonem XXVIII. Chalcedonenſis ſynodi. *Throno antiquæ Romæ, quòd urbs illa imperaret, jure Patres privilegia tribuerunt.* Ideo autem de hoc Canone fuſiùs tractat, quòd eodem Febronius *Tom. II. pag.* 313. in rem ſuam uſus eſſet. Plura ſcilicet illi vitia, ex Chriſtiani Lupi Annotationibns collecta, objicit; nempe 1.) quòd Conſtan-

Conſtantinopolitano Epiſcopo ſecundum inter Patriarchas locum aſſignet, adverſùs Canonem Nicænum VI. qui ſecundi honoris privilegium Alexandrinæ Sedi, tertiæ autem dignitatis Antiochenæ tribuit. 2.) Agi quidem tantùm eo loco de iuribus Patriarcharum, nihilominus & illud Romanæ Sedi iniurioſum eſſe, quòd Patriarchalia illi jura conceſſa dicantur, *quia imperaret*; Id juris ei accerſitum fuiſſe à Petro, cui propter univerſalem Primatum hæc præferentia debebatur. 3) In Chalcedonenſi Canone 28. privilegia Romanæ & CPolitanæ Eccleſiæ conceſſa perperam *æqualia* prædicari : æqualia non poſſe dici Romanæ Sedis & Orientalium jura, licèt utraque Patriarchalia ſint, cùm illa quæ Romæ competunt, à juribus Primatûs quaſi abſorbeantur. Atque ideo ait 4.) hunc Canonem ſeriùs à Græcis, à Latinis nunquam fuiſſe probatum.

Ab extremo ordiens obſervo, quòd quamvis in gratiam Leonis PP, huic Canoni ſe ſe opponentis, & ad concordiam inter Eccleſias ſanciendam, ſæpe memorato Chalcedonenſi Canone Græci aliquo tempore *expreſſè* uſi non fuerint, attamen Conſtantinopolitana Eccleſia honorem & dignitatem ſecundæ Sedis abinde ſemper obtinuerit. Hunc ei confirmavit eodem Sæculo Zeno Imperator in *Lege* 16. *Cod. de SS. Eccleſiis.* Sequente Sæculo VI. Juſtinianus Imp. *Novellâ* 131. *Cap.* 1. declaravit, ut vicem legum obtineant Eccleſiaſticæ regulæ, quæ in ſanctis quatuor Conciliis, nimirum in *Nicæno*, *Conſtantinopolitano*, *Epheſino & Chalcedonenſi*, expoſitæ ſunt; atque hinc *Cap.* 2. ſic infert: „ Ideo ſancimus ſecundùm ea- „ rum definitiones ſanctiſſimum ſenioris Romæ Papam primum „ eſſe omnium ſacerdotum; beatiſſimum autem Archiepiſco- „ pum Conſtantinopoleos novæ Romæ ſecundum habere lo- „ cum poſt ſanctam Apoſtolicam ſenioris Romæ Sedem. “ Hoc Juſtiniani decreto ſuffulti Orientales non dubitarunt Canonem Chalcedonenſem diſertè renovare. Hoc illi fecere anno 706. in Synodo Trullano *Can.* 36. atque ab eo tempore ille à Græcis inter Canones numeratus eſt; quin & tandem à Latinis quo-

noque agnitus fuit, & à Gratiano in ſuum Decretum *Diſt. XII. Can. 6.* illatus, quamvis planè in alienum ſenſum detortus, uti obſervant Antonius Auguſtinus & Zegerus van Espen. Doctiſſimus P. Quien in ſuo Opere quod inſcribitur *Oriens Chriſtianus Tom. I. col. 66. & ſeqq.* obſervat, qualiter Innocentius PP. III. in Concilio Lateranenſi an. 1215. ab illa ſuorum deceſſorum adverſùs Chalcedonenſem Canonem renitentia deſciverit.

IV.

Quod ad reliquas Jeſuitæ objectiones attinet, & quidem ad primam, ei reſpondebimus verbis Bellarmini de Concil. Lib. II. Cap. 8. *Decretum de honore ſedium Patriarchalium, ſicut à Concilio Nicæno factum fuerat, ita poterat ab alio ſimili Concilio mutari.* Porro duplex erat ratio, ob quam Roma, Alexandria & Antiochia honorem Patriarchatûs haberent; harum altera fuit, quod *Urbes illæ*, juxta expreſſionem Synodi Chalcedonenſis, *imperarent.* Utramque rationem ſic commodè expreſſit de Marca *Lib. VI. Cap. 1. n. 9.* „ Epiſcopi „ trium magnarum urbium Imperii Romani, Romæ videlicet, „ Alexandriæ & Antiochiæ, jure illo ſingulari potiebantur in „ pleraſque provincias, ut cæteris præeminerent. Epiſcopus „ enim Romanus Epiſcopos inſtituit in Italia, Galliis, Hiſpaniis, Africa, & inſulis. Quam ob rem provinciarum illarum Epiſcopi ſuum caput eſſe Romanum fatebantur, ùt ſcribit Innocentius I. ad Decentium Eugubinum, Ob eandem „ cauſam Ægyptus Epiſcopum Alexandriæ velut Patriarcham „ ſuum agnoſcebat, & provinciæ Diœceſeos orientalis Antiochenum. Præterea cæteræ Eccleſiæ Apoſtolicæ, tametſi „ ab eorum Epiſcoporum Patriarchatu non penderent, magnos illis honores habebant, *contemplatione dignitatis urbium* „ in quibus erant inſtituti, & ob reverentiam Petri Epiſcopatûs eorum inſtitutoris. Nam Roma erat orbis domina; Alexandria ſecunda Romani Imperii civitas, eò quòd Ægyptiaci

„ tiaci regni caput eſſet; Antiochia verò, tertia, quòd Regi-
„ na Orientis eſſet, in eáque Reges Seleucidarum Sedes fixiſ-
„ ſent, ùt teſtantur Strabo, Herodianus, aliique veteres. "
Quod ſic de cauſa, ob quam in maximis *Imperii* civitatibus Sedes *Patriarchales* defixæ ſunt, innuit Chalcedonenſis Canon, hoc proportione ſervatâ de *Metropolibus* non alibi, quàm in Capitibus *Provinciarum* conſtituendis, explicat Cap. IX. Concilii Antiocheni, ſcilicet: *propter quòd ad Metropolim omnes undique, qui negotia videntur habere, concurrant.* Videntur hæc relationem habere ad celebrem illum Irenæi locum, de quo actum *Tom. III. Febron. pag* 47. Erant præterea hæ quidem rationes & motiva convenientiæ, non neceſſitatis & debiti, neque quidquam fuiſſet incongrui, ſi Sedes Primatis univerſalis Eccleſiæ fuiſſet diſtincta ab omnibus Sedibus Patriarcharum. Interim ſic placuit Patribus & Eccleſiæ, quæ, ùt ait Bellarminus, ita de honore Sedium decrevit.

Denique *æqualia* ſanè ſunt ſingulorum Patriarcharum *quà talium* jura, licet (quod minimè neceſſarium erat) in una eadémque ſede ac perſona connectatur qualitas Patriarchæ cum illa Primatis; & æque parum eo caſu confundi debent utriuſque jura, aut illa ab his abſorpta cenſeri, quàm jura Epiſcopi confunduntur aut abſorbentur in eo qui ſimul eſt Archiepiſcopus. Ut his, quæ naturalis ratio ſuadet & dictat, adverſarius contradicat, utitur *pag.* 206. argumento & comparatione ſanè admiranda, quam ob ſingularitatem propriis ejus verbis huc referimus. „ Licèt, ait, Romanus Pontifex ùt Patriarcha
„ *Occidenti* æquo jure, quo cæteri Patriarchæ *Orienti*, impe-
„ ret, univerſim tamen abſque Apoſtolicæ Sedis injuria edici
„ nequit, æqualia eſſe Romanæ Sedis atque Orientalium jura;
„ quemadmodum etſi Ducis Comitiſque jura eadem in omni-
„ bus ſunt, nec majore Rex Galliæ poteſtate polleat tanquam
„ Burgundiæ Dux, aut Delphinatûs Comes, quàm illarum
„ Proviciarum Duces Comitéſve, antequam illæ in Regis po-
„ teſtatem redactæ ſunt; qui tamen æqualia eſſe jura Gallia-
„ rum

„ rum Regi atque olim Burgundiæ Ducibus ac Comitibus „ Delphinatus generatim pronuntiaret, de Galliarum Rege „ contemptim loqui perhiberetur. Scilicet non ſolo Burgun„ dionum Ducum aut Delphinatium Comitum jure, ſed Re„ gio præterea ampliſſimo Galliæ Rex imperat; quod genera„ li illo effato elevari videretur: nec ſolo *Patriarchali* jure „ potitur Romana Sedes, ſed longè magnificentiore *Primatis* „ in univerſam Eccleſiam, quod ea Chalcedonenſium Patrum „ propoſitio ſaltem diſſimulat obtegitque. " Quàm eruditè quam ſubtiliter, quàm concludenter! Unum illud prudentem lectorem hic rogamus, ut judicet, quæ comparatio juſtior ſit, noſtra Epiſcopi ad Archiepiſcopum, an Zaccariana Ducis ſeu Comitis ad Regem. Neque tamen ſibi Jeſuita imaginetur, quaſi Ducatuum & Comitatuum regno Galliæ ſeriùs incorporatorum jura per hanc unionem extincta fuerint; ſubſiſtunt ea hodienum: ubi Status provinciales antè fuerant, ibidem ii adhucdum perſtant. &c. Hoc virorum illorum ſtudium eſt, ut per prætenſam illam jurium confuſionem ignoretur, quæ ex Pontificiis juribus *humani*, quæ *divini* ſint inſtituti.

Sic factum eſt, ut juxta ſermonem Chalcedonenſis ſynodi throno antiquæ Romæ Patres plura privilegia, id eſt præcipua tribuerint; quod imprimis nunc de juribus Patriarchalibus demonſtratum eſt; de pluribus aliis apparebit ex hac & ſequenti Diſſertatione. Porro jura Patriarchalia Romana ſic deſcribit de Marca *Lib. I. Cap.* 6. *n.* 2. „ Jus Patriarchæ in eo „ verſatur, ut Epiſcopos ſibi ſubditos ad Concilium evocet, „ ordinationes Epiſcoporum celebret, & de majoribus cauſis „ judicium ferat. Romanus Epiſcopus ſynodum omnium Ita„ liæ Epiſcoporum, ùt proprium & ordinarium Romanæ Se„ dis conventum, cogebat, & per omnes Italiæ provincias, „ vel ſaltem per Urbicariam Diœceſim, Epiſcoporum ordi„ nandorum jure fruebatur. . . . . . . Ex eo autem, quòd „ Italiæ Epiſcoporum conventus ordinarius Romæ haberetur, „ profectum eſt, ut eis impenſiùs Romanus Pontifex immine-

 „ ret,

„ ret, curámque ſuam ad illos frequentiorem extenderet; at-
„ que illo proinde nomine Synodus Sardicenſis, relatione fa-
„ ctâ eorum omnium, quæ geſta erant Sardicæ, ad Julium
„ Pontificem, ab eo petierit, ut omnes Siciliæ, Sardiniæ,
„ & reliquæ Italiæ provincias ſcriptis ſuis earum rerum certio-
„ res redderet. Quod quidem munus ad Metropolitanos in
„ ſingulis provinciis pertinebat, ſed in duabus Italiæ diœce-
„ ſibus ad Romanum Epiſcopum jure Patriarchico. *Tua au-*
„ *tem excellens prudentia*, inquit Concilium in Epiſtola ſyno-
„ dica, *diſponere debet, ut per tua ſcripta; qui in Sicilia, qui*
„ *in Sardinia, & in Sardinia, & in Italia ſunt fratres noſtri,*
„ *quæ acta ſunt & definita, cognoſcant, & ne ignorantes eorum*
„ *recipiant litteras communicatorias, quos extra Epiſcopatum*
„ *juſta ſententia declaravit.* Liberius verò in Epiſtola ad Con-
„ ſtantium Imperatorem ſe litteras Orientalium de cauſa Atha-
„ naſii legiſſe Concilio, id eſt, Epiſcopis Italis, profitetur,
„ &c." Hic in tranſitu notatum velim, judicium de Majo-
ribus Cauſis à Marca juribus Patriarchalibus adſcribi, quod In-
nocentius III. ad univerſalem Eccleſiæ Primatum, & quidem
ex jure divino retulit. Plura Patriarcharum jura ex diſciplina
Eccleſiæ, præſertim Orientalis recenſuit Binghamius *de Origi-
nibus & Antiquitat. Eccles. Tom. I. Lib. I. Cap.* 17. *nec non*
unus ex Febronii Defenſoribus *Tom. II. pag.* 388. qui demum
pag. 430. ex Epiſtola Nicolai I. ad Radulfum Bituricenſem Ar-
chiepiſcopum concludit: *Primates vel Patriarchas nihil privi-
legii habere præ cæteris Epiſcopis niſi quantum ſacri Canones con-
cedunt, & priſca illis conſuetudo contulit; ita ut ſecundùm* Nicæ-
nas regulas ſua privilegia ſerventur Eccleſiis.

Ex his inferimus, Febronium ex Chalcedonenſi Canone XXVIII., & Zoſimi Epiſtola ad Epiſcopos Africæ, rectè intuliſſe, quòd Canones & Concilia RR. Pontificibus auctoritatem in multis contulerint, quâ proprio & originario jure carebant, & nihil omnino obſtare, quominùs hi Canones in ſuo vero & naturali ſenſu ac ſignificatione accipiantur.

V.

V.

Ab his generalioribus deſcendamus cum noſtro adverſario ad particularia. Tractat ille Cap. 2. & 3. Diſſertationis VII. de jure Rom. Pontificis *circa erectionem novorum Epiſcopatuum & inſtitutionem Metropoleon*; nec non *de jure determinandi diœceſium fines*. Docuit Febronius, nullam ex cauſis, quæ *Majores* dicuntur, Rom. Pontifici ita eſſe propriam, ut non ſit ei cum reliquo Epiſcoporum ordine communis. Hoc in ſpecie de erectione Epiſcopatuum tradit Petrus Gibert *Corp. Jur. Canon. Tom. II.* 133. *ſeqq.*, & probat per ſeqnentes, ù vocat Regulas è Corpore Juris Canonici Conciliòque Tridentino depromptas: ſcilicet I. *Nullus eſt Juris Textus, qui Epiſcopatuum erectionem Papæ expreſſè reſervet.* II. *Apud Gratianum extant Textus, qui à Conciliis particularibus Epiſcopatus erigi poſſe oſtendunt.* III. *Apud Gregorium IX. extat etiam Textus, qui XIII. ſæculo Metropolitanum adhuc potuiſſe Epiſcopatus erigere evincit.* IV. *Nec in Corpore Juris, nec in Concilio Tridentino quidquam legitur, ex quo certò inferre liceat Epiſcopatûs erectionem Papæ reſervari.* V. *In Occidentali Eccleſia jam diu invaluit uſus, ut à ſolo Pontifice Epiſcopatûs erigantur, etiam in Gallia*, &c. Ex his, uti quidem arbitror, rectè infertur, jus *excluſivum* erigendi Epiſcopatus Romano Pontifici hodie competens, ei ex conſenſu & ceſſione Synodorum ac Epiſcoporum obveniſſe.

Sed demus Zaccariæ Auctorem Romanis magis acceptum, pro nativo jure Epiſcoporum, Chriſtianum Lupum. Synodi Sardicenſis Canone VI. *Hoſius Epiſcopus dixit .... . non licere ſimpliciter Epiſcopum conſtituere in aliquo pago vel parva urbe, cui vel unus Presbyter ſufficit. Non neceſſe eſt enim illic Epiſcopum conſtitui, ne Epiſcopi nomen & auctoritas vilipendatur. Sed PROVINCIÆ EPISCOPI debent in iis urbibus Epiſcopos conſtituere, ubi etiam priùs Epiſcopi fuerunt. Si autem inveniatur urbs aliqua tam populoſa, ut ipſa Epiſcopatu digna judicetur, accipiat. An hoc omnibus placet? Reſponderunt omnes, Placet.* In

 hunc

hunc Canonem Chriſtianus Lupus *Opp. Tom. I. pag.* 299. *edit. Venet.* ſequens ponit Scholion. „ Hoſce Canones (Laodice-„ nos) reſpicit S. Leo M. in litteris ad Epiſcopos Mauritaniæ „ Cæſaræenſis Epiſt. 87. Cap. 2. *Illud ſanè, quod ad ſacerdo-„ talem pertinet dignitatem, inter omnia volumus Canonum ſta-„ tuta ſervari, ut non in quibuslibet locis, neque quibuslibet ca-„ ſtellis, & ubi antè non fuerunt, Epiſcopi conſecrentur; cùm „ ubi minores ſunt plebes, minoreſque conventus, Presbyterorum „ cura ſufficiat: Epiſcopalia autem gubernacula non niſi majori-„ bus populis, & frequentioribus civitatibus oporteat præſidere, „ ne quod ſanctorum Patrum divinitus inſpirata decreta vetue-„ rant viculis, & poſſeſſionibus, vel obſcuris & ſolitariis muni-„ cipiis tribuatur ſacerdotale faſtigium & honor, cui debent ex-„ cellentiora committi, ipſe ſui numeroſitate vileſcat.* Hinc om-„ nes iſtic ejuſmodi Epiſcopatus jubet extingui. “

„ Et duodecima Synodus Toletana Epiſcopatum, in S. „ Pimenii monaſterio à Stephano Emeritenſi Epiſcopo ad vio-„ lentam Wambæ Regis juſſionem erectum, deſtruit, ex-„ ſufflat, & addit: *Si quis de cætero contra hæc Apoſtolica juſſa „ & Canonum interdicta, in locis illis eligat Epiſcopum fueri ubi „ Epiſcopus nunquam fuit, ſit in conſpectu omnipotentis Dei „ anathema, & inſuper tam ordinans, quàm ordinatus gradum „ ſui ordinis perdat, quia non ſolùm antiquorum Patrum decre-„ ta, ſed & Apoſtolica auſus eſt convellere inſtituta.* “

„ Verba hæc, *ubi nunquam fuit Epiſcopus*, ſtatuunt no-„ vam legem. Patriarchis, Primatibus, Metropolitanis, aut „ certè eorum Synodis ſemper licuit in locis competentibus, „ præſertim jure civitatis donatis à Principe, erigere novos „ Epiſcopatus. Nam et ſuam diœceſim, erectâ apud Fuſſa-„ lenſes novâ cathedrâ, diſſecuit & decurtavit ſanctus Augu-„ ſtinus. Et dum Valens Auguſtus ex una Cappadocia fecit „ duas, Cæſaræenſis Eccleſiæ decori primatiali providens ſan-„ ctus Baſilius erexit varias novas cathedras, plurimùmque „ inde

„ inde fructum proveniſſe ſcribit S. Gregorius Nazianze-
„ nus &c. “

Hactenus antiqua & genuina Eccleſiæ diſciplina, quam Gregorius VII. in ſuo Dictatu *Can.* 7. mutavit, diviſionem & unionem Epiſcopatuum ſibi reſervans; quæ ſanè reſervatio fuiſſet ſine effectu, niſi in eam conſenſiſſent Primates, Metropolitani, Epiſcopi quin & Principes Sæculi.

VI.

Adverſùm hæc tribus Zaccaria *pag.* 219. argumentis nititur: Scilicet 1.) Romanos, ait, Pontifices Orientalibus Patriarchis totum hócce conſtituendorum in *Oriente* Epiſcopatuum negotium dimiſiſſe: 2.) At verò in omnem *Italiam*, *Gallias*, *Hiſpanias*, *Africam* atque *Siciliam* & inſulas interjacentes nullum inſtituiſſe Eccleſias, niſi eos, quos venerabilis Apoſtolus Petrus aut ejus ſucceſſores conſtituerint Sacerdotes, ùt ajebat Innocentius I. *Epiſt.* 25. 3.) in *Occidente* inde à Gregorio VII. ad noſtra tempora Epiſcopatum nullum, nullam Metropolim extare cujus fundatores non fuerint Romani Pontifices; à S. verò Bonifacii Germanorum Apoſtoli ævo uſque ad Gregorium VII. Metropoles quidem omnes eosdem RR. Pontifices veluti auctores agnoſcere, idémque de Epiſcopatibus, ſi pauciſſimos exceperis, adfirmandum: denique à S. Bonifacii temporibus ſi ad ſuperiora ſæcula regrediamur *Occidentis* Metropoles, præter duas in *Hiſpaniis* ſexto Sæculo conſtitutas, uni Romanæ Sedis auctoritati deberi, Epiſcopatuum contrà aut à Metropolitanis aut à Provinciarum ſynodis eſſe origines repetendas, accedente tamen *plerumque* Romanorum Præſulum aſſenſione.

Pergamus cum adverſario noſtro primùm ad *Orientem.* In eo primum Hieroſolymitanæ Eccleſiæ Epiſcopum fuiſſe Jacobum Domini fratrem omnes antiqui ſcriptores unanimiter teſtantur. Poſt ejus martyrium Apoſtolos cæteróſque Domi-

ni

ni Diſcipulos, qui adhuc ſuperſtites erant, ex variis locis convenifſe, & Simeonem Cleopæ filium illi ſucceſſorem dediſſe, ex antiqua traditione refert Euſebius *Hiſt. Eccleſ. Lib. III. Cap.* 11. Polycarpum à Joanne Apoſtolo *SMYRNÆ* Epiſcopum fuiſſe ordinatum teſtantur Irenæus *Lib III.. Cap.* 3. §. 4. *Hieronnimus in Catal. Script. Cap. XXVII.* Tertullianus *de Præſcript. Cap. XXXII.* A familiaribus & miniſtris Domini eum ordinatum eſſe tradit Euſebius *cit. Lib. III. Cap.* 36. Timotheum à Paulo Epiſcopum *EPHESI* conſtitutum memorant Euſebius *Lib. III. Cap.* 4. item Chriſoſtomus, Epiphanius, Hieronymus & alii. Titum ab eodem S. Paulo Epiſcopum in *CRETA* inſula inſtitutum tradunt Euſebius *cit. Cap.* 4. & alii communiter. Dionyſium à Paulo Apoſt. iu Epiſcopum *CORINTHI* ordinatum meminit Suidas Grammaticus in *Lexico voce Dionyſ. pag.* 596. *edit· Cantabrig. an.* 1705. Epaphroditum *PHILIPPIS* à Paulo Epiſcopum datum memorat Theodoretus *Comment. in* 1. *Tim.* 1. &c. Sic quod in Occidente circa erectionem plurimum Sedium Epiſcopalium præſtitit Petrus, hoc in Oriente Paulus, quamvis non fuerit Primas Eccleſiæ. Sed nec minus in aliis orbis partibus alii præſtitêre Apoſtoli, eorúmque ſucceſſores. Vid. *Tom. II. Febr. pag.* 409. Fecere id illi jure ſuo, non ex delegatione Pontificis ejúſque auctoritate. Fabulam narrat Jeſuita, dum Pontifices Patriarchis Orientalibus Epiſcopatuum conſtituendorum negotium dimiſiſſe aſſerit. An fortè & Paulum huic negotio, ſuo nomine & jure gerendo Petrus præfecit?

Locum Innocentii I, quo Sanctus Pontifex aſſerit, nullum niſi eos, quos miſit S. Petrus aut ejus ſucceſſores, in Gallia, Hiſpania &c. Sacerdotes conſtituiſſe, parùm accuratum eſſe, jam alibi à nobis obſervatum fuit, & affirmant viri eruditi. Ipſe Petrus Conſtant in memoratam Innocentii Epiſtolam Not. c. col. 855. *ex Eccleſiis*, inquit, *ab hoc Papa nominatis non deſunt qui excipiendam cenſeant Lugdunenſem, quam neque à Petro neque à ſucceſſoribus ejus primum ſacerdotem ſuum accepiſſe arbitrabantur.* De hujus Eccleſiæ exordio adhuc diſtinctiùs

ctiùs loquuntur Auctores Galliæ Ghriſtianæ Tom. IV. col. 4. *S. Pothinum à Policarpo Martyre editum, & Lugdunenſem Epiſcopum deſignatum fuiſſe affirmant D. de Sauſſay & P. Reinaud, quod mihi probabiliſſimum videtur.* Quòd in Hiſpaniis S. Paulus Eccleſiam fundaverit, ex Traditione probat Natalis Alexander *Hiſt. Eccleſ. Tom. III. pag.* 157.

Denique falſum eſt quòd in Occidente inde à Gregorio VII. ad hæc uſque tempora nullus Epiſcopatus ab alio fundatus fuerit quàm à Rom. Pontifice. Etenim, ut alia non memorem, adhuc Sæculo XIII. Epiſcopatus à Metropolitanis erigi potuiſſe evincit textus in *Cap.* 16. *X. de Majorit. & Obed.* in quo Gregorius IX. anno 1229. refert.; Archiepiſcopum Colocenſem in Hungaria Monaſterium in Epiſcopatum erexiſſe, eámque erectionem probat. Sed nec hic ullam à Papa commiſſionem ſupponere convenit, cùm (uti *l. cit.* obſervat Gibert) ex nullo Textu appareat, antea fuiſſe reſervatam Papæ Epiſcopatuum creationem.

VII.

Dum ab his progredimur ad jus determinandi fines diœceſium & majorum Sedium prærogativas aſſerendi, miramur imprimis Zaccariæ confidentiam, qua *pag.* 214. aſſerit, à ſe oſtenſum eſſe, quòd Epiſcopi non immediate à Chriſto ſed à Romano Pontifice ſuam obtineat juriſdictionem, proinde mirum non eſſe, ſi diœceſium definitio ad eundem R. Pontificem pertinere dicatur. Eodem ingenio addit *pag. ſeq.* ex Ballerinio: „ Cùm S. Petrus ejuſque ſucceſſores RR. PP. nec „ ubique præſtò eſſe, nec omnibus Epiſcopis per orbem diſ„ perſis, quotieſcunque opus eſſet, poſſent pro ſuo jure æque „ & immediatè proſpicere, *eorúmque diœceſes definire*; Eccle„ ſiaſticâ, vel Apoſtolicâ inſtitutione proviſum fuit ut in ſin„ gulis Provinciis ſinguli, & alii rurſum in amplioribus regio„ nibus majorem, quàm ſimplex Epiſcopatus fert in ipſos Provin- „ ciæ

Digitized by Google

„ ciæ aut amplioris regionis Epiſcopos haberent auctoritatem „ quæ ſoli Petro ejúſque ſucceſſoribus jure divino competebat; & hac ratione, quam veriſſimam arbitror, jurisdictio „ Petri & ſucceſſorum ipſius peculiaris ex inſtitutione divina „ jure Primatûs, Eccleſiaſticâ quodammodo delegatione aliis, „ qui ſubinde appellati ſunt Patriarchæ, Exarchæ, vel Metropolitæ, communicata fuit. Huic profectò Eccleſiaſticæ inſtitutioni, & quaſi delegationi bono publico maximè neceſſariæ S. Petrum ac ſucceſſores ejus aliquâ ratione conſenſiſſe dubitare non licet: nemo enim alius, per ſe eâ jurisdictione expers, illam potuiſſet cuipiam communicare, eo inſcio vel invito, qui eandem ſolus non humano, ſed divino „ jure obtineat. “

Quàm hæc ſunt à ſana ratione vacua, à veritate Hiſtoriæ & Eccleſiaſticarum antiquitatum aliena! Atque ut de *PATRIARCHATIBUS* primùm agamus, idque paucis; de iis loquitur Concilium Nicænum *Can.* 6. ſtatuens, ut Alexandrinus Præſul *habeat Ægypti, Libiæ & Pentapoleos poteſtatem: quia & Urbis Romæ Epiſcopo parilis mos eſt; ſimiliter autem & apud Antiochiam, cæteráſque Provincias privilegia ſerventur Eccleſiis.* Sic & Concilium Conſtantinopolitanum II. ſingulas Orientis Diœceſes ſeu Patriarchias diſtinguit Can. 2. *Qui ſunt ſuper Diœceſim Epiſcopi nequaquam ad Eccleſias, quæ ſunt extra præfixos ſibi terminos accedant, nec eas hac præſumptione confundant. ſed juxta Canones Alexandrinus Antiſtes, quæ ſunt in Ægypto, regat ſolummodò, & Orientis Epiſcopi Orientem tantùm gubernent, ſervatis privilegiis, quæ Nicænis Canonibus Eccleſiæ Antiochenæ tributa ſunt. Aſianæ quoque Diœceſeos Epiſcopi ea ſolùm, quæ ſunt in Aſiana Diœceſi diſpenſent; nec non & Ponti Epiſcopi ea tantùm quæ ſunt in Ponto, & Thraciarum quæ in Thraciis gubernent . . . . Eccleſias autem in Barbaricis gentibus conſtitutas gubernari convenit juxta conſuetudinem, quæ eſt à Patribus obſervata.* Plura de Patriarchatibus modò non addo; hæc etenim ſufficiunt ad dignoſcendum, an à

an à S. Petro & ejus ſucceſſoribus, an verò ab Epiſcoporum Synodis, atque ex more quem inter ſe Epiſcopi induxerant & obſervabant; illorum fines diſcreti fuerint, & quis ſuam Patriarchis auctoritatem contulerit.

METROPOLITANORUM jura horúmque fines non debentur Romano Pontifici, ſed ſacris Canonibus, maximè Conciliaribus. Concilii Niceni *Can.* 4. Arelatenſis II. *Can.* 6. *&* 50. Laodiceni *Can.* 12. eis tribuitur jus Epiſcopos comprovinciales ordinandi. Concilium Nicænum, & poſt illud Antiochena Synodus *Can.* 20. illis defert jus locum & tempus Synodi indicendi, & ad eam Epiſcopos Provinciæ convocandi. Habent Metropolitani jus quoddam inſpectionis ſuper totam Provinciam, ut omnia ſecundùm Canones rectúmque ordinem fiant. Eâ de cauſâ vetitum eſt Epiſcopis *Canone* Apoſtolorum 3, & Antiocheni Concilii *Can.* 9. aliquid majoris momenti ſine Metropolitanorum auctoritate & conſilio gerere. Vigore Concil. Chalcedonenſis *Can.* 9. *&* 17. Carthaginenſis III. *Can.* 6. *&* 7. Toletani III. *Cap.* 20. &c. Metropolitanus eſt judex Epiſcoporum ſuæ Provinciæ & diſſidiorum Eccleſiaſticorum, quæ ſunt adverſùs ipſum Epiſcopum, non quidem ſolus, ſed cum Synodo Provinciæ. Metropolitanus pariter cum Synodo judex eſt appellationum, quæ interponuntur à ſententia Epiſcoporum. Hanc ei poteſtatem tribuit Concilium Nicænum *Can.* 5. Antiochenum *Can.* 5. Antiochenum *Can.* 12. *&* 20. Sardicenſe *Can.* 17. Denique ut alia prætermittam, non licet Epiſcopo ſine Metropolitani ſcientia & approbatione ab Eccleſia ſua diſcedere. Sic ſtatuitur in Concilio Antiocheno *Can.* 11. *&* 13. in Sardicenſi *Can.* 7. *&* 96. Quantùm hæc diſtant ab imaginaria illa communicatione divini juris penes Papam reſidentis! Sanè in Archiepiſcopatu æque ac Patriarchatu nihil divini eſt, omnia humana ſunt, ex Eccleſiæ inſtituto ſuam trahentia originem; hæc per ſuos Canones quorumlibet jura definivit. *Papa*, inquiunt, *aliqua ratione conſenſit.* Sed & Epiſcpi æque; imò magis, conſenſerunt, & ſe Metropolitanis ac

 Patriar-

Patriarchis pro bono Eccleſiaſtici regiminis quoad certos effectus ſubmiſerunt. Neque enim vel minimum veſtigium ſupereſt, quaſi Patriarchæ & Metropolitæ ſint ex originario *ſolius* Pontificis inſtituto; antiquæ conſuetudini & Canonum ſanctionibus harum Dignitatitum origines accenſendas eſſe viſum fuit *Tomo III. Febron. pag.* 80. Ex his concludendo intelligat Lector, quàm ineptum ſit, quod ſcribit Zaccaria *pag.* 217, ſcilicet: „ Quidquid ſive Canones ſive Conſuetudo circa juris„ dictionem Patriarchis aut Metropolitis attribuit, quum juris „ ſit & inſtitutionis meræ Eccleſiaſticæ, primigenio & divino „ Petri ac RR. Pontificum juri præjudicare non potuit: quid„ quid enim Eccleſiaſtici, imò & Apoſtolici juris eſt, juri di„ vino ne tantillum quidem decerpere poteſt. Decerpſiſſet „ enimvero ſi inſcio vel invito Romano Pontifice Eccleſiarum „ fines terminaſſet. " Quaſiverò Patriarchatuum, Provinciarum, Diœceſium fines regere magis à jure divino participaret, quàm Patriarchas & Metropolitas inſtituere, & illis jura ſuo ordini convenientia tribuere.

Paulò antè, nempe *pag.* 215. dixerat noſter Jeſuita: *Si* Nicænum & Conſtantinopolitanum. I. Concilium Alexandrini Patriarchæ fines ex conſuetudine & Canonibus terminarunt; nihil tamen ea in re conſtituerunt *inconſulto aut ſaltem invito* Petro ejúſque ſucceſſoribus. Talia proferre nihil eſt dicere quod ad rem faciat. Nicæno Concilio Silveſter Papa per Legatos adfuit; at non hujus ſed *Synodi* auctoritate atque jure fines dicti Patriarchatûs definiti ſunt. Conſtantinopolitanæ generali Synodo Papa nec per ſe nec per Legatos aſſedit; attamen illius Decreta ante omnem ſubſequentem Pontificis adſenſum pro definitionibus Concilii generalis habita fuerunt. Vid. *Tom. I. Febr. Cap. VI.* §. 5. *n.* 3.

In Epiſtola XXIV. Innocentii I. ad Alexandrum Epiſcopum Cap. 2. quam adverſarius *pag.* 212. allegat, ille *legem* fingit, ubi nuda eſt reſponſio ad Alexandri Antiocheni *ſciſcitationem.* Inſu-

Inſuper obſervat ad eandem Epiſtolam Conſtantius *Not.* 9. ab hac Innocentii ſententia diſſonare Chalcedonenſis Synodi Canonem XVII. De iis quæ inter Leonem M. & Hilarium Arelatenſem geſta ſunt (ad quæ etiam Zaccaria hic provocat *pag.* 210.) egimus ſuprà *Diſſert. VI. Cap.* 1. *n.* 8. Quòd S. Bernardus & Ivo Carnotenſis ſcripſerint, à RR. Pontificibus novos Epiſcopatus ordinari, antiquos deprimi, ſcindi aut dilatari poſſe, nemo mirabitur, qui illorum ævo falſas Iſidori Decretales jam in pleno vigore & uſu fuiſſe non ignorat.

VIII.

Equidem Epiſcopis Romanis jam olim perſuaſum erat, neminem Patriarchatûs ſui in Epiſcopum ordinari debere citra ſuum conſenſum. Eâ ratione Xiſtus PP. III. in Epiſtola ad univerſos Epiſcopos in Synodo Theſſalonicæ congregandos apud Conſtant *col.* 1263. Theſſalonicenſi Epiſcopo, ſuo per occidentale Illyricum Vicario, expreſſè mandat, ne his in locis ullam ordinationem inſcio ſe vel invito fieri patiatur. Sed & idem jus ſibi arrogavit Conſtantinopolitanus Antiſtes in diœceſibus ſibi ſubjectis, & ad illud confirmandum Imperatoriam ſanctionem obtinuit. Vid. Socrates *Hiſt. Eccleſ. Lib. VII. Cap.* 28. Sed CPolitanus Præſul poſtea repulſam tulit in Concilio Chalcedonenſi, ſtatutúmque, ut Metropolitani etiam ſine ejus conſenſu Epiſcopos ordinarent; & meritò quidem: jus enim illud eſt Metropolitanorum proprium, nec Patriarchis competit, niſi cùm aliqua neceſſitas urget, vel cùm Metropolitanus ipſe vacuas relinquit Eccleſias quo caſu Patriarcharum eſt laborantibus ſuarum reſpectivè Diœceſium Eccleſiis providere, ne quid detrimenti patiantur. Similiter & Romani Pontificis prætenſio (ſi tamen ea generalis fuit, nec ad ſolum Illyricum, Romanæ Sedi ſpecialiori nexu junctum reſtricta) effectu caruit. *Tom. I. Febr. Cap. IV.* §. 3. Attamen ſeriùs, ſcilicet Sæculo XIV. hoc jus de conſenſu Epiſcoporum in occidentali Patriarchatu ad Romanum Pontificem devolutum eſt, variis titulis &

Digitized by Google

occaſionibus, quas deſcribunt Van Eſpen *J. E. U. Parte I Tit.* 14. *Cap.* 1. Dupinius *de Antiqua Eccl. Diſcipl. pag.* 68.

Ex his ſequentia colliges: 1) Inſtitutionem & diviſionem Epiſcopatuum, uti et determinationem finium Diœceſium, etiam majorum, propriè pertinere ad jus Epiſcopale, in Synodis maximè exercendum. 2.) Hoc jus Patriarchis, Metropolitis, Epiſcopis & ſacris cœtibus nullatenus obveniſſe à Rom. Pontifice: 3.) Idem jus à Papa in defectum aliorum, fortè etiam concurrenter, tanquam à Primate; ſubinde exercitum fuiſſe, ut neceſſitatibus Eccleſiæ provideretur: 4.) Quòd autem nunc Papa ſolus his facultatibus utatur, ex mero Eccleſiæ facto, & liberâ provenire Epiſcoporum ceſſione: 5.) Inſtitutionem ſeu, ùt vocamus Confirmationem Epiſcoporum à Nicæno, Laodiceno & aliis venerandis Conciliis, non Romano Antiſtiti, ſed Metropolitanis aſſertam, ſeriùs ex liberrimo Eccleſiarum aſſenſu Pontifici transſcriptam eſſe.

IX.

Quòd Papales peccatorum reſervationes conſenſui Epiſcoporum non ſolùm originem ſed & omne jus ſuum debeant, ſatis monſtratum eſt *Tom. I. Febr. Cap. V.* §. 4. *n.* 6. *Cap. VII.* §. 6. *Tom. II pag.* 283. *Tom.III. pag.* 290. Quare quæ jam prolata ſunt, hoc loco minimè repetenda veniunt; nonnullis tantùm adverſarii objectiunculis erit occurrendum. Aſſentitur ille *pag.* 234. aſſerenti Febronio, quòd quidam Epiſcopi ſuos pœnitentes Romam mittentes his reſervationibus anſam dederint & initium; ſed hac, ait, Epiſcoporum obſervantiâ non probari conſenſum omnium: Petrum, addit, habuiſſe poteſtatem omnia ligandi atque ſolvendi. Plures, inquit *pag.* 230. fuiſſe earundem reſervationum cauſas; potiſſimam conſiſtere in ceſſatione publicarum pœnitentiarum: ſubinde etiam dubium, in quo fuere Epiſcopi, qualis pœnitentia certis criminibus condigna & proportionata eſſet, eos movit ad rem judicio Pontificis deferen-

ferendam. Addit *pag.* 231. tales reſervationes eſſe quondam ſpeciem excommunicationis ac ejus veluti partem; at excommunicandi jus atque poteſtatem Papa à Chriſto immediatè, obtinuit, non ab Epiſcopis; excommmunicatus autem à Papa non poteſt abſolvi ab Epiſcopo. Denique ait *pag.* 233., non debere quidem Papam temerè jura Epiſcoporum limitare, ſibique ea attribuere; verùm ubi juſta occurrit cauſa & publica ſuadet utilitas, hoc jus Pontifici negandum haud eſſe.

Reſpondemus ad ſingula: utique Petrus poteſtatem omnia ligandi atque ſolvendi; ſed et eandem poteſtatem reliqui Apoſtoli & eorum ſucceſſores obtinuere. *Joan. XX.* ℣. 22.23. *Actor. XX.* ℣. 28. *Petri I. Cap.* 5. ℣. 2. Aſt *poſt diœceſium diviſionem* non licuit ulli Epiſcopo, etiam primo, ea quæ ordinariæ jurisdictionis ſunt, in aliena diœceſi exercere. Vid. Febron. *Tom. I. Cap. VII. pag.* 550. Equidem ex *plurium* Epiſcoporum, qui ſuos diœceſanos, graviorum criminum reos, abſque ullo prævio Pontificis mandato, pro accipienda abſolutione Romam ſponte miſerunt, facto non poteſt inferri expreſſus *omnium* conſenſus, attamen illud ex eo colligitur, quòd obſcurioribus Sæculis (in his enim demum Pontificiæ reſervationes cœperunt) Pontifices à nonnullorum Epiſcoporum ſpontanêa delatione & ceſſione ex una, & prætenſo tunc à Pontificibus univerſali Epiſcopatu ex altera parte, illi occaſionem arripuerint varia peccata ſuo tribunali reſervandi, & quòd Epiſcopi huic Pontificio facto acquieverint, ſine qua acquieſcentia reſervatio nulla fuiſſet; abſque tamen quòd per hoc, & eo ipſo, Collegium Epiſcoporum prætenſum illum univerſalem Epiſcopatum in reliquis partibus & per totum agnoverit.

Pluralitas cauſarum, quas potuerunt habere Epiſcopi ad deferendum Papalibus reſervationibus, non mutat earundem fontem, jus atque naturam. Sed nec dubium illud, in quo circa qualitatem & quantitatem pœnæ irrogandæ ſubinde fuere Epiſco-

Epiſcopi, eos privavit jure quoscunque diœceſanos ſuos verè pœnitentes abſolvendi, niſi huic maluiſſent ſponte cedere.

Si reſervationes peccatorum ſunt quædam ſpecies excommunicationis (quod tamen non niſi valde impropriè dici poteſt) tunc equidem obtinet, quòd excommunicatus à Papa non poſſit abſolvi ab Epiſcopo; ſed nec viciſſim minùs juris eſt, quòd excommunicatus ab Epiſcopo non poſſit abſolvi à Papa. *Tom. I. Febr. Cap. III.* §. 4. *n.* 3. *Cap. VII.* §. 3. *n.* 3. 4. *pag.* 553. *ſeqq.*

Pontificem ſine conſenſu Eccleſiæ aut Epiſcoporum, horum poteſtatem ex quacunque, demum cauſa limitare poſſe, æque parum concedemus, ac jus eis invitis novam legem imponendi; de quo egimus *Diſſert. VI. Cap.* 1. 2. Ut autem modò maneamus in terminis reſervationis peccatorum: fac Papam hodie vel unum peccatum hactenus non reſervatum ſuo tribunali reſervare, an id ferent Epiſconi Galliæ, imò & aliarum gentium, niſi ipſis videatur hanc reſervationem ſuo aſſenſu firmandum eſſe? Vid. *Tom. III. Febr. pag.* 291.

Ad textum Tridentini *Seſſ. XIV. Cap.* 7, quem adverſarii, quoties de reſervatione peccatorum agitur, identidem in ore habent, abunde reſpondit Febronius locis ſub initium hujus num. indicatis.

X.

Themati de Pontificia peccatorum reſervatione juvat ſubnectere illud de Apoſtolicis diſpenſationibus, tum propter utriuſque affinitatem, tum quòd adverſarius utrumque eodem Capite non immeritò conjunxerit. Ac primùm quidem hic pro utriuſque fundamento ponimus, quæ Antonius Pereria in Defenſione Tentaminis Theologici de Auctoritate Epiſcoporum in Dedicatione ad Epiſcopos regni Luſitanici memorat; ſcili-

ſcilicet: „ Summa doctrinarum mearum hæc eſt auctoritatem
„ ſive jurisdictionem Epiſcoporum, in divina ſua inſtitutione
„ ſpectatam, ſecluſáque proinde humana lege omni, vel con-
„ ſuetudine, vel reſervatione in contrarium; auctoritatem ſi-
„ ve jurisdictionem quandam eſſe abſolutam, & nullis limitibus
„ circumſcriptam, reſpectu ſingularum Diœceſium. Abſo-
„ lutâ hac & illimitatâ poteſtate ſibi à Chriſto conceſſâ ceſos
„ eſſe in iis Provinciis, quas ſinguli regendas ſuſceperant,
„ omnes Apoſtolos: uſos eſſe per octo priora Sæcula intra quam-
„ libet Diœceſim omnes Epiſcopos, tanquam Apoſtolorum
„ ſucceſſores. Nihil hac amplitudine & generalitate poteſta-
„ tis demi de Primatu Petri: qui Primatus cùm eo potiſſimùm
„ fine inſtitutus à Chriſto fuerit, ut ſub uno Capite ſeu Prin-
„ cipe ſicut unum Epiſcopatum tam multi Epiſcopi, ita unam
„ Eccleſiam tam multæ Eccleſiæ conſtituerent: conſiſtere ille
„ quidem optimè poteſt cum eo quòd quilibet Epiſcopus in-
„ tra ſuam Paraciam eâdem & tantâ auctoritate jure divino
„ gaudeat, quâ & quantâ jure divino pro toto orbe gaviſos
„ eſſe omnes Apoſtolos, fatetur idem ille Bellarminus, ad cu-
„ jus Theologiam omnia exigi à nobis Romani volunt. "

Solidis his principiis Zaccaria directè contraria, ſed futitia opponit, *pag.* 237. ſcribens: *Neque quòd antiquioribus Sæculis eas* (diſpenſationes) *Romani Pontifices Epiſcoporum arbitrio reliquerint, Primæ Sedis poteſtati quidquam officit.* Sanè non ex RR. Pontificum beneficio Epiſcopi olim pleno Diſpenſationum jure gaudebant, ſed jure proprio ex divinâ inſtitutione orto. Rectiùs idem qui ſuprà Ant. Pereria *pag.* 237.
„ Cùm per multa Sæcula Epiſcopalem auctoritatem tantam
„ exercuiſſent Epiſcopi, quantam Chriſtus Apoſtolis contule-
„ rát, cùm omnibus & ſingulis dixit: *Sicut miſit me Pater, &*
„ *ego mitto vos: Ite, prædicate, baptizate, docete, Quæcun-*
„ *que alligaveritis &c.* tractu temporum de communi omnium
„ conſilio totiúsque Eccleſiæ conſenſu, portiones quasdam
„ Epiſcopalis adminiſtrationis *ſibi cum Romano Epiſcopo com-*

„ *munes*, ad Eccleſiæ utilitatem Romano Epiſcopo reſervârunt „ cœteri Coëpiſcopi. Atque hinc ortum habuit peccatorum „ & diſpenſationum reſervatio; quam ſi quis ab unius Rom. Pon„ tificis voluntate & arbitrio originem duxiſſe contendat, pro„ fectò illum in ſumma Eccleſiaſticorum monumentorum ig„ noratione verſari oportet. “ Rectè hic Luſitanus noſter Theologus de quibuſdam portionibus Epiſcopalis adminiſtrationis, reliquis Epiſcopis *cum Romano EPISCOPO communibus* loquens, ad eas refert diſpenſationes ex legitimis cauſis conceſſas; has in Romana diœceſi, ſaltem primis octo ſæculis, à Romano Epiſcopo quà tali, non ùt Primate Eccleſiæ, datas fuiſſe, nemo harum rerum gnarus dubitabit.

Porro, ſi verum eſt quod *pag.* 240. Zaccaria ſcribit, ſcilicet: „ Quum Provincialia Concilia, ad quæ Epiſcopi ineun„ te quarto ſæculo jus diſpenſationum traduci paſſi non illi„ benter fuerant, quòd in illis aliquid ampliùs quàm in ſingulis „ Epiſcopis, ineſſe vigoris, ſapientiæ conſtantiæque animadver„ terent; quum, inquam, Provincialia Concilia paullatim, exoleſ„ cere cœpiſſent, aut non eâ ſaltem, qua antea, celebrari frequen„ tiâ, nec conſultum eſſet, ſingulorum Epiſcoporum arbitrio „ graviſſimas diſpenſationum cauſas dimittere; . . . . . . Ro„ mani Pontifices præter eas, quæ à Lateranenſi IV. Conci„ lio ipſis adjunctæ fuerant, pleraſque alias diſpenſationes ſibi „ ſervarunt, ne aut nimiâ indulgentiâ Canonum diſciplina „ penitùs tandem infringeretur, aut nimia ſeveritate fideles „ in præceps abducerentur: “ Hæc, inquam, ſi vera ſunt, ſatis apparet, diſpenſandi facultatem non à Papa ad Epiſcopos, ſed ab his ad illum tranſiiſſe; idque, uti nos quidem dicimus, volentibus Epiſcopis: uti Jeſuita prætendit, invitis, & per violentiam.

Sed, inquit Zaccaria *pag.* 243. *ſeq.* olim etiam, & ante falſas Decretales, RR. Pontifices in Epiſcoporum diſpenſationes auctoritatem exercuerunt. Sic, cùm nonnulli Hiſpaniarum

rum Epiſcopi cum pœnitentibus, bigamis, aliiſque diſpenſaſſent, eos ad ſacros Ordines promovendo Siricius Papa *Epiſt.* 1. id illis *ſolius pietatis intuitu* ignovit; addens, ſi ultra ad SS. Ordines quemquam talibus impedimentis laborantem contra Canones crediderint adſumendum, *congruam noverint ab Apoſtolica Sede promendam eſſe ſententiam.* Similiter Innocentius I. *Epiſt.* 17. cum Macedonibus expoſtulavit, quod ii *qui à Catholica ad hæreſim* (Bonoſi) *tranſierant, apud eos non ſolùm pœnitentiam non agerent, ſed etiam honore* (Clericatûs) *cumularentur.* Denique S. Leo M. *Epiſt.* 12. Africanorum diſpenſationes improbavit. Interdum etiam, ait, quas Epiſcopi petiiſſent diſpenſationes à RR. Pontificibus, negatas reperimus. S. Bonifacius ſuum ſibi ſucceſſorem ordinare percubiebat, idque à Zaccaria Papa poſtularat; verùm Pontifex illi reſcribens *Epiſt.* 1. abnuit: *ut te vivente*, inquit, *in loco tuo eligatur Epiſcopus, hoc nullâ ratione concedi patimur.*

Verùm ſine ullâ ratione ac fundamento hæc ad claſſem Diſpenſationum referuntur. Pontifices pro Primatialis officii ſui debito, & obligatione curandi obſervationem & executionem Canonum, ea, quæ jam memorata ſunt, ad diverſos Epiſcopos reſcripſerunt. Diſpenſationes dantur ſingulis & rariùs; at Hiſpani, Macedones & Afri, de quibus hic queruntur Pontifices, communiter & indiſtinctè talibus impedimentis laborantes ad SS. Ordines admiſiſſe videntur. Ex iis, quæ de memorata ad Himerium Siricii Epiſtola à nobis *Diſſert. VI. Cap.* 2. *n.* 4. & alibi explanata ſunt, applicatio ad reliqua, & eorum interpretatio haurienda eſt.

Caput II.

De Beneficiorum reſervatione & de Annatis. Variæ circa hæc Zaccariæ aberrationes.

I.

Adverſarius noſter Diſſertatione VII. Cap. 5. Romano Pontifici non minùs *jure divino* omnium beneficiorum colla-

 latio-

lationem & quorumcunque bonorum eccleſiaſticorum adminiſtrationem attribuit, ſic ſcribens *pag.* 271. „ Quo jure ſummus Pontifex univerſæ Eccleſiæ ſtatui præeſt, eodem, *divino* ſcilicet, omnibus ejus bonis datus eſt adminiſtrator. Nec „ ille beneficia ſervare ſibi poterit prout è re Eccleſiæ ſibi viſum fuerit conferenda? Rem dicam ferè incredibilem. Quum „ ſuperiore Sæculo magna illa Innocentium XI. inter & Galliarum Regem de Regaliæ jure controverſia excitata eſt, Natalis Alexander aliique, qui à Rege ſtabant, prætexebant, „ háncque ejusmodi eſſe affirmabant, ut ad conferenda abſque ullo Eccleſiæ conſenſu vacantium Eccleſiarum beneficia omnimodam Regi poteſtatem facerent. . . . . Id unum „ velim mihi explicari, quei fieri poſſit, ut quum Gallicanæ „ Eccleſiæ advocatia tantum juris in Reges transferre crederetur; haud abſimile tamen jus ſi Romano Pontifici, cui non „ ſolùm univerſæ Eccleſiæ defenſio, ſed ſuprema illius gubernatio, ab ipſo Chriſto concredita fuerit, à nobis adferatur, ridendi ſimus, aut etiam veluti Eccleſiæ hoſtes ſuggilandi. " Nos equidem homines qui ita ratiocinantur, non veluti hoſtes Eccleſiæ, ſed veluti jurium Eccleſiæ ignorantes meritò ſuggillamus: homines non ſcientes diſtinguere inter ſacrum & profanum, inter jus nominationis & collationis, inter ſtatum Eccleſiæ ante & poſt diœceſium diviſionem; ne dicam tanquam homines ſiniſtram omnino ideam ſibi figurantes de Eccleſiæ Primatu.

Non repetam hic quæ à Febronio *Cap. VII. §.* 4. tradita ſunt de proprio atque primitivo Epiſcoporum jure in conferendis Sacerdotiis, & de lentis paſſibus, quibus RR. Pontifices Ordinariorum juribus primùm clanculè inſidiati ſunt, dein ea illis aperto marte auferre conati fuerunt, & plenum etiam ſuorum moliminum ſucceſſum obtinuiſſent, niſi per vigoroſam nonnullarum Nationum reſiſtentiam parte ſaltem ſuorum deſideriorum fruſtrati eſſent. Optaremus huc referri poſſe ex clar. Barthelii Diſſertatione I. de Concordatis Germ. integrum Caput

put ſecundum, quod eſt de Collatione beneficiorum, Ejuſdem Capitis Sectio I. hanc habet Rubricam: *Epiſcopi veluti Apoſtolorum ſucceſſores & univerſales beneficiorum collatores in ſuis diœceſibus poteſtatem conferendi beneficia per XI. priora ſæcula exercuerunt.*

II.

Agnoſcit Zaccaria *pag.* 278. & 281., ante ſæculum XII. necdum extitiſſe beneficia, quæ à ſuis Collatoribus, cùm vacarent, diſtribuerentur, proinde nec à Papa ea conferri valuiſſe. Neque tamen ideo, ait *pag.* 276. prout antiquorum temporum diſciplina ferebat, in veterum Pontificum monumentis mandatorum & reſervationum exempla deſiderari. Ad hoc demonſtrandum plures ex Thomaſſino S. Gregorii M. Epiſtolas congeſſit. Sic inquit I. *Lib. I. Epiſt.* 38. hodie 40. „ Paul-
„ linus Epiſcopus Civitatis permodicæ in Provincia Brutiorum
„ ſive in Calabria, poſt civitatis ſuæ Eccleſiæque & Monaſterii
„ everſionem à Barbaris factam, *in Siciliam* ſeceſſit, donatúsque
„ que eſt à Gregorio M. Abbatiâ & regimine Monaſterii S.
„ Theodori in Civitate *Meſſinenſi.* Collator hujus beneficii
„ erat Epiſcopus Meſſinenſis, ideo & illum certiorem rei to-
„ tius fecit Gregorius, ut ne affligeret ſeſe, quaſi ſe inſcio
„ aliquid in Epiſcopatu ſuo novaretur. *Quam rem*, inquit,
„ *venerationi tuæ innoteſcendam prævidimus, ne te omiſſo, ali-*
„ *quid ordinatum in tua diœceſi ordinari.* " II. *Epiſt.* 14. *Lib. IV.* ad Maximilianum Epiſcopum Syracuſanum. „ Quia (Fe-
„ lix Diaconus) non in hæreſim incidit, ſed à ſacris genera-
„ lis Eccleſiæ myſteriis, quaſi rectæ ſtudio intentionis erravit,
„ imbecillitati ejus atque neceſſitatibus conſulentes, maximé-
„ que ſuſtentationi eius pietatis intuitu providentes, in tua
„ Eccleſia *Syracuſana* eum prævidimus incardinandum: ſive
„ ut officium Diaconatûs expleat, ſed certè ut ſola ejuſdem
„ officii pro ſuſtentanda paupertate ſua commoda conſequa-
„ tur, in tuæ Fraternitatis volumus hoc pendere judicio. Quod
„ horta-

Digitized by Google

„ hortamur, ut tua Fraternitas implere feſtinet . . . . . quia „ & nos ei annuum quid de noſtra Eccleſia dari fecimus, ut „ ejuſdem operis, quod te hortamur exhibere, participes eſ- „ ſe poſſemus.

Ejuſdem III. *Epiſt.* 47. *Lib. VI.* ad *Leonem* Epiſcopum *Fanenſem:* Quia Joannes religioſus præſentium lator, receptâ ratione „ ad unitatem ſanctæ Eccleſiæ ab errore Hiſtricorum Deo miſerante converſus eſt: ea propter Fraternitatem veſtram hortari prævidimus, ut eum ſalvâ ratione habere debeat in omnibus commendatum, atque ſuo favore protegere. Cui „ etiam ne poſſit poſt converſionem alicui neceſſitati ſuccumbere, aliquid de Eccleſia illi prævidimus annis ſingulis conſulendum. " Denique IV. *Epiſt.* 10. *Lib. IV.* ad univerſos Epiſcopos Dalmatiæ, è qua Zaccaria pag. 280. ſequentia refert: „ Oportuerat quidem Fraternitatem veſtram divini reſpectu „ judicii clauſis carnalibus oculis, nihil quod ad Deum pertinet & rectam mentis intentionem, omittere, nec cujuslibet hominis faciem rectitudini juſtitiæ præponere. Sed poſtquam mores veſtri ita ſunt ſecularibus traducti negotiis, ut „ obliviſcentes omnem ſacerdotalis in vobis honoris tramitem, cunctúmque ſupremi metûs intuitum, non quid Deo, „ ſed quid vobis placeat, ſtudeatis explere; neceſſe habuimus hæc ad vos diſtrictiora ſpecialiter ſcripta transmittere: „ quibus ex B. Petri Principis auctoritate præcipimus, ut nulli penitus extra conſenſum permiſſionémque noſtram, quantum ad Epiſcopatûs ordinationem pertinet, in *Salonitana* „ civitate manus præſumatis imponere, nec quemquam in civitate ipſa, aliter quàm diximus, ordinare. "

III.

Quantum ad binas priores harum Gregorianarum Epiſtolarum, datæ illæ imprimis fuere ad Epiſcopos Siciliæ *Meſſinenſem* & *Syracuſanum*; at iis qui in rebus Siciliæ tempore Gregorii

gorii M. & in hujus ſancti Pontificis Epiſtolis vel modicè verſati ſunt, non eſt ignotum, Siciliam eo ævo alium à Romano Pontifice Metropolitam non habuiſſe, atque eo quidem titulo ac jure Gregorium in ea Inſula Subdiacono ſuas vices commiſiſſe; Epiſcopos Siciliæ primùm ſingulis annis ad Natalem Papæ celebrandum Romæ convenire debuiſſe, deinde ſingulis ſaltem trienniis, demum quinquenniis.

Si poſt hæc utriusque Epiſtolæ contenta ſingulatim perpendimus, invenimus in illa ad *Meſſanenſem* Antiſtitem tales expreſſiones, quæ ſuum Epiſcopo jus intactum relinquunt; genuinus & integer Epiſtolæ tenor, quem Jeſuita mirè defiguravit, hic eſt: *Et tibi gratum confidimus, ſi fratris tui venerabilis Epiſcopi Paulini peregrinationis onera releventur, ut ejus regimine communi mercede beati Theodori monaſterium in civitate tua fundatum ſtudioſiùs omnipotenti Deo deſerviat. Quod etiam te voluiſſe fa ere, jam ejus relatione didicimus. Ideoque Rectori patrimonii noſtri præcipimus, ut monachos monaſterii in morati Epiſcopi perquiſitos ad unum congreget, & in eodem monaſterio cum iis, qui nunc ibi ſunt collocare non differat: quatenus eo Rectore digniùs animarum ſuarum curam exerceant. Quam rem venerationi tuæ innoteſcendam prævidimus, ne te omiſſo aliquid in tua contriſteris diœceſi ordinari.* Ad poſteriora Epiſtolæ verba hæc notat Guaſſanvillæus: „ Sic ſuum cuique jus aſſeri„ tur, nec in aliorum poſſeſſiones ullus involat, conformiter „ ad Synodi Gangrenſis Can. 6. 7. 8. Antioch. Can. 9. Conci„ lium CPolitanum I. Can. 2. loquitur de Metropolitis, qui „ amant dilatare fimbrias ſuas. . . . . Accurrit Chalcedonen„ ſis Synodus Cap. 4, ad quod reſpexiſſe videtur hac in Epi„ ſtola S. Gregorius ſiquidem mira ejus erat erga ſanctiſſimos „ Canones reverentia & veteris diſciplinæ ſollicitudo. " Litteræ Gregorii ad Syracuſanum Epiſcopum favore Felicis Diaconi erant meræ Commendatitiæ, uti apparet tum ex iterato illo verbo *Hortamur*, tum ex ſequentibus, quæ præmittere viro noſtro commodum viſum eſt: *Commendantes etiam perſonam*

Digitized by Google

ſonam ejus quatenus nullis eum patiaris moleſtiis aut neceſſitatibus ſubjacere: ne vel noſtræ commendationis inveniaris tramitem neglexiſſe, vel minus exhibuiſſe, quàm tuus exigit ordo pauperibus; quia & nos &c. ùt ſuprà.

Epiſtola 47. Libri VI. ad *Fanenſem* Epiſcopum data eſt; at *Fanum*, ſeu *Fanum fortunæ*, vulgò *Fano*, urbs olim Umbriæ, nunc Ducatûs Urbinatenſis, in ora maris Hadriatici, Ariminum inter & Senogalliam, adhuc Epiſcopalis, immediatè ſubjecta Romano Pontifici, in cujus dominio eſt. Sed ne huic quidem ſibi immediatè ſubjecto Epiſcopo *mandavit* Pontifex, verùm ei Joannem *commendavit* tantum. Sic enim terminatur Epiſtola: *Quia ergo veſtræ Sanctitati ſe ſummopere petiit commendari, providendum vobis pro veſtra mercede eſt, ut ſicut diximus, veſtris in omnibus ſolatis fulciatur.*

Quod denique ad Gregorianam Epiſtolam univerſis Dalmatiæ Epiſcopis inſcriptam attinet, ad juſtum ejus intellectum ſufficit ex ea hic ſupplere, quæ adverſario Jeſuitæ incommodabant; ſunt autem ſequentia: *Nos namque nullum, cujus vita reprehendi poteſt, ordinari temerè volumus. Quòd ſi Honòratus Diaconus indignus, oſtenditur, de vita moribúsque ejus, qui electus fuerit, nobis renuntiari volumus, ut quidquid in hac re agendum eſt, cum conſenſu noſtro ſalubriter permittamus impleri. Confidimus enim in omnipotentem Dominum, quia quantum ad intentionem noſtram pertinet, numquam quod neſtram gravare poſſit animam, numquam ſinimus fieri quod veſtram gravare poſſit Eccleſiam. Sin verò in qualibet perſona ita voluntarius omnium conſenſus acceſſerit, ut auctore Deo digna ſit, & non ſit qui ab ejus ordinatione diſſentiat, hanc à vobis in eadem Salonitana Eccleſia ex præſentis Epiſtolæ noſtræ conceſſâ licentiâ volumus conſecrari: exceptâ duntaxat perſonâ Maximi, de qua ad nos multa mala perlata ſunt.* Hæc prioribus juncta manifeſtum faciunt, Dalmatiæ Epiſcopos, eorum, quæ hominum ſunt magis quàm quæ Dei ſtudioſos, in Salonitana Eccleſia virum

rum eâ Sede indignum collocare voluiſſe. Hoc intelligens ſanctus Pontifex, iis in circumſtantiis, cautelis utendum ratus, tanquam Canonum cuſtos illis mandat *a*) ut ſi in *cujuslibet* perſonam omnium conſenſus acceſſerit, eum in Epiſcopum ordinent: *b*) Maximum tanquam malè famatum planè non eligant: *c*) Si quid contra perſonam Honorati Diaconi habeant, quo eum ad Salonitanam cathedram minùs idoneum judicent, de eo prævie ad ſanctam Sedem referant. Quid hæc ad collationem ſeu reſervationem beneficiorum atque dignitatum?

IV.

Si Zaccariæ animus fuiſſet ſuos Lectores de genuino ſenſu Gregorianarum Epiſtolarum circa jus Pontificis ad collationem præbendarum in aliorum diœceſibus inſtruendi, non debuiſſet ſilentio premere ſequentem doctiſſimi Guaſſanvillæi Notam in Gregorii Epiſtolam olim decimam nunc decimam tertiam Libri II, quæ huic materiæ ingens lumen affundit:
„ Ex eo loco concludit Binius ad marginem Epiſtolæ, Papam
„ in aliena diœceſi conferre beneficia, quo diplomate, quo
„ jure, an invito Epiſcopo, quibus in locis, non explicat. Et
„ verò conſtat jure Canonico antiquo, Clericos cujusque diœ-
„ ceſis à ſuo Epiſcopo cum Cleri & Plebis aſſenſu ordinatos
„ eſſe, atque adeo illis beneficia, qualia tunc erant, ſive jus
„ ſtipendiorum Eccleſiaſticorum conceſſum. Laudo Concil.
„ Antioch. Can. 9. & 22. Ordinationes à Metropolitanis in
„ Epiſcoporum ſubditorum diœceſibus aliquoties tentatas &
„ factas legimus; ſed iſta ſeu tentamina ſeu facta ſecundùm
„ Canones expendimus, ut non ſint in deſtructionem, ſed
„ in ædificationem. Crediderim ſanctiſſimum Pontificem,
„ juris ùt erat communis vindex acerrimus, juſta quadam &
„ peculiari ratione motum, illi Eccleſiæ, fortaſſe diutiùs quàm
„ par erat vacanti & neglectæ, Presbyterum deſtinaſſe, depu-
„ taſſe, & quidem, ùt ait, *providè*, cùm certus eſſet Epiſco-

„ pum non repugnaturum, populum non reclamaturum, Cle„ ricos non iri offenſum. “ Porro obſervandum, eandem hanc de qua modò agimus Epiſtolam 13. inſcriptam eſſe Importuno Romanæ Sedis *Suffraganeo*, Epiſcopo urbis Attelanæ, quæ eſt civitas Campaniæ. Obſervant inſuper ad eandem Epiſtolam eruditiſſimi Editores San-Mauritani ex Alteſerra, *Collationi beneficiorum injectam eſſe manum à Rom. Pontifice, ex quo pronuntiatus eſt Ordinarius Ordinariorum in Concilio generali Lateranenſi Cap.* 5. Hæc minimè concordant cum ævo S. Gregorii M.

V.

Videtur omninò prætenſum illud jus Rom. Pontificis, omnia per univerſam Eccleſiam beneficia conferendi originem ſumpſiſſe à certis occaſionibus, quibus Clerici à ſuis Eccleſiis, in quibus ordinati eſſent, vel ex cauſa recedentes, vel expulſi, Romanam Eccleſiam tanquam omnium Primam & Matrem adirent, ejus auxilium poſcentes, ut authoritate illius vel ſuis vel aliis Epiſcopis commendarentur, atque his commendationibus vel proprium in ſua Eccleſia recuperarent locum, vel novum in aliena conſequerentur. Cùm verò Papa non poſſet omnibus, præſertim exteris, cùm præjudicio propriorum Clericorum in ſua Romana Eccleſia providere, libenter eos & frequenter Epiſcopis per varias provincias initio commendabat, ut eos in numerum ſuorum Clericorum reciperent, & receptos de more ſuſtentarent.

Interim à ſimplici commendatione, quam vidimus in Gregorio M. paulatim factus eſt tranſitus ad commendationem & preces cum adjuncto præcepto, & irritatione contrarii, interdum etiam ad liberam collationem; quæ tamen admodùm rara fuit, & quia rara, ideo etiam tolerata; inde demum ad præceptum ſeu mandatum de providendo in vacaturis. Harum gratiarum exſpectativarum plenæ ſunt Decretales in Titulis de *Reſcrip-*

Reſcriptis. de *Conceſſ. præb.* & aliis. In his porro Exſpectativarum mandatis ipſi Pontifices non erant collatores, ſed potiùs precatores & commendantes, ſub præcepto tamen: Collatores verò erant Ordinarii; attamen non abſque præjudicio & gravamine: nam ipſimet etiam Pontifices fatentur ſe hujusmodi mandatis de providendo *gravare* Eccleſias & ordinarios Collatores, uti videmus in *Cap.* 38. 39. *&* 40. *X. de Reſcriptis.* Unde & ſæpiſſimè hujusmodi mandata ab ordinariis Collatoribus ſatis renitentibus & tergiverſantibus ſunt eluſa. Vid. *Cap.* 7. *&* 13. *de Renunc. Cap.* 4. *de Conceſſ. præb. non vacantis. Cap.* 3. *de His quæ fiunt à maj. parte Capit.* Atque ideo denique à precibus, commendationibus & mandatis ad vim apertam deventum eſt, datis executionibus, qui cogerent, & finaliter ipſi conferrent.

VI.

Qui adverſus Papales beneficiorum reſervationes, cùm primùm illæ Sæculis XII. & XIII. orirentur: motus undique & oppoſitiones mox eruperunt, iis ſat probatur rei novitas, & ignoratum eò uſque prætenſum illud jus ſummi Pontificis beneficia in alienis diœceſibus conferendi. Quid eá occaſione in Gallia & aliis regnis actum ſit, referemus verbis illuſtriſſimi de Marca, quæ quamvís aliquandò diffuſiora ſint, nihil tamen continent ſuperflui. Ita autem ille de *C. S. & J. Lib. IV. Cap.* 9. *n.* 1. „ Perſtabat adhuc uſus in Gallia an. 1226. „ per ſolum diſſenſum Regis, Epiſcoporum & Procerum liber- „ tates ſuas tuendi. Cùm enim Romanus Cardinalis Conci- „ lium illius Eccleſiæ Biturigibus coëgiſſet, ut Albigenſium „ & Comitis Toloſani negotiis proſpiceretur, re illâ confectâ „ de reſervatione duarum præbendarum in unaquaque Eccle- „ ſia vel Monaſterio arbitrio ſummi Pontificis Romanis Cleri- „ cis conferendarum cum Epiſcopis & Abbatibus agere voluit. „ Sed procuratores Capitulorum . . . . . Legatum rogant, „ ut ab ea re perſequenda temperet, quæ abſque gravi ſcan-

„ dalo & omnium offenſione effectui tradi non poſſet, & cui re-
„ nitantur non ſolùm Epiſcopi ſed & Rex ipſe & Proceres reg-
„ ni. Aliam eſſe rationem Galliarum & longè diverſam à cæ-
„ teris regnis. In illis enim mandatis Papæ decretam fuiſſe
„ præbendarum reſervationem; ſed in Gallicana Eccleſia *rem*
„ *iſtam adeo inſolitam* totius regni conſenſu indigere. Retulit
„ Matthæus Paris in Henrico III. pag 317. ſeq. procuratorum
„ ſuggeſtionem his verbis: *Unde rogamus in Dominino, ne*
„ *iſtud ſcandalum oriatur per vos in Eccleſia Gallicana, ſcientes*
„ *quòd ſine maximo ſcandalo & inæſtimabili damno non poſſet hoc*
„ *ad effectum perduci. Quia eſto quòd aliquis aſſentiret, nullus*
„ *eſſet ejus aſſenſus in rebus quæ omnes tangunt, cùm ferè om-*
„ *nes majores, & generaliter omnes ſubditi, nec non & ipſe Rex*
„ *& omnes Principes parati ſint contradicere & reſiſtere uſque*
„ *ad capitis expoſitionem & omnis honoris privationem; præſer-*
„ *tim cum videatur imminere propter hoc ſcandalum ſubverſio reg-*
„ *ni & Eccleſiæ generalis. Ratio autem noſtri timoris eſt, quòd*
„ *cum cæteris regnis non habuiſtis rationem, & quibuſdam Epi-*
„ *ſcopis præcepiſtis & Abbatibus, ut cùm præbendæ vacaverint,*
„ *ad opus Domini Papæ reſervent.* Litteris Pontificis palam
„ lectis, quibus duarum præbendarum collatio retinebatur,
„ Legatus præceptis exhauſtis, perſuadere conatus eſt Con-
„ cilio, ut conſenſum huic mandato præberet. Sed cùm ni-
„ hil obtinere poſſet, imò verò procuratores Capitulorum ſa-
„ pienter his verbis monerent: *Domine, moveat vos Zelus uni-*
„ *verſæ Eccleſiæ & ſanctæ Sedis Romanæ; quia ſi omnium eſſet*
„ *univerſalis oppreſſio, poſſet timeri ne imminerent generalis diſ-*
„ *ſenſio; quod Deus avertat;* ſubjunxit Legatus: *ſuper hæc quid-*
„ *quid præcepit, tali conditione licèt tacitâ intellexiſſe, ſi Impe-*
„ *rium & alia regna conſentirent. Adjunxit ſe nihil ampliùs*
„ *ſuper hac re attentaturum, donec per regna alia Prælati con-*
„ *ſenſerint; quod credidit provenire non poſſe.* Unde patet in
„ in re nova conſtituenda per Gallias conſenſum Regis, Epi-
„ ſcoporum & Procerum exquiſitum fuiſſe à Legato, eúmque
„ à reſcripto exequendo abſtinuiſſe ob Clericorum totiúſque
„ regni

„ regni diſſenſum, & ob ſcandali imminentis & ſeceſſionis „ periculum. “

Refert poſt hæc de Marca *num.* 2. ex Matthæo Pariſio ad annum 1753. qualiter Robertus Lincolnienſis Epiſcopus in Anglia (quem ille *virum ſingulari pietate conſpicuum* prædicat) non exſpectato Synodali decreto ſibi liberum putaverit præcepto cuidam Innocentii IV. de conferenda præbenda in ſua Eccleſia reniti, eò quòd juri contrarium eſſet. Tum ſic proſequitur *num.* 3.

„ Gallis etiam noſtris ea mens erat, ut non admiſſis Ro- „ manæ Curiæ reſcriptis, quæ Collatoribus jura per Canones „ quæſita auferebant, ſe ab iis novitatibus expedirent. Sed „ tandem Romanis Pontificibus æquum viſum eſt ut ſuæ com- „ mendationis ratio haberetur. *Commendationem* vocavi, quia „ olim Epiſopis Clericos aliquando Sedes Apoſtolica commen- „ dabat tantùm, ut conceſſo Diaconi & Presbyteri gradu, „ eorum inopiam ſublevarent, exemplo Gregori M. qui Lib. „ III. (*hodie Lib. IV.*) Epiſt. 14. Lib. V. (*hodie Lib. VI.*) *Epiſt.* „ 47. Syracuſano & Fanenſi Epiſcopis duos Clericos commen- „ davit. Sed poſteri commendationes & preces in præcepta „ verterunt; & præceptis, quæ, ùt vidimus, à Collatoribus „ repudiabantur, executores adjunxerunt, qui Epiſcopos ad „ collationem cogerent, ùt rectè explicuit Duarenus Lib. V. „ de ſacris Eccleſiæ Miniſtris Cap. 8. Coactionis illus initia re- „ ferri poſſunt ad tempora Lucii III. ad quam invitatus fuit à „ Stephano Tornacenſi, cujus hæc ſunt verba de Herveo Cle- „ rico commendato Canonicis S. Aniani Aurelianenſis Epiſt. „ 109. *Scripſit pro eo felicis recordationis Pater Alexander* (III.) „ *Decano & Canonicis S. Aniani Aurelianenſis. Scripſiſtis & vos* „ *primò & ſecundò. Sed neque preces, neque præceptum veſtrum,* „ *quamvis tres præbendæ vacarent, voluerunt audire. Abſit, Pater* „ *ut inanes ſint preces veſtræ, contemptibilis auctoritas, eluſo-* „ *rium præceptum; & nunc demum tanta, ſi placet, virtute in-*

Digitized by Google

„ *tonet ſuper eos Majeſtas veſtra, ut qui blanditiis juvari non* „ *potuerunt, imperio diſcant vinci.* "

„ *Num.* 4 Cùm ergo collationes beneficiorum, imò & „ Epiſcopatuum & Monaſteriorum, ad ſe traherent Románi „ Pontifices, reſcindentes ſi quid contra eorum reſcripta age- „ retur additis excommunicationibus in contumaces, nihil „ reliqui erat penes Epiſcopos Gallicanos, quin adeo ſeveris „ præceptis parerent & collationum jure caderent. Quare „ ad remedium extraordinarium confugerunt, ſcilicet ad tui- „ tionis regiæ præſidium, pietate Regis Ludovici IX. inter- „ pellatâ, quæ his morbis edicto ſuo conſuluit . . . . . *Num.* „ 7. Licèt autem edicto B. Ludovici proſpectum eſſet naſcen- „ ti morbo, quo jura collationum laborant, paulatim tamen „ auctoritate ſummorum Pontificum effectum eſt, ut omnium „ beneficiorum, imò & Epiſcopatuum collationes ad ſe tra- „ xerint, quin etiam ad vacatura per gratias exſpectativas, „ contra Concilii Lateranenſis præſcripta, jus dederint. His „ reſervationibus & gratiis aliisque ſimilibus machinationibus, „ in pernitiem Canonum inductis, Eccleſia Gallicana Pariſiis „ congregata remedium parans, electiones, collationes & præ- „ ſentationes ſecundùm conſtituta generalium Conciliorum, „ nullâ habitâ reſervationum & gratiarum ratione, fieri decre- „ vit. Sed quia impar erat Romanæ Curiæ auctoritati, tui- „ tionem regiam adhiberi procuravit. . . . . "

VII.

Sed repetamus rem altiùs & ab ipſa origine, ad demonſtrandum apertiùs, quòd in beneficiorum collatione RR. Pontifices ſæculis XII. revera induxerint novitatem populis odioſam, Canonibus & Diſciplinæ Eccleſiaſticæ adverſam; quòd illi antiquioris Eccleſiæ jura nulla pro ſe habeant, nullos Conciliorum Canones proferant; quòd denique Pontifices priores poſteriobus in hoc adverſentur.

Sub

Sub Apoſtolis fuere ſolùm Epiſcopatus & Diaconatus, ipſis Epiſcopis Curionis ſeu Parochi munere fungentibus: exiguo enim gregi unus Paſtor ſufficiebat, adjuvantibus in miniſterio Diaconis; quibus cùm poſtea pluribus miniſtris opus eſſet, Subdiaconi Lectores, Cantores, Acolyti, Exorciſtæ & Oſtiarii additi ſunt. Quòd omnes hi Miniſtri ſuam Epiſcopis inſtitutionem debeant, minimè dubitandum eſt. Porro ſupremus in Eccleſia gradus erat Presbyteratus, iſque in duas claſſes diviſus. Primi ordinis erant Epiſcopi, Archiepiſcopi, Primates: ſecundi ſimplices Sacerdotes. Presbyteros autem, uti & cæteros Eccleſiæ Miniſtros ordinare fuit uniuscujusque & ſolius in ſua diœceſi Epiſcopi; etenim Concilia prohibuerunt, ne quis ordinaretur Clericus ſine conſenſu ſui Epiſcopi. Inter Presbyteros ab Epiſcopo ordinatos alii penes Eccleſiam Matricem retinebantur, alii ad Titulos, qui deinde Parochiæ dicti ſunt, mittebantur; quanquam generali nomine omnes intitulati dicerentur. Horum ſive Titulorum, ſive Graduum, ſive Dignitatum, ſive Præbendarum ac Beneficiorum diſpoſitio erat penes Epiſcopum; præſumendum tamen eſt, eam fuiſſe priſcorum Epiſcoporum qua erant ſanctitate, modeſtiam, ut neminem ordinarent niſi de Conſilio & conſenſu ſui Cleri, eóque præſente examinatum; id quod bonâ ratione introductum meruit deinde Conſtitutione ſanciri quibuſdam in Provincialibus Synodis; adeo ut non ſolùm Clericorum ſuorum conſilium, ſed etiam civium aſſenſum & teſtimonium quæreret Epiſcopus in ordinatione Clerici. Non hic latiùs exponam, quibus viis & modis Capitulo pars in Collationibus obvenerit, ita ut cum ſuo Capite, Epiſcopo ſcilicet, in electione ad certas dignitates, præſertim majores, concurreret: qualiter deinde pluribus in Eccleſiis priſtinum Collationis jus ad Epiſcopos ex integro redierit: qualiter denique parochiales Eccleſiæ ſemper collationi Epiſcoporum ſubjectæ manſerint, etiam ubi patronatus introductus eſt, ſcilicet Patronus præſentat, Epiſcopus confert. Illud certum eſt, per plura ſæcula Romanum Antiſtitem ſe his non ingeſſiſſe, atque ea in re adeo religioſum fuiſſe S. Gregorium

gorium M. ut de incardinandis in aliqua Eccleſia ad Epiſcopum loci non rarò reſcriberet, & ſolidum arbitrium ei relinqueret. *Lib. I. Epiſt.* 83. *Lib. XI. Epiſt.* 15. &c. Is nempe fuit ſanctus Pontifex, cujus digna hæc vox refertur: Si ſua unicuique Epiſcopo jurisdictio non ſervatur, quid aliud agitur, niſi ut per nos, per quos Eccleſiaſticus ille ordo cuſtodiri debet, confundatur. *Sed tandem*, inquit Michael Rouſſel in Hiſtoriâ Pontificiæ Jurisdictionis anno 1625. Pariſiis editâ Lib. II. Cap. 11. n. 14. *inſolitæ hucusque voces Mandatorum, Reſervationum & Exſpectativarum cœperunt in palatio Romano audiri, & earum materia foveri, quòd expertum ſit habere illam in ſe lac, lanam, & pellem carnes, id eſt, abundantiam temporalem; & ubi Cauſidici Romani perceperunt plus lucri ex illa quæri quàm ex qualibet alia, ſtudium longè majus poſuerunt in ea addiſcenda, quàm in materia de pœnitentiis & ſimilibus.* Qualiter *inſolitæ* illæ *voces* ſeriùs prolatæ à populis ægerrimè auditæ fuerint, & adverſùs easdem tanquam illegales novitates, diu multùmque luctatum fuerit, dictum eſt tum *num. præced.* tum Tom. I. *Febr. Cap. VII. §.* 4.

VIII.

Hæc tam vera & perſpicua ſunt; ut ne ab ipſo quidem Adverſario negari valeant. Verùm intercedit ille, *pag.* 281. *ſeqq.* deſcribens illegalites, quæ in electionibus & aliis Ordinariorum proviſionibus obveniebant; hæc, inquit ille, cùm Romani Pontifices animadverterent, ſibi electiones & collationes reſervârunt. Audiamus eâ de re primùm pro Pontifice, poſtremò adverſus eum differentem laudatum Rouſſelium *l. cit. n.* 18. *pag.* 269. ubi „ Sic ergo, ait, reſervationibus uti „ cœperunt ſummi Pontifices, origine à Mandatis ſumptâ, „ quorum authorem Rebuffus ait Alexandrum III. idque in „ odium Ordinariorum, qui admiſſis indignis viros moribus „ & ſcientiâ præſtantes procul habebant. Unde ab Innocen- „ tio III. reprehenſi in Concilio generali Lateranenſi, ac ſuſ-

„ penſi

„ penſi à collationis jure ſi eo ampliùs abutantur. *Cap.* 29. *de* „ *Præb.* Atque ea Mandata tunc neceſſaria erant, non ambi- „ tioſa, ſed in gratiam pauperum Clericorum, qui poſtquam „ in ſtadio litterarum & Theologiæ deſudaſſent, merebantur „ aliquod beneficium: nec tamen eorum recordabantur Epi- „ ſcopi, ut nec hodie faciunt nimis addicti nimis ad- „ dicti familiariaribus & miniſtris ſuis. *Cap.* 27.*de Reſcript. Cap.* „ 13. *de Ætat. ordin.* Pro his itaque benemeritis meritò re- „ ſcribebant Pontifices Romani, atque ita ſobriè, ut nollent „ quemquam collatorem duobus gravari mandatis. 38. & 39. „ *de Reſcript.* "

„ Sed ùt neſcio qua hominum improbitate ſolent optimæ „ leges ad iniquitatem abutentium deflecti, & ut ex malis mo- „ ribus optimas leges, ita ex optimis legibus malos mores pro- „ dire, poſteriores ſummi Pontifices eamdem culpam vene- „ runt, qua Ordinarii peccaverant: cœperunt quippe non „ ampl ùs pro pauperibus & ingenuitate morum ac doctrinâ „ præſtantibus reſcribere, ſed pro ſuis familiaribus & paraſitis. „ Quapropter Romana palatia teri cœperunt, ùt D. Bernar- „ dus notavit; indéque amplitudo Romani Pontificis excrevit „ in poteſtatem prophanam potiùs quâm religioſam; & ùt Re- „ buffus ait, divitibus tantùm afferentibus aurum & argentum „ diſtributa fuere Mandata, eáque cùm initio *monitoria* ſolum- „ modo eſſent, precibus utentes ſummi Pontifices, putave- „ runt deinde ſuæ Majeſtis eſſe *præceptoriis* quoque uti, qui- „ bus jubebantur Ordinarii parere: ac denique *executoriis*, ut „ compellerentur. Inde verò promanaverunt omnes reſerva- „ tionum ſpecies, quibus noſter Ludovicus Sanctus obſtetiſſe „ videbatur edicto non ſolùm de electivis beneficiis & digni̇ta- „ tibus, ſed etiam collativis, ut his provideretur ſecundùm „ diſpoſitionem Juris communis, ſacrorum Eccleſiæ Dei Con- „ ciliorum, & inſtitutorum ſanctorum Patrum, ut unicuique „ ſua jurisdictio ſervaretur. "

Rectè inter alia mala, quæ ex Romana Collationum uſurpatione nata ſunt, illud hic Rouſſelius refert, quòd *per hoc amplitudo Romani Pontificis excreverit in poteſtatem profanam potiùs quàm religioſam.* Profanè igitur cogitat & loquitur Zaccaria, dum *pag.* 269. ſuſtinet, hoc beneficiorum conferendorum jure per univerſum orbem Papæ ad ſuſtinendum ſuum Primatum opus eſſe; quando nos ex adverſo exiſtimamus cum Boſſueto & aliis primæ notæ Theologis ac Canoniſtis, Apoſtolicæ Sedis dignitatem & genuina jura nullâ melius veriùſque ratione ſuſtineri, quàm Canonum defenſione atque executione. Reliqua Romanarum Proviſionum incommoda, ab ipſâ ſuâ ſpuriâ origine ùt plurimùm participantia, pluribus locis in Febroniano Opere indicata ſunt, ſcilicet Tom. I. pag. 325. 469. 473. 480. & ſeq. 492. 566. Tom. II. pag. 61. ſeqq. 68. 119. 303. 406. ſeq. 479. 495. 549. 585. 601. 603. &c. His, ſi vacaret, plura addi poſſent; unum ſaltem non prætermittam de clauſula *Non obſtante* litteris Apoſtolicarum proviſionum inſeri ſolita, circa quam Petrus de Marca *Lib. IV. Cap.* 9. *n.* 2. ita diſſerit: „ Non omittendum eſt, clauſulam illam ſolemnem, quæ in omnibus reſcriptis hodie inſeritur, *Non obſtante conſtitutione hac vel illa*, jam tum uſurpari cœpiſſe tempore Innocentii IV. quod ægrè ferebat Robertus Lincolnienſis, eò quòd in ſtatuentibus inconſtantiam deſignaret, cùm tamen leges conſtantia quadam & perpetuitate quadam vigere debeant, niſi neceſſitate cogente aliquando remittendæ ſint. *De illius Litteræ*, inquit Matthæus Paris pag. 871. & 875. *& ei conſimilium longè latéque diſperſarum ſuperaccumulato NON OBSTANTE, nec ex legis naturalis obſervandæ neceſſitate inducto, ſcatet cataclyſmus inconſtantiæ.* Si quis immodeſtæ cuidam petulantiæ verba Roberti adſcribenda putet, is ante omnia Theoderici Regis Italiæ ſententiam perpendat apud Caſſiodorum: *Pro æquitate ſervanda & nobis patimur contradici.* Et eodem ſenſu Regis Athalarici: *Rarum confidentiæ genus eſt interdum reſiſtere contra vota Principis.* “

IX.

Digitized by Google

IX.

Adverſus ſacratiſſima Collationum jura, in originario ſtatu atque forma Eccleſiæ radicata, Canonibus ſpiritu Dei conditis firmata, prævaluit ſpiritus, non Eccleſiæ ſed mundi, artes politicæ Canonum peſtes. Has deſcribit Michael Rouſſel *l. cit. n.* 19. ubi: „ Noſtri tamen Reges, inquit, aliquando „ his reſervationibus & expeditativ s paruerunt: ac forſitan „ plurima ipſi cauſa, quòd per orbem Chriſtianum authoritatem ſumerent. Namque non mediocri geſtientes lætitiâ, „ ac amplitudini majeſtatis ſuæ non parum addi ducentes, quòd „ Epiſcopum Romanum intra regni ſui provincias allexiſſent, „ Avenioni nempe, relicta Româ, offenſionum materiam fugiendam cenſuerunt, quibus ille de repetenda illa urbe cogitaret. Hinc non auſi horum jurium novitati reſiſtere, „ etiam ad eorum partem vocati, quanquam moderatè primùm, nec niſi pro magno munere & lætitiæ ſigno, ac per „ tres dies duntaxat, per quos, nec ultrà, dicitur Clemens „ VI. cùm ad illum Joannes Rex ſe officii cauſâ & viſitationis contuliſſet, exſpectativas in forma pauperum ei conceſſiſſe, ùt ait Campeius Bononienſis Tit. de Reſervat. Sed „ confeſtim, neſcio quâ dulcedine vel utilitatis ſpe, Pontifices & Reges titillati, cœperunt collationes uſurpare, illos „ Regibus indulgentes ut conferrent, ne collaturi aliquando „ ab iſtis impedirentur. Sic Innocentius VI. Clementis ſucceſſor eidem Joanni facultatem fecit nominandi ad præbendas ſuper triginta tam Metropolitanis quàm Cathedralibus „ & Collegiatis Eccleſiis regni ſui. Clemens VII. in ſchiſmate ſedens contra Urbanum (quod ſchiſma non minima quoque fuit labes electionum & collationum) Carolo VI. attribuit, ut duas præbendas uniuſcujusque Collegii conferre „ poſſet: ac ſui non oblitus legem tulit de vacaturis Eccleſiis „ quam exſpectativam gratiam appellavit, ex qua ſolis Cardinalibus & potentioribus viris beneficia contingebant. Unde „ Scholaſticorum plurima pars ſcholam Pariſienſem deſeruit. “

„ Sed cùm tot abuſuum & exceſſuum, quæ Eccleſia patiebatur in peſſimo illo ſchiſmate, tæderet & pœniteret „ Principes Eccleſiaſticos & prophanos, Comitia regni convocata fuerunt anno 1398. quibus ſtatutum eſt, ne deinceps „ exſpectativæ & reſervationes vim haberent in Gallia, ſed ab „ Ordinariis collationes omnes fierent, atque Benedicto XIII. „ tunc ſedenti denegaretur obedientia. Sed Benedictus his „ ſibi cedendum non eſſe ratus, in hoc laboravit, ut Regis, „ Parlamenti Pariſienſis & Univerſitatis, quæ tria ſibi contraria ſentiebat, aucuparetur favorem. Quapropter Regi jus „ decimæ colligendæ conceſſit: Univerſitatis Magiſtros nec „ non Parlamenti Officiales aſſignavit ſuper Ordinariis, ut ab „ illis præbendas & dignitates obtinerent, &c. " Hæc pro nunc ſufficiunt ad noſcendum, quibus in manibus præſtet eſſe beneficiorum collationes, Romanorum an Ordinariorum? ut de jure nihil memorem, quo Epiſcopalem ordinem perpetuò exuere profectò non eſt in in poteſtate Rom. Pontificis.

X.

Sed nec eſt hujus loci ultrà proſequi, quibus modis quibúsque mediis ac viis jam memoratis atque aliis collationum abuſibus & Romanorum prætenſionibus in Gallia primùm per Pragmaticam Sanctionem, deinde tum in eodem regno, tum in Germania per *Concordata*, limites ſed in hac parum firmi, poſiti ſint. Verùm hic intercedit Zaccaria *pag.* 294. ineptiſſimè Febronio inſultans, quòd ille Tomo II. pag. 484. ex proëmio Concordati Gallici (quod modò relegi cupio) *indignitatem* & *deformitatem* (ſunt ipſa proëmii verba) Papalium reſervationum & uſûs earundem non nihil denudaverit; quódque (ſic ille loquitur) *reſervationes in celeberrimis Concordatis à Germanica Natione receptas, atque à tot ſæculis ſervatas tam inclementer traducere atque exagitare non timuerit.*

Quoniam

Quoniam ipſe nobis *Concordata Germaniæ* objicit, juvat hic paucis de eorum vi & auctoritate diſſerere. Sunt autem duplicia: alia quæ vulgò & in Actis publicis dicuntur *Concordata Principum*, alia *Concordata Aſchaffenburgenſia*. De utrisque nonnulla dicta ſunt in Præfatione Tomi II. Februniani *Nota 7.* nec non *Tom. III. pag.* 138. *ſeqq.* *CONCORDATA PRINCIPUM* Francofurti an. 1446. primâ Septembris cœpta, ac Romæ 1447. quintâ & ſeptima Februarii ab Eugenio IV. perfecta, Cæſaris, Papæ, omnium Electorum ac Principum, tam Eccleſiaſticorum quàm Sæcularium, ac cuncti Cleri, atque ita totius Nationis aſſenſu nituntur. Hinc iſta Concordata ſibi ſervanda eſſe urget Imperium in Inſtructione anno 1500. à Regimento Imperii pro Legatione Romam mittenda, apud Müllerum in *ſtatu Comitiorum Imp. pag.* 117. Similiter & eadem dem Concordata Nationi ſarta tecta ſervanda eſſe, à ſacra Cæſarea Majeſtate anno 1519. ſtipulatur Collegium Electorale, atque eadem in omnibus ſubſecutis Capitulationibus firmantur. Idem fit in Unione Electorali anni 1558., nec non ſingulis ejuſdem deinde factis renovationibus. His Concordatis nondum omnibus inclytæ Nationis gravaminibus ſatisfactum eſſe, ſed ulteriùs per Conciliorum generalium frequentiam, & aliis modis ſatisfactum iri, poſt inſtrumentum acceptationis Decretorum Baſileenſium, fatetur Breve anno 1446., Nuntiis ad diætam Francofordienſem ablegatis ab Eugenio IV. datum; hoc ipſum loquuntur Gravamina Nationis variis temporibus mota, & non ſemel (præcipuè annis 1521. 1522, 1530. nec non 1652.) multis ex capitibus compilata; quod ipſum etiam noviſſimè præſtant Electorum Litteræ collegiales de anno 1764. Ex hoc conſequitur, quòd intentio Imperii continuò fuerit & etiamnum ſit, lenimenta gravaminum per Concordata Principum obtenta firmiter tenere, ſimul verò pro ulterioribus medelis conſequendis, ſive per viam Conciliorum ut ulteriorum Concordatorum ſive per viam Conſtitutionum Imperii ac Territorialium, aut alio modo identidem adniti, quo morbus diuturnus per pharmaca ſucceſſivè propinata radicaliter corrigatur.

Digitized by Google

CONCORDATUM ASCHAFFENBURGENSE, quod paulò poſt Concordata Principum ſecutum eſt, ſimili unanimitate ac firmitate ſicut Concordata præmemorata, non gaudet. Illius articuli tantummodo Imperatoris Friderici III. & Nuntii Papalis nomine expediti ſunt; nec Comitia Imperii, nec Collegium Electorale, multò minus omnes Archi- & Epiſcopi, ac Capitula & Monaſteria Germaniæ ad illud concurrerunt. Electores Eccleſiaſtici haud ignorabant tale Concordatum ab ipſis non aliter, quàm ſub ſpe ac conditione conſenſûs aliorum Electorum ſubſecuturi, admitti poſſe, cùm jam antecedenter per Unionem Electoralem, in præſens uſque ævum continuatam, ſe ſe adſtrinxiſſent, quòd ab illis Coëlectoribus ſuis ſe ſeparare nolint. Sciebant inſuper, ſua ordinariis Collatoribus eorúmque ſucceſſoribus atque ſingulis Eccleſiis competentia jura his ne auditis nec conſentientibus, non poſſe tolli aut minui per eos, in quibus & per quos Imperium & Eccleſia Germaniæ minimè repræſentabatur. Denique non poterant pauci illi, à quibus poſteriora illa Concordata pacta ſunt, prudenter dubitare, quin onera per Aſchaffenburgenſe Concordatum, tanquam merè proviſionale & interimiſticum, parata in promiſſo Concilio mox celebrando tollerentur. Vix documentum hoc è Conſilio Cæſareo ſibi obtinuerant Curialiſtæ Romani, cúm mox palam fecerent, quantopere deluſerint illos, qui eis aſſenſum utcunque præbuerant: nam Concilium generale, quod tam ſanctè promiſerant, ſtipulato tempore convocare nequidem cogitabant; & hoc ipſo, contra intentionem ipſius Imperatoris & paucorum aſſiſtentium, ea quæ tantùm uſque ad hoc determinatum celebrandi Concilii tempus indulta fuerant, perpetua reddere moliebantur.

Germani cùm viderent tempus in Concordatis Principum (quorum vigor vel in ipſa Conventione Aſchaffenburgenſi art. *In aliis.* integer ſervatus eſt) pro habendo Concilio generali per Decretum *Frequens* ſtabilitum eſſe lapſum, palam faciebant, quod hanc Conventionem, mox ab initio à pluribus

ſpre-

ſpretam, nullatenus pro futuro tempore agroſcant. Ipſi Electores Eccleſiaſtici anno 1455. mortuo Nicolao V., ſed multò apertiùs anno 1457., hæc declarabant, varios eâ de re tum inter ſe: tum cum aliis Archi- & Epiſcopis Germaniæ Conventus celebrantes, & de Conſtitutione Pragmatica in Imperio condenda conferentes; quod propoſitum dum impedire quærit Æneas Sylvius in Epiſtolâ ad Martinum Mayer Cancellarium Moguntinum datâ Romæ 8. Auguſti an. 1457. *Opp. Æneæ Sylvii pag.* 836. *edit. Baſileen.* ſummam gravaminum ipſe refert: ſcilicet *a*) quòd generatim non ſerventur Concordata: *b*) quòd electiones canonicæ non confirmentur: *c*) quòd beneficia conferantur exteris: *d*) quòd magna vis pecuniarum ab iis extorqueatur, qui beneficia conſequuntur: *e*) quòd ſub colore indulgentiarum, decimarum, atque aliis titulis ingentes ſummæ extra Germaniam deportentur. Illud ſingulare & ferè lepidum eſt quod in eadem Epiſtola ad declinandum penultimi gravaminis odium regerit Æneas his verbis: „ Quod deinde „ ſubjungis, extorqueri multum auri ab his qui dignitates vel „ alia beneficia aſſequuntur, non eſt cur de hac Sede conqueramini, ſed potiùs de cupiditate & ambitione veſtrorum ho„ minum, qui currentes pro Epiſcopatibus, invenientes compe„ titores, his quibus palatium patet, certatim pecunias offe„ runt. Illi verò qui alloqui Pontificem poſſunt, non ſunt „ omnes ſimiles Angelis, ſed quales in Almania Galliáque „ multos reperias; recipiunt enim quod offertur, non extor„ quent: Romanus autem Præſul ſolus in talamo ſuo nunc hos „ nunc illos audit, & illos promovere ſolet, qui magis com„ mendantur, nec ſciit, nec etiam arbitratur, pecuniæ cauſâ „ hos aut illos commendatione præferri. &c. " Quæ deinceps in Comitiis & aliis Imperii Conventibus non ſolùm adverſùm hæc & ejuſdem generis alia, ſed & adverſùs ipſum Aſchaffenburgenſe Concordatum deliberata & concluſa ſunt, legi poſſunt in eruditis Obſervationibus, quæ Tomo II. Concordatorum Germaniæ integrorum *pag.* 72. *ſeqq.* inſerta ſunt; è quibus etiam

etiam quæ de his Concordatis modò retulimus, magna ex parte deſcripta fuerunt, & plura ejus generis decerpi poſſent, præſertim ex *Tom. III. pag.* 164. *ſeqq.*, ubi varii mox ac obitu Nicolai V. à Germanica Natione adverſùs idem Concordatum excitati motus & factæ reclamationes ex coævis ſcriptoribus & monumentis referuntur: ſcilicet ex Gobellini *Comment. de Geſtis Pii II. Lib. I. pag.* 25. Platinâ *in Vita Pii II. pag.* 296. Epiſtolâ Majeri Cancellarii Moguntini ad Æneam Sylvium *de* 31. *Aug.* 1457. &c. Ex quibus Auctor hujus Lucubrationis *cit. pag.* 164. rectè infert, eos etiam è Germaniæ Principibus, qui in Aſchaffenburgenſe Concordatum conſenſerant, poſt lapſum decennii, & nullo interim ad celebrandum Concilium facto apparatu, ſe illo amplius non teneri exiſtimaſſe. Poſtremò illud rectè exoptat idem Obſervationum auctor *pag.* 89. ut omnibus gravaminibus tandem aliquando occurratur, ſicque poſitiva aliqua declaratio Nationis ac Pragmatica Conſtitutio Imperii (ceu anno 1457. jam inter Principes Imperii convenerat, atque etiam deinceps Imp. Maximilianus I. ſibi propoſuerat) condatur, qua juſtis deſideriis Nationis conſulatur, ſimúlque ſufficienter proſpiciatur, ne Germanis ſingulis identidem cum integra Curia ſit confligandum. Dum hic de Concordatis tractamus, illud etiam addidiſſe juvabit: Quòd ſi (uti Romani prætendunt) collatio quorumvis beneficiorum ac dignitatum ratione Primatûs ad Romanam Sedem ſpectaret, nunquam illi juri cedere Papa debuiſſet: & ſi vis ei fuiſſet illata, nec valuiſſet ſe adverſùs eam ullo facto defendere, potuiſſet quidem factum tolerare, attamen jus integrum retinere modis omnibus debuiſſet. Verùm ſapienter atque ex debito fecit, quòd uſurpata reſtituerit, ſaltem pro parte.

XI.

Quæ circa beneficiorum, præcipuè majorum dignitatum collationes, nec non circa *ANNATAS* ea occaſione eóve titulo ſolvendas, in Imperio Romano-Germanico contigere mutatio-

mutationes, eas ſic expreſſit Oliſiponenſis Theologus Antonius Pereria in *Diſſert. Hiſtoria & Theol. de Geſtis ac ſcriptis Gregorii P. VII. adverſùs Henricum IV. Imp. pag 40. ſeqq. edit. Vindobon. an.* 1773. „ Cùm per quingentes annos Imperato-
„ res fuerint, qui Romanos Pontifices facerent; nunc & ab
„ annis ſexcentis Romani Pontifices ſunt, qui Imperatores fa-
„ ciunt. Olim in unius Cæſaris poteſtate erat creatio novi
„ Pontificis: nunc pro maxima prærogativa habet Cæſar, ſi
„ in Romanis Comitiis hunc vel illum ex Purpuratis Patribus
„ Pontificem fieri vetet. Olim Epiſcopatus & Abbatias om-
„ nes, quibus vellent, regio quodam jure conferebant Impe-
„ ratores Germani; nunc de privilegio ſibi ab Apoſtolica Se-
„ de conceſſo gloriantur, quo poſſint Epiſcopos & Abbates
„ nonnullos deſignare, & *Primarias preces* neſcio quas adhi-
„ bere. . . . . . Sed cur deſignandis Epiſcopis & Abbatibus
„ Henrico interdixerit Gregorius, admodùm juſta, inquies,
„ cauſa erat ſacrorum nundinatio, qua Henricus ipſe non ſi-
„ ne manifeſta ſimonia iis, qui plus ei offerebant, majora mi-
„ noráque dabat Sacerdotia. Turpiſſimum & maximè abomi-
„ nandum crimen, fateor, præſertim in Principe, ſimonia.
„ At Henrico tot maximis bellis implicito, tot ſubditorum
„ Principum rebellionibus oppugnato, illud condonari poſſe
„ videbatur, quòd bello atque alieno ære oppreſſus aliquam
„ auri ſummàm poſtularet ab iis, quos Eccleſiaſticis dignitati-
„ bus ornabat. Imò ſi illorum temporum mores noſtris mo-
„ ribus metiri licet, non magis ſimonia videtur, quòd ab Epi-
„ ſcopatuum candidatis poſtulabat Cæſar, quàm quod hodie
„ à novis Epiſcopis *Annatarum* nomine exigit Pontifex. "

„ Vidit hoc . . . . . Theodoricus Niemus Epiſcopus
„ Verdenſis & Cameracenſis, tempore Conſtantienſis Conci-
„ lii: qui in Scholiis ad Senatus-Conſultum Romanum ſub
„ Leone VIII. de Inveſtituris Eccleſiarum *abſque omni pecunia*
„ à Cæſare exercendis ſequentia adnotat apud Goldaſtum in
„ Conſtitutionibus Imperialibus Tom. I. pag. 222. *Nota quòd*

„ *ſemper excipitur ſimonia in conceſſionibus Epiſcopatuum &*
„ *etiam majorum Sedium. Et cùm ita ſit, cur igitur ita intro-*
„ *ductum ſit per Eccleſiam & Eccleſiaſticos, qui Romanæ Ec-*
„ *cleſiæ præfuerunt, quôd per eos promovendi in Archiepiſcopos,*
„ *Epiſcopos & Abbates concordarent cum Camera Apoſtolica,*
„ *& pro communi ſervitio Dominorum Cardinalium: & aliàs*
„ *nullus creabatur Antiſtes, niſi hæc ſolveret?* “

Jus *Spolii* ſeu *Regaliæ*, quod circa hæreditatem Epiſcoporum, ac circa reditus vacantis beneficii Imperatores uſque ad tempora Ottonis IV. & Friderici II. exercuerant, inde verò in favorem Eccleſiarum abdicaverant, Pontifices Romani ſub nomine *Annatarum* & *Spolii* noviter pro ſe introducere præſumpſerunt; ſed ſicut *hoc* Concilium generale Conſtantienſe Seſſ. XXXIX. ita *illud* Concilium generale Baſileenſe Seſſ. XXI. tanquam non ferenda onera Eccleſiarum caſſaverunt. In Concordato Aſchaffenburgenſi hoc onus Annatarum invehi præſumebatur, non quidem eâ intentione, ut reditus menſales unius anni, Epiſcopo vel Archiepiſcopo ereptæ nep tibus ſummi Pontificis vel Curialiſtis lucro cedant, ſed potiſſimùm, ut iisdem Romæ inſtruatur Caſſa Chriſtianitatis contra potentiam Turcicam. Haud difficulter ad iis, qui dictum Concordatum pacti ſunt, prævideri poterat, tantum onus à Natione Germanica, quæ nulli extraneo ſe tributariam reddi patitur, non admiſſum iri. Verùm eapropter illi, qui ex parte Germanorum Concordatum conceperunt, rei ſat proſpectum eſſe arbitrobantur, ſi expreſſè reſervaretur, quòd Nationi integrum maneat, in mox ſubſequente Concilio, ceu promiſſum erat, iſtum de annatis articulum immutare.

XII.

Quod de Anntis *in ſubſidium belli Turcici* deſtinatis jam memoravimus, illud adverſario noſtro non arridet, qui eas *pag.* 331. *in Nota* ſimpliciter promiſſas contendit cum Thomaſſino.

ſino. Convincendus igitur de contrario uterque eſt ex Actis publicis.

Vidimus ſuprà Num. X. Ænea Sylvio, qualiter poſt obitum Nicolai V. anno 1457. Eccleſiaſtici Electores, tum inter ſe tum cum aliis Archi-& Epiſcopis Germani conventus celebraverint, in quibus agebatur de Conſtitutione Imperii Pragmatica, qua inter alia ſtatueretur, *Ne quid pecuniarum ad Romanam Curiam deferatur.* Quòd præter Annatas graves adhuc aliæ pecuniarum ſummæ Romam deferri conſueverint, eadem Æneæ Epiſtola de 8. Aug. an. 1457. indicat in verbis: „ De pecu-
„ niis indulgentiarum miramur fieri querelam: nam illæ poſt-
„ quam collectæ fuerant, profectò Romani Pontificis arbi-
„ trio non alterius, erant diſtribuendæ. De decimis quoque
„ credimus non eſſe indignum quod refers; nam ſi aliæ Na-
„ tiones pro expeditione contra Turcos habenda decimas ex-
„ hibent, non videmus, cur etiam Teutones non contribuant.“ Equidem hæc Statuum intentio per negatam à Friderico III. Imp. ratificationem vim legis non obtinuit, & alium effectum non habuit, quàm ut hac ratione palam fieret, Electores & reliquos Status Imperii omnem Concordato Aſchaffenburgenſi vim obligandi ab eo tempore contradicere, ubi Nicolaus V. mortuus, & tempus præfinitum futuri Concilii ſine hujus convocatione erat præterlapſum. Hoc eſt quod ad ſuum in Germania Nuntium 25. Octob. 1457. ſcripſit Callixtus PP. III. apud Raynaldum ad h. an. num. 42. „ Ex multiplici fama litteriſ-
„ que & relatu fide dignorum intelleximus, per Electores Im-
„ perii & quosdam eorum ſequaces, non cogitantes, quan-
„ tum Sedi Apoſtolicæ, à qua gratias & beneficia ſuſceperunt
„ debeant, nonnulla tractata fuiſſe in præjudicium & læſio-
„ nem auctoritatis noſtræ, & Sedis Apoſtolicæ; in eis tamen
„ neque aſſenſum, neque auctoritatem Imperatoris interve-
„ niſſe. “

Interim (uti refert laudatus Auctor Obſervationum in Concord. Nat. Germ. pag. 73.) ſub eodem Calixto III. noviter ad quatuor annos in Annatas conſentiebant Electores ac Principes, ita quidem, ut pecunia ex annatis redacta in bellum Turcicum impenderetur; et enim cùm bella hæc Turcica deinceps maximè ferverent, incongruum videbatur hæc ſubſidia in Caſſam Chriſtianitatis influentia diminuere. Quare ſolutione Annatarum continuabatur, ſimul verò ut pecuniæ ex illis provenientes in expeditiones Turcicas impenderentur, exigebatur. Hinc ſub Maximiliano I. an. 1500. in Comitiis Tit. 45. concludebatur: *Ut Pontifex Annatas Germanicæ Nationis ad expeditionem Turcicam, ad quam præcipuè deſtinatæ ſunt, extradi faciat.* Conferatur Inſtructio pro Legatione Romam mittendâ à Regimento Imperii anno 1500. confecta in Mülleri Theatro Comitiorum Lib. I. Cap. 10. pag. 117.

Anno 1522. Comitia Imperii ad Inſtructionem Pontificiam Legato hæc reſponderunt: „ Cùm Ordines S. Rom. Imperii „ nihil dubitent Beatitudinem Pontificis pro comperto habere, „ Principes Germaniæ in ſolutionem Annatarum ad aliquot „ annos Sedi Apoſtolicæ ſolvendarum eâ lege ac conditione „ conſenſiſſe, ut illæ in oppugnationem perfidiſſimi Turcæ & „ defenſionem fidei Catholicæ converterentur: Ex quo autem „ numerus annorum, intra quos annatæ illæ ſolvi debeant, „ nunc longo intervallo transactus ſit, neque annatæ illæ à „ Beatitudinis ſuæ prædeceſſoribus Pontificibus Romanis in „ hunc uſum, in quem decretæ, ſint converſæ. Ob id, ſi „ modò neceſſitate exigente communia auxilia in oppugnatio- „ nem Turcæ per Germaniam eſſet decernenda & colligenda, „ inde Populus Germanicus, quare annatæ priùs jam multis „ annis in hunc uſum reſervatæ ad hoc opus non applicen- „ tur, averſetúrque alia in ſe ob hanc cauſam gravamina re- „ cipere. Ex quo Prælati Eccleſiaſtici pro annatis Sedi Apo- „ ſtolicæ ſolvendis ùt plurimùm ſuis ſubditis ſuperindicta & „ collectas imponere, & talia ab eisdem recuperare cauſave- „ runt,

„ runt. Quare illuſtriſſimus Princeps Dominus Locum-te„ nens aliique Principes & Imperii Romani Ordines vehemen„ ter orant, ut Beatitudo Pontificis velit hæc et alia paterno „ affectu conſiderare, & illas annatas, quæ poſt obitum Epi„ porum aliorúmque Prælatorum ſeu Eccleſiaſtiorum ad Cu„ riam Romanam ſolvendæ fuerint in futurum non exigere, „ ſed illas fiſco S. R. Imperii applicandas relinquere &c. " Vid. *Tom. I. Febr. pag.* 578. *ſeq.* Simili tenore Imperator Carolus V. die 31. Octobris an. 1522. ſcripſit ad Pontificem Adrianum VI. ſcilicet: *Annatas, quas novi Antiſtites Rom. Pontifici ſolvere conſu verunt, AB ORIGINE eâ maximè ratione conceſſas eſſe, ut hujusmodi pecuniis Chriſti fidei hoſtes arcerentur.* ſed & eadem ratione exprimuntur gravamina Nationis annorum 1522. & 1530. Hoc ipſum gravamen expreſſè etiam comprehenſum eſt ſub iis, de quibus Receſſus Imperii an. 1530. §. 32. mentionem facit, & quorum curam Capitulationes Cæſareæ inde ab anno 1558. Imperatori enixè commendant. Denique Ferdinandus I. Imp. annò 1563. ſanctiſſimæ Sedi potiora Nationis gravamina exponens, & illud inter ea retulit, *quòd Annatæ in ſubſidium Turcicum olim conceſſæ adhuc exigantur & Romam exportentur.* Miratur, nec immeritò, Auctor Concordatorum Germaniæ integrorum *Tom. III. pag.* 178. privatos hodie ſcripores ſuſtinere, Annatas non fuiſſe ad expeditiones Turcicas Concordato deſtinatas; quaſi verò, inquit, novelli hi Doctores meliùs noverint quid in acta Imperii publica anno 1448. & 1457. relatum ſit, quàm omnes Imperii Status an. 1500. quorum plures de viſu & auditu eorum teſtari poterant quæ ante 50. annos acta erant.

Ex his concludimus, quòd etſi conceptis verbis in Aſchaffenburgenſi Concordato non exprimatur, quos in fines Annatæ, à Germanis addictæ, verti debeant; nihilominus inclyta Natio (à cujus libera voluntate pendebat eas vel addicere vel negare) ùt primùm malam Romanorum fidem experta eſt, ne ab illis porro luderetur, mentem ſuam apertiùs declaraverit,

rit, eidémque ſine interruptione inhæſerit. Debet hæc declaratio ſuum robur & effectum habere, ſive Nationi placitum ſit ſæpe memorato Concordato hactenus ſtare, ſive non. Neque enim credi poteſt, adunatum in Comitiis Imperium ſi ea apertè & perſeveranter hanc ſuam mentem declaraſſe, tam inde à ſua origine ſilia fuiſſet; neque Romanam Curiam ad tot declarationes etiam in faciem ei factas ſiluiſſe, ſi earum veritatem & juſtitiam ipſa non agnoviſſet.

XIII.

Pone tamen contra omnem veri ſimilitudinem, Germanos tempore Aſchaffenburgenſis Concordati de Armatis in Turcicam expeditionem vertendis minùs cogitaſſe, atque poſt initos demum cum Romana Sede Tractatus animum mutaſſe in illius præjudicium: ſuſtineo, ſuſtineo, id eos bono jure feciſſe, nec contra fidem Concordatorum. Hoc ut demonſtrem, per gradus incedo. 1.) Concilium Conſtantienſe anno 1414. Decreto *FREQUENS* edicto perpetuo ſancivit, decrevit & ordinavit, *ut Concilia generalia d inceps de decennio in decennium perpetuò celebrentur in locis, quæ ſummus Pontifex per menſem ante finem cujuslibet Concilii . . . . deputare vel aſſignare TENEATUR: . . . . . quem terminum liceat ſummo Pontifici de Cardinalium Conſilio ob emergentes fortè caſus abbreviare, ſed nullatenus prorogetur.* Notandum quod Pontifex præmiſſo modo *teneatur* locum ſequenti Concilio deputare; quòd proinde ſic à jure interpellatus, non ab homine interpellandus, debeat quà Præſes omnia ad celebrandum Concilium neceſſaria, quantum in ipſo eſt, ordinare. 2.) Anno 1447. Nonis Februarii Eugenius PP. IV. vigore Concordati Principum declaravit atque erga Germanicam Nationem ſeſe obligavit: *Se generale Concilium Conſtantienſe, Decretum FREQUENS, ac alia ejus Decreta, ſicut cætera alia Concilia Catholicam militantem Eccleſiam repræſentantia, ipſorum poteſtatem, authoritatem, honorem & reverentiam . . . . . amplecti & venerari.*

Atque

Atque ita Pontifex ex ſolemni conventione inita cum Natione Germanica ſeſe ad convocandum generale Concilium obligavit. Sed ne in his quidem ſtetit vinculum & obligatio Eugenii. Promiſit nominatim, ſe curaturum, *ut novum quoddam generale Concilium in Alemanniæ partibus, in uno de quinque locis, videlicet Conſtantia, Argentina, Moguntia, Wormatia, Treviris, propter Eccleſiæ neceſſitates convocaretur.* 3.) Tantum abeſt, ut defuncto Eugenio hæ obligationes, nomine Sedis Apoſtolicæ contractæ, extinctæ fuerint, ut ex contrario eadem in Aſchaffenburgenſi Concordato cum Eugenii ſucceſſore Nicolao V. an. 1448. renovtæ conſpiciantur; quandoquidem poſterius hoc Concordatum non ſolùm nihil contineat, quod circa præmiſſà priori detrahat, ſed è contrario expreſſis verbis ſtatuat: *In aliis autem, quæ per felicis recordationis Dominum Eugenium Papam quartum, pro Natione præfata, USQUE AD TEMPUS FUTURI GENERALIS CONCILII permiſſa, conceſſa, indulta, atque decreta, & per memoratum ſanctiſſimum Dominum noſtrum Papam Nicolaum confirmata fuere, in quantum illa Concordiæ præſenti non obviant, iſta vice nihil extitit immutatum.* Notentur in his verba, *Uſque ad tempus futuri generalis Concilii*; eò enim uſque ſolùm duraturum erat vinculum hujus Concordati reſpectu Germanicæ Nationis. Nec quenquam hic terreant verba *permiſſionis, conceſſionis, indulti &c.* quæ primâ fronte Styli Romani imperitis gratiam Pontificiam ſignificare videri poſſunt, ſunt autem reipſa *ſtatuta, à partibus ipſis hinc inde approbata, laudata, concluſa acceptata & concordata*: ſunt ipſa Concordati verba. 4.) Porro in eodem Concordato ratione Annatarum ita conventum fuit: *ſolvantur annatæ, ſe medii fructus juxta taxam ſolitam, à tempore poſſeſſionis infra annum. . . . . durétque hæc obſervantia deinceps, niſi eam ſimiliter in futuro Concilio, de ipſius Nationis conſenſu, contingat immutari.* Si jam quæratur, de quo Concilio, ſtabilem huic negotio normam daturo, fuerit inter partes contrahentes ſermo: an de tali quod poſt integrum ſæculùm & ultrà, ex novis tunc minimè prævi-
ſis

ſis cauſis, celebrari fortè poſſet: an de eo quod Eugenius & Nicolaus PP. ſe intra decennium habituros promiſerant? nemo arbitror, tam erit hebes, qui non primâ fronte judicet, ad hoc, non ad illud paciſcentium animos intendiſſe. Hoc ſanè omnes præcedentes Tractatus manifeſtum faciunt. 5.) Interim Nicolaus V. anno 1455. moritur; abierant jam ab ultimo Concilio, Florentino ſcilicet, anni plus quàm decem, absque quod interea Romæ de celebrando Concilio vel cogitatum quidem fuerit. Quid faciunt Germani, bonam ſuam fidem ludi videntes? Quid his in circumſtantiis egerint, refert Gobellinus in *Comment. de Geſtis Pii II. Lib. II. pag.* 25. nempe: „Fuere non pauci, qui Cæſari ſuaſerint, nunc tem„pus eſſe coërcendi Apoſtolicam Sedem, ne tantum in Ger„mania poſſet. *Conventiones*, quæ cum Eugenio factæ fue„rant, *diminutas eſſe*; nec priùs obediendum ſummo Ponti„fici, quàm concederet, quæ Natio Germanica optaret, an„cillam eam videri, libertatem aliquando mereri." Quare autem illæ *Conventiones* poſt mortem Nicolai V. *diminutæ erant*? non quaſi perſonales fuiſſent: etenim erant initæ *Romanæ Eccleſiæ & Germanicæ Nationis nominibus*; ſed quòd *ad tempus tantùm* initæ eſſent, & tempore elapſo concidat obligatio. 6.) Equidem in hanc propoſitionem; qualis à Gobellino & aliis enuntiatur, Imperator non conſenſit; ſed neque expreſſâ publicâque Imperii lege opus fuit, ut Germani à vinculo conventionali, uti omni jure poterant; ſe liberos haberent; ſufficiebat id monſtraſſe Actis publicis, ſive in toto ſive parte eorum quæ Pontifici in Cocordato addicta fuerant. Porro ex iis, quæ Num. XII. relata ſunt, apertum eſt, Germanos poſt deceſſum Nicolai V. ab obligatione Concordati ſolutos, non uno Comitiali actu, ſed pluribus, voluiſſe, ut annatæ non in Pontificis & Curialiſtarum emolumentum, ſed in Turcicas expeditiones verterentur; quidquid demum ea de re exprimant vel reſpectivè ſileant verba exſpirantis Concordati.

Refert

Refert clar. Barthelius de *Concord. Germ. Diſſert. I. Cap. III. Sect.* 3. *n.* 4. & aliunde notum eſt, Henricum II. & Carolum IX. Galliæ Reges ſuis ad Tridentinam Synodum Oratoribus in mandatis dediſſe, ut ejuſdem auctoritate Annatæ abolerentur. Sed noluere iis de rebus in Synodo tractari Legati Pontificii, tanquam non pertinentibus ad fidem morúmve correctionem. Vide Pallavicinum *Lib. XIX. Cap.* 1. *n.* 4. Utriusque facti ſubſiſtentiam non evertet ſuâ contorſione Zaccaria *pag.* 298. Germani, uti ex præmiſſis patet non indigebant nova & legali annatarum abolitione.

Caput III.

De Relationibus ad ſummum Pontificem faciendis, & de hujus jure generalia Concilia convocandi eisdémque præſidendi. Zaccaria falſi & injuriarum accuſatur & convincitur.

I.

Relationum jus Pontificium, inquit Zaccaria in Rubrica Capitis 7. Diſſert. VII. *Febronius ab Epiſcoporum Eccleſiæque conſenſione repetit, quod abſurdiſſimum eſſe demonſtratur.* Procedamus etiam in hac materia juſto ordine, quem adverſarius ſtudioſè turbat.

Imprimis Febronius Tom. I. toto §. 6. Capitis 11. operoſè probat, *Ea QUÆ AD ECCLESIÆ STATUM ATTINENT, ubivis gerantur, ad Romanum Pontificem referenda eſſe, ut ſollicitudinem ſuo Miniſterio convenientem expleat.* Ideo autem, inquit noſter Auctor *cit.* §. 6. *n.* 5. ad Papam referenda ſunt *quæ ad ſtatum Eccleſiæ pertinent*, quia ſervandæ unitatis in fide, & incorruptæ in ſubſtantialibus diſciplinæ, primaria ſollicitudo ei incumbit. Adde *Cap. III.* §. 7. *n.* 7. Hæc de divinis Ponti-

ficii Primatûs juribus intelligi & dici atque ad ea referri nemo prudens dubitabit. Ad hanc Relationum claſſem (ut alia non repetamus) referimus Epiſtolam Africanorum Patrum ad Theodorum Pontificem apud Harduinum *Tom. III. col.* 734. hoc tenore: „ Humillimum veſtro Apoſtolico culmini per-
„ ſolventes obſequium cum lacrymis ſuggerimus quod ſine
„ cordis gemitu reticere non valemus: Ante hoc
„ temporis ſpatium exoſum apud Conſtantinopolitanam Civi-
„ tatem novitatis commentum ad nos uſque opinanter fuiſſe
„ delatum. Et ut hactenus ſiluiſſemus, putavimus ſereniſſimo
„ examine veſtræ Apoſtolicæ Sedis fuiſſe defectum. Quod ubi
„ pertinaciter cognovimus invaleſcere, relegentes videlicet
„ libellum Pyrrhi noſtri fratris & Coëpiſcopi dudum ejuſdem
„ Conſtantinopolitanæ Civitatis, apud venerabilem veſtram
„ Sedem prolati, relationem, qualem neceſſitas exegit, fratri
„ Paulo, nunc CPolitanæ Civitatis Eccleſiam occupanti, emi-
„ ſimus: exhortantes cum nimio fletu jam dictum novitatis
„ commentum, non quidem ſuis temporibus adinventum,
„ à ſuo videlicet auctore confutatum, à ſe quoque vel ab om-
„ ni Eccleſia, cui præſidet, repellere: & chartas omnes, præ
„ foribus ipſius ſanctæ Eccleſiæ ad ſcandalum populorum ſuſ-
„ penſas, projicere: qualiter fides, quæ nunc uſque perman-
„ ſit integra, & Apoſtolica eruditio illibata ſervetur. Certum
„ eſt enim quòd tales ſermonum novitates de malo gloriæ amo-
„ re naſcuntur. . . . . Quia verò in quandam ſuſpectionem
„ noſtra Africana à malignis hominibus apud memoratam re-
„ giam Civitatem recitata eſt provincia; antedictam relatio-
„ nem memorato fratri Paulo CPolitano Antiſtiti tranſmiſſam
„ veſtræ Deo amabali Beatitudini direximus: quam rogamus
„ humiliter per veſtræ ſacratiſſimæ Sedis reſponſales transmit-
„ tere: qualiter proſpere cognoſcamus, ſi memoratus ſupe-
„ riùs frater à nefanda ſe novitatis adinventione ad integram
„ reformaverit orthodoxæ fidei prædicationem. Quòd ſi diſ-
„ ſimulaverit, auctoritas almæ Sedis veſtræ juxta Patrum ſan-
„ ctiones ſalubri conſilio pertractabit à ſano corpore ſeparare

„ vulnus

„ vulnus inſanum: remotóque morbi ſævientis flatû, cautiùs „ quæ ſunt ſincera perdurent, & grex purior ab hac mali contagione ſpirituali veſtri culminis ferramento purgetur. “

Hæc latiùs deſcribere viſum eſt, ut intimè noſcatur, de quo hac in Epiſtola agitur. Scilicet Africæ Epiſcopi in ſuſpicionem venerant conſenſûs in hæreſim, quam Pyrrhus Conſtantinopolitanus Antiſtites affixo publico libello profeſſus fuiſſe dicebatur. Hanc ſuſpicionem ut Africani à ſe declinent, petunt à Rom. Pontifice, ut Epiſtolam, quam ad Paulum Pyrrhi ſucceſſorem eâ de re ipſi dederant, iterum per ſuos Reſponſales Conſtantinopolim pervenire faciat, ad noſcendum, an Pyrrhus, adhuc ſuperſtes, in ſuo errore perſeveret, quòd ſi diſſimulaverit, rogant Pontificem, ut ſuæ Sedis auctoritate juxta Patrum ſanctiones eum tanquam vulnus inſanum à ſano corpore ſeparari faciat. *Juxta Patrum ſanctiones*, inquiunt Africani: hoc eſt, *per legitimum Concilium*, conformiter ad Canones Antiochenos, Chalcedenenſes, Africanos &c. aliter enim Pyrrhum judicari non poſſe, aſſerebat ipſe & alii cum eo Epiſcopi. Vid. Michaël Le Quien *Oriens Chriſtian. Tom. I. pag.* 229.

Atque hæc una fuit ex cauſis, ob quas Africanæ Provinciæ Præſules hanc ad Theodorum Papam Epiſtolam dederunt: ſcilicet, ut omnem ſuſpicionem hæreſis à ſe declinent, nec videantur communicare hæretico; alteram, & fortè principaliorem in ingreſſu Epiſtolæ his verbis exprimunt.: *Antiquis regulis ſancitum eſt, ut quidquid quamvis in remotis vel in longinquo poſitis ageretur provinciis, non priùs tractandum vel accipiendum ſit, niſi ad notitiam almæ Sedis veſtræ fuiſſet deductum.* Hæc extraxit in rem ſuam Jeſuita *pag.* 324; ſed prætermiſit quæ ſequuntur: *ut hujus auctoritate, juſta quæ fuiſſet pronuntiatio firmaretur.* Totam hanc phraſin ex Epiſtola Innocentii I. ad Concilium Carthaginenſe deſcriptam eſſe, ad marginem notavit Harduinus. Poſteriora utriuſque Epiſtolæ verba concor-

Digitized by Google

dant cùm iis, quæ de Pyrrho non aliter quàm per legitimum ſuæ Orientalis Provinciæ Concilium damnando, paulò antè affirmavimus. Erat ſanè hæc cauſa talis, quæ ad ſtatum Eccleſiæ pertineret; etenim agebatur de hæreſi, cujus virus ab Oriente in Africam propagatum dicebatur, quo caſu negotium ad Primatem Eccleſiæ utique deferendum fuit, ut *juxta Patrum ſanctiones ſalubri conſilio de legitimo remedio provideatur*. Itaque non incongruè cum hac Africanorum Epiſtola Zaccaria *cit. pag.* 324. conjungit ſequentia verba ex Aviti Epiſt. 36. *Synodalium legum eſſe, ut in rebus, QUÆ AD ECCLESIÆ STATUM PERTINENT, ſiquid dubitationis fuerit exortum, ad Romanæ Eccleſiæ maximum Sacerdotum quaſi ad Caput noſtrum, membra ſequentia recurramus.* Eò quoque pertinet illud Juſtiniani Imp. ad Joannem PP. II. *Nec enim patimur quidquam, QUOD AD ECCLESIARUM STATUM PERTINET, quamvis manifeſtum & indubitatum ſit quod movetur, ut non etiam veſtræ innoteſcat Sanctitati: quia Caput eſt omnium ſanctarum Eccleſiarum*: apud Harduinum Tom. II. col. 1146. Agebatur autem in eadem Epiſtola de hæreſi adverſùs divinitatem Filii à nonnullis ſparſa.

Citat ulteriùs eâdem qua diximus *pag.* 324. Innocentii I. Epiſtolam 2. ad Victricium, quæ de *Majorum Cauſarum Relationibus* agens *Synodum*, quæ eas ſtatuerit, & *veterem*, quæ eas *exigat*, *conſuetudinem* appellavit. Quod de Synodo hic dicit Innocentius, id de Sardicenſi ejúſque Canonibus intelligit. Hincmarus *Opp. Tom. II. pag.* 774. Nos de eadem Epiſtola pluribus egimus *Tom. I. pag.* 225. & *Tom. III. pag.* 303. Equidem idem S. Pontifex Epiſt. 30. ad Concilium Milevitanum *num.* 2. *diligenter*, ait, *& congruè Apoſtolicæ Sedis conſulitis honoris arcana . . . . ſuper anxiis rebus quæ ſit tenenda ſententia: antiquæ ſcilicet regulæ formam ſecuti, quam toto ſemper ab orbe mecum noſtis eſſe ſervatam.* Verùm agebatur de hæreſi, quæ inter alia vult, hominem ſibi ſine Dei gratia poſſe ſufficere. Atque ideo *eod. num.* addit Innocentius: *præ-*

ſertim

Digitized by Google

ſertim quoties fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres & Coëpiſcopos noſtros non niſi ad Petrum, id eſt ſui nominis & honoris auctorem, referre debere, veluti nunc retulit veſtra dilectio, QUOD PER TOTUM MUNDUM POSSIT ECCLESIIS OMNIBUS IN COMMUNE PRODESSE. Adde P. de Marca *Lib. I. Cap.* 10. *n.* 3.

II.

Atque hæc prima ſpecies Relationum, quæ ad ſummum Pontificem quin facienda ſint, nemo rectè de Catholico Primatu ſentiens dubabit. Altera ſpecies earum rerum & cauſarum eſt, *quæ ad tutelam & executionem Canonum pertinent*; idque ex iis argumentis, quæ à Febronio *Tom. I. Cap. II.* §. 7. prolata & exemplis illuſtrata ſunt ad probandum, *quòd Papa ſit Tutor, Vindex & Executor Canonum per univerſam Eccleſiam.* Exemplis, quæ ibidem ex RR. Pontificum Epiſtolis & aliunde relata ſunt, addemus alia, quæ Zaccaria *cit. Cap.* 7. in rem ſuam, aut potiùs noſtram, adducit.

Equidem Patres Concilii Sardicenſis in Epiſtôla ad Julium Papam faſſi ſunt, *non valde optimum & congruentiſſimum eſſe, ſi ad Caput, id eſt, ad Petri Apoſtoli Sedem, de ſingulis quibusque provinciis Domini referant Sacerdotes.* At quare, & de quo ad Pontificem referri volunt Patres Sardicenſes? Hoc ſub finem Epiſtolæ ipſimet exprimunt, ſcilicet: „ Tua autem „ præcellens prudentia diſponere debet, ut per tua ſcripta, „ qui in Sicilia, qui in Sardinia & Italia ſunt fratres noſtri, „ quæ acta ſunt & quæ definita cognoſcant; & ne ig„ norantes eorum accipiant Litteras Communicatorias, id eſt „ Epiſtolia, quos juſta ſententia degradavit. Perſeverent au„ tem Marcellus, Athanaſius, & Aſclepius in noſtra commu„ nione: quia obeſſe eis non poterit iniquum judicium, & fu„ ga, & tergiverſatio eorum, qui ad judicium omnium Epi„ ſcoporum, qui convenimus, venire noluerunt. “ Scilicet

Patres Sardicenſes in ſua Synodo, *poſtquam univerſa de integro diſcuſiſſent*, fidem Nicænam iterum aſſeruerunt, Athanaſium & quoſdam ſuâ communione dignos declararunt, alios ùt hæreticos damnârunt, ne verbo eorum, quæ egerant confirmationem à Pontifice petentes. Hoc à Julio *tanquam Canonum executore* flagitant, ut per nomnullas partes Occidentis notum faciat, qui in legitima Synodo excommunicati fuerint, quibus ex contrario decreta communio; hæc quippe noviſſe omnium intererat, ne ritè excommunicatis ignorantes commnnicarent.

In eundem cenſum referenda eſt Innocentii I. Epiſtola 29. ad Epiſcopos Carthaginenſis Concilii, qua eorum adverſùs Pelagianos hæreticos doctrina atque ſententia laudatur ac probatur. In ea ità Sanctus Pontifex: *Quod Patres non humanâ, ſed divinâ decrevere ſententiâ ut quidquid, quamvis de diſjunctis remotisque provinciis ageretur, non priùs ducerent finiendum, niſi ad hujus Sedis notitiam perveniret: ut totâ hujus auctoritate quæ juſta fuerit pronuntiatio firmaretur, indéque ſumerent cæteræ Eccleſiæ . . . . . quid præcipere, quid abluere, quos veluti cœno inemundabili ſorditatos, mundis digna corporibus unda vitaret.* Quo ſenſu, quo fine Carthaginenſes Pontifici ſcripſerint accipe ex Epiſtolæ *num.* 2. „ Cùm illis, ait S. In„ nocentius, curam gentis quibus præſidetis Eccleſiis, ſolli„ citudinem veſtram pro omnium utilitate monſtratis: & per „ cunctas totius orbis Eccleſias omnibus unà quod proſit, de„ cernendum eſſe depoſitis: ut ſuis conſtabilita regulis Eccle„ ſia, & hoc, quo illos caveat, pronuntiationis juſtæ firmata „ decreto, talibus patere non poſſit, qui perverſis inſtructi, „ imò deſtructi, verborum argutiis . . . . . totam veri dog„ matis quærunt evertere diſciplinam. Sanandum ergo cele„ riùs, ne longiùs execrandus animis morbus irrepat. “ Et poſtea in fine *num.* 9. „ Nec quidquam ſupereſſe duximus „ quod dicamus, cùm nihil prætermiſſum à vobis, nihil con„ ſtet eſſe ſuppreſſum, quo illi refutati & penitus cognoſcan-

“ tur

„ tur eſſe convicti. Ideóque à nobis teſtimonia nulla ponun-
„ tur, quia in his plena relatio eſt, & ſatis conſtat tot doctiſ-
„ ſimos Sacerdotes cuncta dixiſſe: ne decet credere, vos ali-
„ quid, quod ad cauſam poſſit proficere, prætermiſiſſe. "

Ex his intelligitur, Patres Carthaginenſis Concili in cauſa Pelagianorum talia ſanxiſſe, quæ non ſolùm ipſorum reſpectivè Eccleſiis, ſed reliquis in commune omnibus prodeſſent. Hos fines ut Synodus plenè adipiſcatur, ſua Synodalia Decreta, ſacris Canonibus per totum conformia, Innocentio Papæ ſubmittit, tum ut ille ea (juxta ſenſum Declarationis Cleri Gallicani de anno 1682.) ad omnes Eccleſias *pertinere* faciat: tum ut nulla Eccleſiarum ignoret, quibus juxta juſtiſſima placita Cartaginenſiam communio danda, quibus neganda eſſet.

III.

Tertia Relationum ſpecies ea eſt, quæ ad Romanam Eccleſiam deferuntur, tanquam ad *aliarum Eccleſiarum Magiſtram.* De hac Sanctæ Sedis qualitate actum eſt *Tom. I. Cap. III.* §. 6. Hoc titulo aſſerit Innocentius PP. I. Epiſt. 30. n. 1. inter varias Apoſtolicæ Sedis occupationes hanc præcipuam eſſe, quòd *diverſorum conſulta fideli ac medicâ* (al. *modica*) *diſceptatione*, ſive ùt loquitur Epiſt. 6. n. 1. *collatione*, *tractare* cogatur. Quæ ex Innocentii & aliorum Epiſtolis ad hanc præcipuè claſſem pertinent, eas quoque hic memoràſſe non pœnitebit. Dionyſius Alexandrinus quodam de re Xyſtum II. Papam conſulturus, ſic Epiſtolam inchoat apud Conſtantium col. 266. *Verè etenim, frater, conſilio opus habeo, & ſententiam tuam expecto, ne fortè hallucìner.*

In ingreſſu Epiſtolæ Innocentii I. 37. quæ eſt ad Nucerinum Epiſcopum, hæc quidem occurrunt, *Mirari non poſſumus, dilectionem tuam ſequi inſtituta Majorum, omniáque quæ poſſunt aliquam recipere dubitationem, ad nos quaſi ad Caput*
atque

atque ag apicem Epiſcoqatûs referre, ut conſulta videlicet Sedes Apoſtolica ex ipſis rebus dubiis certum aliquid faciendúmque pronuntiet. Verum iu ipſa hac relatione vel interrogatione abuſum ſeu exceſſum obſervat ſanctus Pontifex, hæc interroganti *num.* 2. reponens: „ *Scripſiſti* . . . . . Clericos, quos con„ ſtituas (te) non habere, aliquos verò mutilos, aliquos di„ gamos eſſe. Ad quod ſtupuimus, prudentem virum de his „ voluiſſe conſulere, quæ omnibus ſunt certâ ratione com„ perta. Ergo non quaſi ignorantibus dicimus, ſed in aliis „ forſitan occupatos, illud oblitos vos eſſe dicimus. “

Non ſemper habebant Pontifices in promptu, quæ interrogantibus reſponderent, ſed id quandoque inter reſpondendum debebant ipſi addiſcere. Hoc fatetur Innocentius Epiſtola 6. ad Exſuperium Epiſcopum Toloſanum. Epiſtolæ hoc initium: „ Conſulenti tibi, frater cariſſime, quid de propoſita „ ſpecie unaquaque ſentirem, *pro captu intelligentiæ meæ*, „ quæ ſunt viſa reſpondi, quid ſequendum vel docilis ratio „ perſuaderet, vel auctoritas lectionis oſtenderet, vel cuſto„ dita ſeries temporum demonſtraret. Et quidem Dilectio tua, „ inſtitutum ſecuta prudentum, ad Sedem Apoſtolicam refer„ re maluit, quid deberet in rebus dubiis cuſtodire, potiùs „ quam uſurpatione præſumptâ, quæ ſibi viderentur de ſin„ gulis obtinere. Cur enim magis pudendum putemus *diſce„ re aliquid, quàm omnino neſcire*? Mihi quoque ipſi de colla„ tione docilitas accedit, dum perſcrutatis rationibus ad pro„ poſita reſpondere compellor: eóque fit, *ut aliquid ſemper „ addiſcat, qui poſtulatur ut reſpondeat.* Proponam igitur ſin„ gula, ſubjiciámque reſponſum &c. “ Hæc ſanè in nullo egrediuntur fines Magiſterii, multúmque abſunt à præcepto interrogandi, magiſque a lege univerſim omnibus datâ.

Interim non ad ſolam Eccleſiam Romanam conſilii cauſâ recurrebatur; aliæ quoque Eccleſiæ, etiam remotiſſimæ, mutuis ſeſe Conſiliis juvabant. Sic Lugdunenſes Viennenſésque

ab

ab Eccleſiis Aſiæ & Phrygiæ, quid de Cataphrygibus ſentirent, requiſitæ peculiaribus litteris reſponderunt apud Euſebium *Lib. V. Cap.* 1. *edit. Cantabrig. an.* 1720. Conſulti ſæpe ſunt Metropolitani ab Epiſcopis Suffraganeis, & ab ipſis Metropolitanis Apoſtolicæ Sedis Vicarii. Conſulti etiam aliquando & Epiſcopi, qui præ cæteris doctrinæ famâ eminebant. Verum equidem eſt quòd Romani Epiſcopi conſulerentur frequentiùs & univerſaliùs; ſed ſi de *authoritate* quæritur, agnoſcimus haud difficulter, quòd in duabus prioribus Relationum ſpeciebus, ſcilicet in iis, quæ ad univerſalis Eccleſiæ ſtatum attinent, nec non in illis quæ pertinent ad tutelam & executionem Canonum, major ſit Romanæ Sedis & reſponſorum ſeu juris reſponſo, ejus authoritas; at ubi *de nudo conſilio*, quod olim Epiſcopi ſæpiùs à Romano poſtulabant Antiſtite, quódque hic nec alio titulo dabat, agitur, non puto, quòd (cæteris paribus) *per ſe* major ſit vis *Reſponſi*, ſeu, ùt loquitur Innocentius, *Diſceptationis*, ſeu *Collationis* Pontificiæ, quam aliorum Præſulum, qui etiam munus docendi acceperunt. Dixi per ſe: quòd enim hæc Reſponſa propter reverentiam Sedis Apoſtolicæ aliáſque cauſas promptius obſequium obtinuerint, imò vim juris deinde acceperint, aliud eſt; de quo agemus poſtea.

VI.

Quòd præter binas priores, quas diximus, Relationum ſpecies: quáſque jure divino Primatui annexas non diffitemur, alia adhuc ſpecies exiſtat, etiam à tertiâ, quæ in nudâ conſilii ejúſque liberrimâ petitione conſiſtit, diſtincta; diſcimus ex Epiſtolis Leonis M, Gelaſii & Innocentii I, RR. PP. S. Leo Epiſtola V. ad Epiſcopos Metropolitanos per Illyricum conſtitutos; Cap. 6. itá ſcribit: *Si quæ verò cauſæ graviores vel appellationes emerſerint, eas ſub ipſius* (Vicarii à Leone per Illyricum conſtituti) *relatione ad nos mitti debere decrevimus, ut noſtrâ ſecundùm Eccleſiaſticum morem ſententiâ finiantur.* Hæc

verba Epiſtolæ nobis Adverſarius objicit *pag.* 328. Cùm illis meritò conjunguntur, quæ Innocentius I. Epiſt. 2. ſcripſit ad Victricium Rotomagenſem Cap. 3. ibi: *Si verò majores cauſæ in medio fuerint devolutæ, ad Apoſtolicam Sedem, ſicut Synodus ſtatuit, & vetus conſuetudo exigit, poſt judicium Epiſcopale referatur.* Gelaſius item Papa in Commonitorio ad Fauſtum: *Ipſi ſunt*, inquit, *Canones qui appellationes totius Eccleſiæ ad hujus Sedis examen deferri voluere.*

Porro in memoratam Leonis Epiſtolam V. notat Queſnellus *Opp. S. Leonis Tom. II. pag.* 430. „ Jus illud *Relationis*, „ quod Sedi Apoſtolicæ competebat, ſanctorum Conciliorum „ auctoritate pro reverentia Principis Apoſtolorum illi eſſe collatum. Quod diſertè Innocentius aſſerit in Epiſtola ad Victricium Cap. 3. qui jus illud ex *veteri* quoque conſuetudine repetit. *Addit deinde*: Quin eandem Synodum, eosdémque Canones, Gelaſius, Leo, Innocentius Pontifices Romani in mente hebuerint, dubitari vix poſſe exiſtimo. Sed quinam Canones illi fuerint, diſceptatur ab eruditis. Totus ille Innocentii textus ad Nicænos Canones referendus videtur Jll. de Marca Lib. I. 10. Aliter olim intellexit Hincmarus Remenſis Epiſt. 9. Cap. 12, & duo priora Capita ad Synodum Nicænam pertinere, poſtremum verò ad Sardicenſem exiſtimavit. Diverſam ab utroque ſententiam inire me cogunt rationes infrà exponendæ, & totum illud Sardicenſi Synodo tribuere, cujus Canones ſub Nicænæ Synodi nomine priſcis illis temporibus à Romanis Epiſcopis laudatos fuiſſe, teſtes ſunt Innocentius ipſe, Zoſimus, & noſter Leo Epiſt. 40. In quem errorem qua ratione inciderint, Codex Romanus, quo publicum beamus, manifeſtum facit. Non, inquam, Nicænos, ſed ſub Nicæni Concilii nomine Sardicenſes adducere mihi videtur Innocentius I; quia agit de Clericis tam ſuperioris quàm inferioris Ordinis inter ſe litigantibus, de quibus Synodus Nicæna ſermonem non habet Can. 5. quem ab Innocentio notatum putant; ſed tan-

„ tùm

„ tùm de iis, qui à proprio Epiſcopo ſunt excommunicati, ſi-
„ ve ſint ex laico Ordine, ſive ex Clero; quod ad Clericos
„ ſuperioris Ordinis, qui depoſitioni, non excommuniationi,
„ ſubjacebant, minimè pertinet, cùm nec jurgiis eorundem
„ inter ſe, de quibus loquitur Innocentius, ullatenus conve-
„ nit. Conveniunt verò quàm maximè ejudem Pontificis ver-
„ ba cum Can. 3. Sardicenſi, cujus hic titulus apud Diony-
„ ſium Exiguum: *Ut inter diſcordes Epiſcopos comprovinciales*
„ *Antiſtites audiant*: *quòd ſi damnatus appellaverit Romanum*
„ *Pontificem*, *id obſervandum*, *quod ipſe cenſuerit*. Deinde
„ de his, qui relictis Provinciæ ſuæ Sacerdotibus ad alias ju-
„ dicandi convolant, ne verbum quidem in Nicæno; in Sar-
„ dicenſi autem plura reperiuntur. Denique de *Relatione* ad
„ Apoſtolicam Sedem *poſt Epiſcopale judicium* facienda in cau-
„ ſis Majoribus, prorſus tacent Nicæni Patres; ex profeſſo
„ autem Sardicenſes agunt Can. 3. 4. & 7. Quare argumen-
„ tum illuſtriſſimi Petri de Marca aſſumens, ſententiam oppo-
„ ſitam ſic confirmo: De eadem Synodo hic intelligendus eſt
„ Innocentii textus quantuscunque eſt: at in poſteriori loco
„ Sardicenſis intelligenda, non Nicæna: in prioribus ergo pa-
„ riter ad Sardicenſes animum advertebat Innocentius. "

Ex his concludimus, tam *Relationis* jus in *gravioribus Cauſis*, quàm *Appellationis* ad Ramanam Sedem potiſſimùm niti *Canonibus Sardicenſis Concilii* & *Conſuetudine*, proinde (quod Febronius contendit, Zaccaria negat) conſenſu ſeu delatione Eccleſiarum. Quibus *Quesnelli* nomen hoc loco diſplicet, illi eo prætermiſſo, ad argumenta ſolùm, quibus utitur, animum adjiciant.

Quod ad *Illyricum* in hac Relationum materia ſpecialiùs attinet, cujus etiam occaſione Epiſtolarum S. Leonis quartæ & quintæ adverſarius *pag.* 328. meminit, illud ſolùm nuncaddimus, quod præter alios obſervavit Quesnellus *cit. Tom. II. pag.* 429. ſcilicet: „ Ratio exceptionis eſt, quòd Illyricianæ

 Provin-

„ Provinciæ, ùt *Occidentalium* partium quædam portio ad Ro-
„ manum Pontificem *jure peculiari* pertinebant. Cæterùm
„ quod hic de Appellationibus ſcribit S. Leo, id ex Sardicen-
„ ſibus Canonibus aſſerit, ut veteris inſtituti & reverentiæ Se-
„ dis Apoſtolicæ mentio teſtatur: qui Canones Orientalibus
„ ignoti erant tunc temporis. “ Singularia hæc Illyricianarùm & aliarum Provinciarum jura *in hac Relationum ſpecie* per ſe ſufficiunt ad excludendum ab ea omnem *juris divini* diſpoſitionem. Plura de his dicta ſunt *Tom. I. Febr. Cap. IV*, §. 1. *n.* 2.

V.

Paucæ, quæ poſt quadripartitam hanc Relationum diviſionem, & diſtincta ſingularum jura ſuperſunt, difficultates, ab adverſario injectæ, tales ſunt, ut vix recenſeri mereantur. Ac primò quidem *pag.* 326. ait: „ Cùm ad Romanam Eccle-
„ ſiam *propter potentiorem principalitatem neceſſe ſit omnem con-*
„ *venire Eccleſiam*, ùti ex Irenæo ſæpius monuimus, opor-
„ tet, ut quæ in Eccleſiis geruntur negotia cum Rom. Ponti-
„ fice potiſſimùm communicentur. “ Nos Irenæi locum *Adverſus hæreſes Lib. III. Cap.* 3. ad præſentem materiam nequidquam facientem, tum alibi, tum præcipuè *Tom. III. pag.* 47. *ſeqq.* explicavimus. Pone tamen, eum ad præſens thema trahi poſſe: ſufficiet dixiſſe, eundem ad duas priores, non ad poſteriores Relationum ſpecies pertinere.

Grave poſt hæc, imò duplex falſi crimen Auctori noſtro Jeſuita *pag.* 330. impingit. Duxerat Febronius *Tom. I. Cap. III.* §. 7. argumentum à Lege 45. Cod. Theodos. & lege 6. Cod. Juſtin. de SS. Eccleſiis, ad probandum, non omne jus Relationis Rom. Pontifici competens *ex divino jure* promanare. Scilicet Impp. Honorius & Theodoſius, cùm *Illyrici* provincias, ab Occidentis Patriarchatu divulſas, *Romæ novæ*, id eſt, Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ, ſubjeciſſent, dederunt huic *prærogativam* in eaſdem provincias ſimilem illi, quà *Roma ve-*

tus per Occidentem *lætatur*, & qua hæc ante avulſionem in Illyrico gaudebat. Quænam autem eſt hæc prærogativa? Eam expreſſere Auguſti, nempe: Ut, *ſi quid dubietatis conceſſerit, id oporteat non abſque ſcientia viri reverendiſſimi ſacroſanctæ legis Urbis Conſtantinopolitanæ (quæ Romæ veteris prærogativâ lætatur) conventui Sacerdotali ſanctóque judicio reſervari.* Inde Febronius *l. cit.* intulit *a*) hac lege jus Romani Pontificis ad Relationes per indirectum confirmari: *b*) illud, tanquam verum & perfectum jus, ſuâ origine & abſque ſpeciali conceſſione nulli Sedi proprium eſſe.

Hæc nunc confirmabimus auctoritate viri clariſſimi Jacobi Gothofredi in Commentariis ad Codicem Theodoſianum *Tom. VI. Part.* 1. *ad dictam Legem* 45. *p. m.* 101. ubi: „ Ex hoc „ principio, ex hac exæquatione (*Romæ novæ & veteris*) ar„ bitrâ æquitate (ùt locutus Valens *leg. un. de jure Italio Urb.* „ *Conſtant.*) quam & hic Theodoſius Junior inculcat, illud „ diſcere licet, Epiſcopum Romanum in Orbe ſuo (Occidentali „ videlicet) auctoritate ita potiorem liquidò jamtum fuiſſe; „ ut ſi de Canonibus Eccleſiaſticis dubietas in Provincia ali„ qua emergeret, quamlibet res ad Synodum diœceſeos re„ ferretur, & *Judicio* ejus ſancto reſervaretur, attamen non „ abſque Epiſcopi Romani ſcientia judicium factum. Fuit „ hæc ſcilicet prærogativa, hoc privilegium, πρεσβεῖον, ut „ etſi ſtatuendi jus & judicium penes Synodum eſſet; conſilium „ tamen & ſententiam ſuam expromere Epiſcopus Romanus „ rogaretur. Id verò, etſi honorificum maximè, tantum abeſt „ tamen, ut dominandi definiendique jus aſtruat, ut idem „ jus Epiſcopo Conſtantinopolitano in Orbe ſuo (Orientali ſci„ licet) extra diœceſin ſuam Patriarchalem *hac lege* delatum „ videamus. Atque ab eadem mente procul dubio fuit Ca„ non ille Eccleſiaſticus, quo caveri Julius olim Epiſcopus „ Romanus dixerat, *ne abſque conſenſu Romani Pontificis quic„ quam in Eccleſia decernatur*, ùt apud Socratem videre eſt non „ uno loco. *Lib. II. Cap.* 8. *& Lib. II. Cap.* 15. Vel, *ut pro*

„ *irritis habeantur, quæ præter ſententiam Romani Epiſcopi fue-
„ rint geſta*, ut apud Sozomenum *Lib. III. Cap.* 10. exprimi-
„ tur. Denique abſque ſcientia Epiſcopi Romani vel Con-
„ ſtantinopolitani, ſeu παρὰ γνώμην ſignificat, non explora-
„ tâ ſuper eo ejus ſententiâ: nam etſi poterat Synodus decer-
„ nere aliter, quàm quod his Epiſcopis videretur, non tamen
„ potuit, priusquam ſuper eo eorum ſententia eſſet audita.
„ Itaque & Theodoretus *Lib. II. Cap.* 17. id ita explicat, *cu-
„ jus ſententiam exſpectare ante omnium ſententias oportebat.* "
Ex his videtur Cardinalium Congregatio pro interpretatione Concilii Tridentini hanc ſuam anno 1594. formaſſe Declarationem: *Decreta, quæ in Conciliis Provincialibus conduntur, publicari non debent inconſulto Romano Pontifice.* Attamen hanc Declarationem non probat de Marca *Lib. VI. Cap.* 14. *n.* 13.

Interim nemo priſtini Statûs Eccleſiæ gnarus dubitabit, firma hæc eſſe ad evincendum id ad quod occaſione Legis Theodoſianæ Febronius paucis intendit: ſcilicet *Jus* illud *Relationis*, ſic ex antiquitate declaratum, juris eſſe merè humani, ſicut in Oriente; ita in Occidente. Porro ita proſequitur *ſeq. pag.* 102. Gothofredus: „ At enim ex alio fonte (Theodo-
„ ſius) hoc Epiſcopi Conſtantinopolitani privilegium derivat,
„ nempe de *imitatione*, ut loquitur Auſonius, *in Gratiarum
„ actione*, id eſt *generali* exæquatione veteris Romæ & novæ,
„ ùt in ſæcularibus ità in Eccleſiaſticis, tum expreſſis Patrum
„ Conſtantinopolitanorum Canonibus ſuper hac ἰσοτιμία, tum
„ Imperatorum Conſtitutionibus. Quam exæquationem Chal-
„ cedonenſes quoque poſtea confirmarunt. Qua parte neque
„ illud leviter transmittendum eſt, ab *Urbe* ad *Urbem* exem-
„ plum privilegiúmque derivari, *Antiſtitis*, inquit, *URBIS
„ Conſtantinopolitanæ, QUÆ Romæ veteris prærogativâ læta-
„ tur.* Nempe à ſæculari Urbium dignitate Eccleſiarum quo-
„ que auctoritas propagata. "

His

His denique addit *pag.* 103. „ In hac tandem conſtitu-
„ tione egregium exemplum habemus, Principalis auctorita-
„ tis & P teſtatis *in Canonica Diſciplina* tuenda, ſanciendáque.
„ Item habemus rationem, qua paci Eccleſiarum conſulatur.
„ &c. “

Hanc, ſi vis, pro quintâ *Relationum* ſpecie, nunc ùt plurimum oblitteratâ, accipe.

Verùm, inquit Zaccaria, hic de ſolo *Illyrico* per Imperatorem diſponitur, non de univerſo Oriente. Quid inde? Tribuit Theodoſius Conſtantinopolitano Præſuli in Illyricianis provinciis idem *Jus Relationis* reſpectu *Synodalium Conventuum*, quo & ipſe per univerſum Orientem, & Romanus Antiſtes gaudet per Occidentem. Interim (ſic pergit Jeſuita) Theodoſius ipſe, perſpectâ rei veritate edictum ſuum revocavit, & jam nominatas provincias juri Romani Pontificis reſtituit. Non ignoro: lego etenim revocatorium hujus Imperatoris reſcriptum ad Honorium Aug. apud Conſtantium in *Epiſt. RR. PP. col.* 1030. At per hoc neque revocatur, neque mutatur jus, quod binis Epiſcopis *antiquæ* & *novæ Romæ* in certis & agnitis ſuis diſtrictibus hac Lege peræque aſſeritur competere. Atque hæc ſunt bina illa falſa, quibus Adverſarius fidem & nomen noſtri Auctoris minuere improbè nititur.

VI.

Ut nihil prætermittamus eorum, quæ Zaccaria in rem ſuam, adverſùs noſtram ingerit, addimus, eum *pag.* 326. prætendere, quòd Reſponſa, quæ ad Relationes à Pontificibus mittebantur, ab his modeſto quidem vocabulo *Conſulta* appellata ſint, neque tamen illa aut *conſilia* aut *directorium*, ſed ſemper tanquam *mandata* & *imperium* habita fuerint. Generaliorem hanc aſſertionem deinde quodammodo reſtringens, *pag.* 928. ait: licèt leviorum cauſarum relationibus concederemus, ea quæ darent RR. Pontifices reſponſa, fortaſſis non fuiſſe mandata

mandata, ſed conſilia; id ubi graviorum cauſarum relationes ad Apoſtolicam Sedem mitterentur, ſe largiri non poſſe, quin univerſa negligatur antiquitas.

Nos de ſingulis Relationum ſpeciebus, quos hoc Capite recenſuimus, & relativis ad ea Reſponſis, horúmque vi atque auctoritate, noſtram ſententiam non in globo, ſed diſtinctè promemus. *a*) In iis *quæ ad Statum Eccleſiæ pertinent*, provinciis *Occidentis* ea neceſſitas incumbebat, ut in capitibus tam Diſciplinæ quàm Fidei ſuo Capiti conſentire deberent. Itaque Reſponſa ad has materias relativa non ita accipienda ſunt, ac ſi *ſimplicis tantùm conſilii* vicem ſubirent, ſed veluti deciſiones ex Canonibus aut ex Traditione petitæ, ad quarum obſervationem Epiſcopi erant adſtricti. *b*) Idem tenendum de Reſponſis & Decretis pro *Canonum executione*; ſi tamen genuini ſint Canones, de quorum tutela & executione agitur. *c*) Cùm de *Magiſtralibus* Reſponſis, ad Epiſcoporum aliorúmque interrogata datis, quæritur, ipſimet agnoſcunt, & exemplis, quæ *num.* 3. attulimus, comprobant Pontifices, conſilia tantùm & inſtructiones à ſe dari, quæ per ſe non ligant, ultrà quam Canon & Ratio convincunt. *d*) Relationes *graviorum Cauſarum* (ſi tamen illæ ab eis, de quibus num. 1. & 2. actum eſt, nihil participent) & *Appellationes* ad ſummum Pontificem non ſunt pars ſubſtantiæ Primatûs; utrumque variantis diſciplinæ eſt, atque ex uſu determinandum. *e*) Quæ in *Provincialibus & aliis majoribus Conciliis* concludebantur, ea quidem antequam executioni mandarentur, ex Canonum præſcripto & antiqua obſervantia ad Rom. Pontificem referebantur; attamen poterat Synodus aliter ſtatuere quàm Pontifici viſum eſſet; uti paulò antè cum viro clar. Jac. Gothofredo obſervavimus. Ex his prudens Lector ſtatuet, an & quouſque verum ſit, quod Adverſarius *pag.* 328. indoctis narrat, nempe: quæ ex inumeris: quas ſummi Pontifices ad orbis Epiſcopos ſcripſere, conſultationionibus, veluti ex naufragio tabulæ ſuperſunt, eas *ubique legiſlatoris auctoritatem* præſeferre. Nihilominus, quòd, &

qua

qua ratione, plures Epiſtolæ & Reſponſa Pontificum vim legis poſtea obtinuerint, ſcilicet per relationem in Corpus ſeu Collectionem Canonum, & hujus ſive in particulari aliqua ſive etiam in univerſali Eccleſia receptionem, dictum eſt *Tom. III. Febron. pag.* 109. *ſeqq.*

VII.

Themati *de Jure Relationum* Adverſarius *eod. Cap.* 7. *Diſſert. VII.* conjungit illud de *Jure convocandarum Generalium Synodorum*; atque hoc quidem egregiâ calumniâ auſpicatur. Febronius *Cap. VI.* §. 2. *Tom. I.* ex ipſis octo priorum generalium Conciliorum Actis aliisque coævis monumentis demonſtraverat, ea ſolorum Imperatorum auctoritate indicta fuiſſe. Quid Zaccaria? Illas, ait *pag.* 334. quisquillias à Febronio ex Hæreticis compilatas eſſe. Itáne? ſoli Hæretici docent quod ille probandum ſuſcepit? Quotquot mihi modò ſub manibus ſunt felicioris Minervæ Canoniſtæ, Galli præſertim, omnes Febronio aſſentiuntur: J. B. Lavocatus Sorbonæ Doctor & Bibliothecæ Præfectus in *Tractatu de Conciliis an.* 1769. *edito. pag.* 74. *ſeq.* Durandus *Dictionar. Juris Can. Tom. I. pag.* 339. De la Combe *Recueil de la Jurisprudence Canonique & Beneficiale pag.* 141. Greg. Zallwein *Princip. Juris Eccleſiaſt. Tom. I. pag.* 242. & 244. Gibert *Corp. Juris Can. Tom. I. pag.* 77. Inter hos ambo poſteriores iisdem ferè, quibus noſter Auctor, probationibus utuntur. Sed amplior & curatior his omnibus eſt Natalis Alexander in ſua Hiſtoria Eccleſiaſtica, in qua per ſeriem temporum, & pro ſingularum œcumenicarum Synodorum occurrentiam, ſequentes Propoſitiones ſibi ex veritate hiſtorica ſumit propugnandas: ſcilicet a) Tom. IV. pag. 210. *Nicæna Synodus convocata eſt à Conſtantino Imperatore.* b) Tom. IV. pag. 384. *Secunda Synodus œcumenica à Theodoſio M. Imperatore, inconſulto Damaſo Pontifice Romano convocata eſt.* c) Tom. V. pag. 67. *Oecumenicam Synodum* (tertiam) *quam Cyrillus congregari poſtulabat, quam Baſilius & Archimandritæ*

ac Monachi rogabant, *Theodoſius indixit Epheſum.* d) Tom. V. pag. 245. *Marcianus Imperator Synodum quartam œcumenicam Nicæam primùm convocavit*, *deinde Chalcedonem tranſtulit*, *conſentiente S. Leone Rom. Pontifice.* e) Tom. V. pag. 502. *Synodum quintam œcumenicam Juſtinianus Imperator convocavit*, *non repugnante Vigilio Rom. Pontifice.* f) Tom. V. pag. 599. *Conſtantinus Pogonatus Synodum œcumenicam ſextam convocavit*, *re cum Romano Pontifice communicatâ.* g) Tom. V. pag. 746. *Septima Synodus à Conſtantino & Irene Auguſtis convocata eſt*, *Adriano I. Rom. Pontifice conſentiente.* h) Tom. IV. pag. 248. *Adrianus II. Pont. Max. octavam Synodum œcumenicam celebrari juſſit*, *quam convocavit Baſilius Auguſtus.* Ex his Natalis Alexandri Diſſertationibus, non ex Hæreticorum Commentariis, ſua potiſſimùm Febronius hauſit, quanquam non ſerviliter, uti ex amborum collatione ſcriptorum quisque facilè intelliget. Quod ad VIII. Synodum, quàm tanquam à R. Pontifice *convocatam* Jeſuita *pag.* 339. ſpeciali hic mentione dignam credidit, attinet; rogavit ſanè Adrianus Papa à Baſilio Imperatore, ut *per ſuæ pietatis induſtriam* Synodus Conſtantinopoli convocetur, *cui noſtri*, inquit, *quoque Miſſi præſidentes*, *& culparum perſonarúmque differentias liquidò cognoſcentes*, *juxta quod in mandatis acceperunt*, *ſingulorum liberè diſcretiones exerceant;* attamen eam Synodum nullatenus convocavit Papa; hoc ſolus præſtitit Synodúmque direxit Imperator. Vid. Acta hujus Synodi apud Harduinum *Tom. V. col.* 768. 776. 815. 818. 898. 918. *ſeqq.*

Has Synodorum convocationes Imperatores fecere partim motu proprio, partim ad inſtantiam RR. Pontificum, partim aliorum; partim Conſentientibus partim diſſentientibus Pontificibus. Supponere hic cum Adverſario *pag.* 337. duas convocationes, unam politicam, quæ Imperatorum, alteram Eccleſiaſticam, quæ Pontificum eſſet, eſt fingere rem omni Hiſtoriæ primorum novem ſæculorum adverſam. Etenim tunc quoque per Imperatores fiebat convocatio, cùm illud rogarent, vel

vel in illud prævié Pontifices conſentirent, veluti factum in Synodis VI. VII. & VIII. Atque ita penitus concidit, quod Adverſarius *pag.* 336. ingerit, nempe in convocatione primorum Conciliorum jus à facto ſecernendum, & videndum eſſe, an Imperatores ea jure convocaverint. Inani huic ſcrupulo ità reſpondet Lavocatus *cit. Tract. pag.* 63. „ Niſi Principes „ jus convocandorum illorum Conciliorum habuiſſent, profe„ ctò Eccleſia reclamâſſet. Quis enim dicat in tanta Sæculo„ rum ſerie, *ne unum quidem* fuiſſe reclamantem Epiſcopum „ adverſùs tam immanem jurium Epiſcopatûs (Papatûs) uſur„ pationem? Dein *pag.* 75. Conciliorum convocationes à Princi„ pibus factas Eccleſia approbavit, & ſæpiſſimè petiit, & cùm „ hæ convocationes, ad praxin pertinerent, non ad meram „ ſpeculationem, fieri nequaquam poterat, ut Epiſcopi igno„ rarent, an eſſent legitimæ & contra inſtitutionem, nec ne „ &c. "

VIII.

Sed hæc non arrident noſtro Jeſuitæ, qui *pag.* 332. *ſeqq.* hoc jus ad *unum* Summum Pontificem, *ex ſumma ejus in Eccleſiam poteſtate & jure clavium* ſpectare contendit. Liceat viro illi & ſociis ejus in faciem dicere, quòd non juſtam de Conciliis, de poteſtate Romani Pontificis, & reſpectiva ſæcularium Principum auctoritate ſibi ideam forment. Si Galliæ Monarchæ & alteri cuivis Regi liberum licitúmque eſt, quoties ei bonum viſum fuerit, in ſuo Regno aut ſtatu, Synodos ſeu magnas ſeu parvas congregare (de quo jure ejúsque uſu vide latiùs tractantem Petrum de Marca *Lib. VI. à Cap.* 17. *ad* 23.) Quare non licuit Romanis Imperatoribus, quoad integrum ſtetit Imperium, omnes Orientis & Occidentis Epiſcopos in unam eámque univerſalem congregare Synodum?

Cura pacis & tranquillitatis publicæ, quæ à Deo Principibus commiſſa eſt, poſtulat, ut Synodos quandoque congregent.

gregent. Etenim Conciliorum eſt hæreſes eradicare, ſchiſmata profligare, ſcandala & vitia tollere, mores reformare, diſciplinam Eccleſiaſticam inſtituere. Hæc omnia graviſſimi momenti eſſe ad pacem & tranquillitatem Reipublicæ ſervandam, conſtat tum ex tot diſſenſionibus & bellis propter religionem & negotia Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſuſceptis, tum ex innumeris Conciliis ad hæc omnia extinguenda celebratis. Hanc ob cauſam Imperatores, Reges & Principes ſæpiſſimè Concilia indixerunt, eo, ùt dixi, fine, ut turbæ & contentiones in Rep. conſopirentur; relinquentes nihilominus Epiſcopis & Eccleſiæ Paſtoribus liberam et omnimodam facultatem de rebus fidei & morum tractandi ac ſtatuendi.

Hoc ſenſu Theodoſius Junior in Epiſtola ad S. Cyrillum Alexandrinum, de Epheſinæ Synodi indictione verba faciens, loquitur: *De indicta autem ſanctiſſima Synodo noſtra Serenitas ad omnes omnino Deo dilectos Epiſcopos Metropolitanos litteras ſcripſit, quò nimirum hac tandem ratione turbæ, quæ ex multis diſſidiis & concertationibus hinc inde exortæ ſunt, ritè ſecundùm Eccleſiaſticos Canones conſopiantur.* Ita ex veteri verſione: quæ à recentiore apud Harduinum Tom. I. col. 1343. verbis ſolùm, non ſenſu diſcrebat. Idem in ſua ad Valentinianum Epiſtola ſic ait: *Propter hanc igitur cauſam, quia quosdam cognovimus ſanctiſſimas Eccleſias notabili novitate turbare, Synodum decrevimus Epheſi fieri.* Huc quoque ſpectat Epiſtola 69. S. Leonis M. ad Marcianum Imperatorem, qua factæ ab eo convocationi Synodi generalis conſentit his verbis: *Credebamus Clementiam veſtram id deſiderio noſtro poſſe præſtare, ut præſenti neceſſitate reſpectâ, differri ad opportunius tempus ſacerdotalem Synodum juberetis: ut evocatis de cunctis provinciis Sacerdotibus verè poſſet eſſe univerſale Concilium. Sed quia vos amore Catholicæ fidei congregationum nunc fieri voluiſtis, ne devoto viderer obviare arbitrio, fratrem & Coëpiſcopum meum Paſchaſinum, qui vicem præſentiæ meæ poſſit implere, direxi.* Ita & Theodoricus Rex ad Patres Concilii Romæ anno 503. in cauſa Sym-

machi

machi Papæ congregati apud Harduinum Tom. II. col. 973. *voſ*, inquit, *noveritis*, *& Deus*, *quid in ipſa cauſa judicare debeatis*, *pacem modis omnibus Clero*, *Senatui & Romano populo poſt judicium reddituri*: *ne qua turbatio*, *nulla diſcordia in civitate remaneat*. &c.

Errant, qui putant convocationem Conciliorum eſſe rem merè Eccleſiaſticam. Præter id quod jam dixi de Synodorum in pacem & tranquillitatem publicam influxu, illud etiam quod in Synodis Eccleſiaſticum eſt, pro parte ad curam Principum, tanquam fidei & religionis defenſorum, pertinet; quanquam per ſe non influat in judicia Eccleſiaſtica & rerum ſpiritualium adminiſtrationem. Quomodocunque enim Conciliorum convocatio facta fuerit, modò Epiſcopi omnimodâ libertate fruantur, eorum judicium minimè impeditur, econtra bonorum Principum auctoritate ſuſtinetur; & aliunde convocatio Concilii non eſt de illius ſubſtantia. Taceo, quòd Epiſcopi ipſi ab Imperatoribus & Principibus Conciliorum convocationem ſæpiſſime petierint. Liberius Papa multoties ab Imperatore Conſtantio Concilii convocationem efflagitavit, ùt conſtat ex Theodoreti *Hiſt. Eccleſ. Lib. II. Cap.* 16. & ex Epiſtola hujus Pontificis ad Conſtantium apud Conſtant *in Epiſtolis RR. PP. col.* 423. *S.* Leo ſæpiſſime à Theodoſio Concilii indictionem poſtulavit, ùt conſtat ex ejus Epiſtolis. *S.* Chryſoſtomus in Epiſtola ad Innocentium I. *Obſecramus*, inquit, *religioſiſſimum Imperatorem*, *ut Concilium*, *quo facta hæc punirentur* . . . . *cogeret* Conſtant *col.* 779. &c. Quæ adverſùm hæc Bellarminus & Charlaſius objiciunt, eis abunde ſatisfacit Exim. Lavocatus *cit. Tract. pag.* 65. *ſeqq.*

IX.

Febronio, inquit Zaccaria *pag.* 340. ſat eſt *venenatum* illud de Synodis invito Pontifice celebrandis dogma inſpirare, idne jure atque aptè fiat, non curat; deſperet tamen (ſic addit)

dit) ſe fidem impetraturum, dum aliqua in ſacram antiquitatem reverentia ſupererit. Quæ in his enuntiationibus petulantia, quanta iniquitas! Quæſtio & tractatus fuit à noſtro Auctore inſtitutus de prætenſo jure *excluſivo* Rom. Pontificis univerſalia Concilia indicendi. Vid. *Tom. III. Febr. pag.* 119. *ſeqq.* Hoc ille negavit; nullubi autem dixit, quòd *in regula* debeant Imperatores & Reges generale convocare Concilium, prætermiſſâ aut non præviè habitâ deſuper cum Papa relatione & deliberatione. Hoc dixit, hoc probavit Febronius, poſſe illud & debere prioribus caſibus (quos *l. cit.* recenſuit) pro bono Eccleſiæ & Statûs convocari, dum Papa in ejus indictionem irrationabiliter & cum manifeſto detrimento publico, ſive ſpirituali, ſive temporali conſentire & in eo comparere recuſat. Dicat tunc Adverſarius ſuo more & Stylo, congregatam tali ratione Eccleſiam *truncum* futuram, Capite deſtitutam; reſpondebimus ei, ſummum Pontificem eſſe & manere Caput Eccleſiæ, cui membra *regulariter* debeant adhærere, non tamen ſi ſchiſmaticus ſit aut hæreticus, ſi ſit everſor Canonum & Eccleſiaſticæ Diſciplinæ; ſi ſe ex cauſis canonicis ad celebrandum generale concilium obligavit & datam fidem non ſervat &c. Vid. *cit. Tom. III. pag.* 283. & 352.

DISSER-

DISSERTATIO VIII.

De aliis juribus, quæ ſibi RR. Pontifices cum præjudicio Ordinis Epiſcopalis appropriarunt.

Caput I.

De Epiſcoporum Electione, Confirmatione & Conſecratione. Miræ circa eas Zaccariæ ab antiquitate & à SS. Canonibus aberrationes.

I.

Diximus, & niſi multa me fallant, Diſſert. VIII. Cap. 2. probavimus, nullum, quamdiu ſinceris Canonibus ſuus ſtetit vigor, ſummo Pontifici jus fuiſſe conferendi *beneficia* extra fines Romanæ diœceſeos. Nunc oſtendemus, nullum paritet ei jus fuiſſe in collatione *Epiſcopatuum*, poſtquam hi legitimè erecti eſſent. Probabimus hoc adverſùs Zaccariam, Diſſert. VIII. Cap. 1. pag. 358. aſſerentem, *Romanos Pontifices, dum Epiſcoporum electiones ſibi adſcripſerunt, nil demum feciſſe, quàm ut eas ad primæva ſuæ Sedis jura revocarent.*

Quis in primitivâ eâque univerſali Eccleſia fuerit modus ad Epiſcopalum perveniend, & is quidem ex *Apoſtolica traditione* ſervatus, eum ita deſcribit S. Cyprianus Epiſt. LXVIII. ad Clerum & Plebes in Hiſpania conſiſtentes *pag.* 119. „ Propter quod (nimirum ne indignus promoveatur) diligenter de traditione „ divinâ & *Apoſtolica obſervatione* obſervandum eſt & tenen- „ dum,

„ dum, quod *apud nos* quoque, & *ferè per provincias univerſas* tenetur, ut ad Ordinationes ritè celebrandas, ad eam „ plebem, cui Præpoſitus ordinatur, Epiſcopi ejusdem Pro„ vinciæ proximi quique conveniant, & Epiſcopus eligatur, „ *plebe præſente*, quæ ſingulorum vitam *pleniſſimè* novit, & „ unius cujuſque actum de ejus *converſatione* perſpexit. Quod „ & apud vos factum videmus in Sabini Collegæ noſtri Ordi„ natione; ut de *univerſæ Fraternitatis ſuffragio*, & de Epi„ ſcoporum, qui in præſentia convenerant, quique de eo ad „ vos litteras fecerant, judicio, Epiſcopatus ei deferretur, „ & manus ei in locum Baſilidis imponeretur. “ Paulò antè in eadem Epiſtola divus Cyprianus hanc diſciplinam ex antiquo Teſtamento deſcendiſſe probat, citans textum Numerorum *Cap. XX.* ℣. 25. *ſeqq.* Conformiter ad eandem diſciplinam, Cornelium Romæ *Clericorum plebiſque ſuffragio* Epiſcopum ordinatum eſſe teſtatur idem Cyprianus *Epiſt.* 41. & 42.

Scilicet circa tempus ordintioni Epiſcopi conſtitutum, Metropolitanus epiſtolam circularem mittere ſolebat, qua omnes ejus Provinciæ Epiſcopos *ad eam plebem, cui Epiſcopus ordinandus erat*, invitabat, ut ejus ordinationi aſſiſterent. Eorum omnium præſentia deſiderabatur, ſi commodè poterant exſpectari; ſin minùs, conſenſum ſuum per litteras declarabant. Hoc caſu tres Epiſcopi aſſiſtente vel conſentiente Metropolitano, ad peragendum ordinationis officium ſufficere credebantur.

Dixi Provinciæ Epiſcopos *ad eam plebem, cui Epiſcopus ordinandus erat*, fuiſſe invitatos. Etenim tam in Eccleſia Græca quàm Latina per plura ſæcula illibata fuit diſciplina, qua *Plebis* & *Cleri* vota ad electionem Epiſcopi concurrebant; & Novella Juſtiniani CXXIII. Cap. 1. expreſſè vult in electione Epiſcopi unà cum Clero *Primates Civitatis*, cui Epiſcopus ordinandus eſt, intervenire.

Porrò

Porrò plebis ad hunc actum concurſus non erat merè teſtimonialis, ſed vim *veræ Electionis* obtinebat. Hoc probat Binghamus *de Originibus Eccleſiaſt. Lib.* IV. *Cap.* 2. argumentis petitis à quibuſdam vetuſtis regulis ac conſuetudinibus Eccleſiæ: ſcilicet *a*) ex eo, quòd nullus Epiſcopus ulli plebi orthodoxæ invitæ debuerit obtrudi: *b*) ab exemplis eorum, qui contra ipſam animi ſui propenſionem ad ſuffragia plebis ſe conformarunt: *c*) ex ratione ſuffragandi & eligendi quam populus inibat: *d*) ex uſu & officio interventorum: *e*) ex conſuetudine illa, qua populus homines correptos vi Epiſcopo ordinandos exhibuit: *f*) ex appellatione *parentum*, qua nonnulli Epiſcopi ex quodam urbanitatis officio populum ſuum hoc intuitu ſalutarunt: *g*) ex poteſtate, quam populus in deſignatione Presbyterorum habuit. Idem confirmant variæ RR. Pontificum Epiſtolæ. Sic Cœleſtinus Epiſt. IV. Cap. 5. nullum invitis Epiſcopum dari volens, ut *Cleri, plebis & Ordinis CONSENSUS ac deſiderium requiratur*, præcipit. Decernit & S. Leo Epiſt. IX. Cap. 6. *Teneatur ſubſcriptio Clericorum, honoratorum teſtimonium, Ordinis CONSENSUS & PLEBIS: qui præfuturus eſt omnibus ELIGATUR.* Et Epiſt. XII. Cap. 5. *Ille omnibus præponatur, quem Cleri plebiſque CONSENSUS poſtularit* ..... *Tantùm ut nullus invitis & non petentibus detur.*

II.

Vacante quodam Epiſcopatu moris erat, ut Metropolitanus provincialium ſuorum Epiſcoporum cuidam daret negotium ut ad vacantem Eccleſiam ſe conferret, Clerique ac populi animos ad concordiam in novi Epiſcopi electione præpararet. Hujus Commiſſarii, ſeu ùt vocabatur *Viſitatoris*, & qualiter ille in ſuo ſe officio gerere debeat, meminit Decretum Symmachi Papæ ad Cæſarium Arelatenſem Cap. VI. apud Harduinum *Tom. II. col.* 958. ubi *Decretum*, inquit, *ſine Viſitatoris præſentia nemo conficiat, cujus teſtimonio Clericorum ac Civium poſſit unanimitas declarari.* Ejuſdem & frequens mentio

tio occurrit in Epiſtolis S. Gregorii M. ſignanter *Epiſt.* 13. *Lib. XIII.* in qua Barbaeo Epiſcopo Beneventano & Viſitatori Eccleſiæ Panormitanæ ita præcipit: *Dilectio tua ad prædictam Eccleſiam properabit, & aſſiduis adhortationibus Clerum plebémque ejusmodi Eccleſiæ admonère feſtinet; ut remoto ſtudio uno eodémque conſenſu talem ſibi præficiendum expetant Sacerdotem, qui & tanto miniſterio dignus valeat reperiri, & à venerandis Canonibus nullatenus reſpuatur. Qui dum fuerit poſtulatus, cum ſolemnitate Decreti omnium ſubſcriptionibus roborati, & Dilectionis tuæ teſtimonio litterarum ad nos ſacrandus occurrat.* Ne quem fortè fallat quod de Ordinatione eligendi Epiſcopi Panormitani per Romanum Pontificem faciendâ hic legitur; notandum eſt, tempore Gregorii M. nullum Metropolitam in Sicilia fuiſſe. Vid. Tom. II. Opp. S. Gregorii M. *edit. Benedict. col.* 486. *b.* 487. *d.* 467. *f.* 898. *f.*

Rationem hujus diſciplinæ circa Epiſcoporum electiones diſcimus ex citata S. Cypriani Epiſtola 68. nempe, *ut plebe, præſente vel detegantur malorum crimina, vel bonorum merita prædicentur.* Aliam rationem dat Cœleſtinus I. Epiſt. 2. Cap. 5. apud Gratianum Diſt. LXI. Can. 13. ubi: *Nullis invitis detur Epiſcopus: Cleri, Plebis & Ordinis conſenſus & deſiderium requiratur.* Dum verò his rationibus permota Eccleſia, plebem ac Clerum totum in ſui Paſtoris electione intervenire atque audiri juſſit, præcipuas tamen in hoc momentoſo negotio partes eſſe voluit Metropolitani ac Comprovincialium Epiſcoporum. Hinc Synodus Nicæna Can. IV. ſtatuit: *Epiſcopum convenit ab omnibus, qui ſunt in Provincia, conſtitui. Si autem ſit hoc difficile, vel propter urgentem neceſſitatem, vel viæ longitudinem; tres omnino eundem in locum congregatos, abſentibus quoque ſuffragium ferentibus, ſcriptíque aſſentientibus, tunc electionem fieri.* Canonem hunc non tantùm de *Conſecratione*, ſed etiam de *Electione* loqui oſtendunt Chriſtianus Lupus in Scholio ad eundem Canonem *Opp. Tom. I. pag.* 240. *edit. Venet.* Van Eſpen *Comment. in Canones pag.* 89. *edit. Colon. an.* 1755. Hæc Cano-

Canonis explanatio conformis eſt temporis illius diſciplinæ, juxta quam Electio & Ordinatio Epiſcoporum ſimultaneè peragi ſolebant.

Facillimum mihi foret monſtrare, quòd hæc per Clerum & populum Epiſcopos eligendi ratio etiam poſt Concilium Nicænum uſque in ſæculu XI. duraverit, tanquam ſacris Canonibus conformis. Carolus M. & Ludovicus Pius in ſuis Capitularibus, quæ *Diſt. LXIII. Can.* 34. repetuntur, circa has electiones ſic ſanxere: „ Sacrorum Canonum non ignari, ut „ in Dei nomine ſancta Eccleſia ſuo liberiùs potiretur hono„ re, aſſenſum Ordini Eccleſiaſtico præbuimus, ut ſcilicet „ Epiſcopi *per electionem Cleri & populi SECUNDUM STA„ TUTA CANONUM* de propria diœceſi, remotâ perſona„ rum & munerum acceptione, ob vitæ meritum & ſapientiæ „ donum, eligantur. " Qualiter poſt hæc Sæculo XII. jus Electionis ad Capitula Cathedralia tranſire cœperit; ſequenti autem ſæculo penes ea totum fuerit, excluſis etiam Suffraganeis; denique per Reſervationes Apoſtolicas (attamen non ubique receptas) Capitulis quoque adimi voluerit, tradunt Barboſa *Lib. I. Juris Eccleſ. Cap.* 8. Van Eſpen *J. E. U. Part. I. Tit.* 13. *Cap.* 2.

III.

Ex his jam intelligitur, quàm verè, aut potiùs quàm falſè ſtatuerit Zaccaria, RR. Pontifices; dum Epiſcoporum electiones ſibi adſcripſerunt, *nihil demum feciſſe, quàm ut eas ad primæva ſuæ Sedis jura revocarent.* Apparebit illud ampliùs ex ſolutione inanium fundamentorum, quibus ſpurium adverſarii ſyſtema innititur.

Primò ait, univerſam electionum normam, qualis *ſaltem in Occidente* ſervata eſt, ad Romanorum Pontificum leges prorſus exactam fuiſſe. Hunc in finem *pag.* 353. ſummatim recen-

ſet Epiſtolas decretales *SIRICII* ad *Himerium*, & ad *Orthodoxos; INNOCENTII*. I. ad *Victricium*, ad & Synodum *Toletanam; ZOSIMI* ad *Patroclum*, itémque ad *Clerum*, *Ordinem*, *Plebémque Maſſilienſem*; *COELESTINI* ad Epiſcopos per *Viennenſem* & *Narbonenſem Provincias*; *S. Leonis* ad *Anaſtaſium Theſſalonicenſem*, *SYMMACHI* ad *Cæſarium Arelatenſem*; *S. GREGORII. M. Lib. II. Epiſt.* 19. *vet. edit.* Nudas tot Pontificiarum Epiſtolarum indicationes Jeſuita ſic in chartam projicit, confidens futurum, ut nemo operam in ſe ſuſcipiat ad eas perluſtrandum, & examinandum, an revera *novas leges* ſtatuant, an tantùm *anteriorum Canonum* & probatæ per Eccleſias Diſciplinæ obſervantiam inculcent atque mandent. Nos hac in parte Adverſarii vel oſcitantiam ſublevabimus, vel malitiam denudabimus.

Epiſtola *SIRICII* ad Himerium, nec non ambæ *ZOSIMI* Epiſtolæ una ad Patroclum, altera ad Clerum, Ordinem plebémque Maſſilienſem, aliud, quod ad rem præſentem faciat, non continent, quàm quod diu antè univerſali ſanctóque uſu in Eccleſia ſervatum fuit, ut nemo *per ſaltum* ad Epiſcopatum promoveatur. Add. *Tom. III. Febr. pag.* 96. *ſeq.* item *pag.* 104. Idem *SIRICIUS* in Epiſtola ad Orthodoxos mandat, ut nullus *indignus* efficiatur Epiſcopus. Qua autem ratione id mandat? Accipe: „ Perlatum eſt ad conſcientiam Apoſtolicæ Se„ dis, *contra Eccleſiaſticum Canonem* præſumi, & *quæ ita ſunt* „ *à Majoribus ordinata*, ut ne vel levi ſuſurro debeant viola„ ri, proprias quasdam obſervationes inducere, & præter„ miſſo fundamento ſuper arenam velle conſtruere &c. “ *INNOCENTII I.* Epiſtola ad Victricium circa Electiones Epiſcoporum ſic ſtatuit *Cap.* 1. „ Ut extra conſcientiam Metropo„ litani Epiſcopi nullus audeat ordinare (Epiſcopum) integrum „ enim eſt judicium, quod plurimorum ſententiis confirma„ tur: nec unus Epiſcopus ordinare præſumat, ne furtivum „ beneficium præſtitum videatur. Hoc enim & *in Synodo* „ *Nicæna* conſtitutum eſt atque definitum. “ Ex his elucent duo:

duo: primùm, quòd Innocentius nihil ſtatuat novi; alterum, quod illibata maneat generalis Concilii Nicæni conſtitutio, vigore cujus novi Epiſcopi electio non pertinet ad Papam, ſed ad Clerum & populum cum Metropolitano & Epiſcopis provincialibus. Conf. *Tom. III. Febr. pag.* 103. Ejuſdem *INNOCENTII I.* verba in Epiſtola ad Toletanam Synodum *Cap. IV.* circa Epiſcoporum electiones hæc ſunt: „ De Ordinationibus, quas pravæ conſuetudinis vitio Hiſpanienſes Epiſcopos „ celebrare cognoſcimus, fuerat aliquid *ſecundùm Majorum* „ *traditionem* ſtatuendum, niſi perpenderemus, ne perturbationes quàm plurimas Eccleſiis moveremus . . . . „ Sed ne deinceps ſimilia committantur, dilectionis veſtræ „ maturitas providere debebit, ut tantæ uſurpationi ſaltem „ nunc finis neceſſarius imponatur: eo videlicet conſtituto, „ ut ſi qui poſt hæc *adverſus formas Canonum* vel ad Eccleſiaſticum Ordinem, vel ad ipſum Sacerdotium venire tentaverit, unà cum creatoribus ſuis ipſo, in quo inventi fuerint, „ ordine & honore priventur. " Vide, nova ſint an vetera, quæ non fundantur niſi in Traditione Majorum & formis Canonum!

In Epiſtola ad Epiſcopos per Viennenſem & Narbonenſem Provincias *COELESTINUS* Papa ſequentia conſtituit: *a*) per gradus Eccleſiaſticos ad Epiſcopatûs officium perveniendum eſſe; qui fecùs faxit, *contra Patrum decreta* uſurpat. *b*) Unamquamque Provinciam *juxta decreta Canonum* ſuo Metropolitano contentam eſſe debere. *c*) Nullum invitis dandum eſſe Epiſcopum; *Cleri, plebis & Ordinis conſenſum* ac deſiderium requiri. Omnia hæc & ſingula adverſario obſunt magis quàm proſunt. De *S. LEONIS* Epiſtola ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem egimus *Diſſert. VI. Cap.* 1. *n.* 6. *SYMMACHI* Decretum ad Cæſarium Arelatenſem, agens de Viſitatore à Metropolitano pro præparanda electione ad viduatam Eccleſiam mittendo, ponderavimus num. præced. Eò quoque pertinet *GREGORII M.* Epiſtola *olim* 19, *modò* 25, *Lib. II.* Utraque electionis libertati

favet, volens, ut ea fiat *per Clerum & populum*. Porro Gregorius in dicta Epiſtola Viſitatorem dabat, *qua Archiepiſcopus* Eccleſiæ *Cumanæ*, in Campania ſitæ, Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjectæ. Erat autem illa de mittendis Viſitatoribus diſciplina tam vetuſti moris & univerſalis uſûs, ut ejuſdem ignoretur origo. Tantum itaque abeſt, ut hæ Epiſtolæ libertati electionis in aliquo officiant, ut ex contrario illam tueantur, atque ab ea Romanum Pontificem penitùs excludant. De cætero quiquid in his ad privatos ſcripſerunt Pontifices, id fecere in tutelam Canonum & pro eorum obſervatione, quà illorum Tutores & Vindices, imò & quà Magiſtri. Quod *pag.* 353. Jeſuita addit, nempe controverſias, ſi quæ circa electionem oriebantur, ad Pontificem pro deciſione mittendas fuiſſe, id omnino falſum eſt, & ſacris Canonibus, præſertim Antiochenis & Sardicenſibus, adverſum; ad cognitionem & deciſionem Provincialis Synodi ea pertinuerunt.

IV.

Dixerat Febronius, S. *Gregium M.* frequenter in ſuis Epiſtolis monuiſſe, ut vacantibus Eccleſiis per Canonicas Cleri populique electionis citra morem provideretur, ipſum verò ſuâ auctoritate ad Epiſcopatus non nominâſſe. Quid ad hæc Zaccaria? Febronium *modeſtiſſimi* Pontificis *manſuetudine* ſic abuti *pag.* 354. Sic hoc non eſt nugari, neſcio, quid ſit. Itáne Sanctus Pontifex ſuæ Sedis jura ex *manſuetudine* ſeu *modeſtiâ* communiter neglexit, imò abjecit? Videamus quid dicat ipſe *Lib. III. Epiſtolâ* 29., quæ eſt ad Presbyteros & Clerum Mediolanenſem. „ Quia antiquæ meæ, inquit, deliberationis intentio „ eſt, ad ſuſcipienda paſtoralis curæ onera, pro nullius um„ quam miſceri perſona, orationibus proſequor electionem ve„ ſtram, ut omnipotens Deus, qui futurorum actuum noſtro„ rum ſemper eſt præſcius, talem vobis Paſtorem præbeat, in „ cujus lingua & moribus exhortationi divinæ paſcua va„ leatis invenire . . . . . Sed quia juxta meritum plebium ſo-

lent

„ lent ſuperno judicio perſonæ provideri Paſtorum, vos ſpiri-
„ tualia quærite, cœleſtia amate, temporalia & fugitiva
„ deſpicite: & certiſſimum tenete, quia placentem Deo Pa-
„ ſtorem habebitis, ſi vos in veſtris actibus Deo placetis . . .
„ . . Latorem verò præſentium Joannem Subdiaconum no-
„ ſtrum ad hoc, Deo favente, transmiſimus, ut electum ve-
„ ſtrum ſua imminentia cum Dei omnipotentis ſolatio ſecun-
„ dùm morem deceſſoris ejus faciat Epiſcopum conſecrari.
„ *Nam ſicut ab aliis noſtra exigimus, ita ſingulis ſua jura ſerva-*
„ *mus.* " Hanc Epiſtolam *totam auream* vocat Guſſanvillæus in ſubjecta Nota, & revera talis eſt, quippe quæ ab aliis quàm à proprio Clero & populo ſuis dari Epiſcopos Eccleſiis nolens, *ſua* ſingulis *jura* ſervat: *jura* inquam, non *manſuetas* ſeu *negligentes tolerantias.* Quam alienum fuerit Gregorii pectus, conſtánsque ratio & voluntas, ut ne ſe unquam ipſe electionibus Epiſcoporum interponeret, non eas in ſuum torqueret uſum, non ex qualicunque parte ſibi vindicaret, non antiquius denique aut dulcius haberet quidquam quam Eccleſiarum ſingularum jura & libertates tueri, latiùs exponit & probat Thomaſſinus *Part. II. Lib.* 2. *Cap.* 10. *n.* 4. 5.

Alexander III. erectâ tunc primùm Eccleſiâ Alexandrinâ Ciſalpinâ in Cathedralem, ipſe primum ei Epiſcopum dedit: quia tamen ſenſit, ſe id contra Canones feciſſe, factum excuſat, & remedio occurrit hoc pacto apud Ughellium in *Italia Sacra Tom. IV. pag.* 314. Epiſtolâ Clericis Alexandrinis ſcriptâ Anganiæ III. kal. Febr. 1175. tali tenore. „ De *novitate &*
„ *neceſſitate* proceſſit, quòd præſene Nuntio Mediolanenſis Ec-
„ cleſiæ nullâ præcedente electione, auctoritate noſtrâ, vobis
„ & Eccleſiæ veſtræ electum prævidimus; & ideo ne poſſit
„ ex hoc vobis vel ſucceſſoribus veſtris præjudicium fieri, au-
„ toritate vobis Apoſtolicâ duximus providendum. Eapropter
„ ter dilecti in Domino filii, præſenti ſcripto ſtatuimus, *ut*
„ *ex hoc vobis non præjudicetur impoſterum*, quò minùs, obeun-
„ te electo qui nunc eſt, & ſuorum quolibet ſucceſorum, vos

„ &

„ & ſucceſſores veſtri de Epiſcopis veſtris electionem liberam „ habeatis; ſicut Canonici Eccleſiarum Cathedralium, quæ „ Mediolanenſi Eccleſiæ ſubjacent, habere noſcuntur.“ Jam incipiebat populus ab electionibus excludi.

Quid quòd pleni ſunt libri Decretalium Decretis in quibus electio tota Epiſcoporum ad Clerum Eccleſiarum ſpectare agnoſcitur. Sanè Innocentius III. cujus in iisdem Libris primaria laus eſt & authoritas, in ſuis Epiſtolis ſæpiſſime inculcat, ut electiones fiant juxta ſtatuta Canonum & antiquam conſuetudinem à Clero & Capitulis Eccleſiarum; imò ne populum quidem adhuc ab eis penitus excluſit. Vid. Innocentii III. *Lib. I. Epiſt.* 157. 194. *Lib. II. Epiſt. l.* 76. 79. 89. 97. 122. 134. *Lib. III. Epiſt.* 35. 43. 49. 110. 202. 204. *Lib. IV. Epiſt.* 4. 51. 91. & 155. *edit. Toloſanæ an.* 1634.

V.

Hactenus de primæva & legali via ad Epiſcopatum perveniendi, nihil favente Romanis proviſionibus, ſi de his univerſim quæſtio proponitur. Duravit hæc eligendi ratio usque ad Sæculum XII quando cœpere paulatim laici ab electionibus repelli; qui & deinde ab illis penitùs excluſi ſunt. Sequente Sæculo XIII. cœpere ſola Capitula Cathedralia, remoto reliquo Clero diœceſano, frui jure eligendi novi Epiſcopi: *Secundùm ſtatuta canonica electiones Epiſcoporum ad Cathedralium Eccleſiarum Clericos regulariter pertinere noſcuntur, niſi alicubi ſecùs obtineat de ſpeciali conſuetudine*, inquit Innocentius III. in Cap. 3. X. de Cauſa poſſeſſ. & propriet, Attamen hucusque nihil de jure aut poſſeſſione ſummi Pontificis in Epiſcóporum electionibus.

At paulò poſt ſcena mutata eſt. Primus *Clemens* Papa V. in Extravagante *Etſi in temporalium.* 3. de Præbendis inter Communes, cœpit ſuæ diſpoſitioni reſervare eas ſolùm Cathedrales

drales Eccleſias, quas *apud Romanam* Curiam vacare contigiſſet. Idem Pontifex in Clementina *In pleriſque* 5. de Elect. earum quoque Eccleſiarum proviſionem, quæ vulgò *in partibus* dictæ, Clero & populo Chriſtiano carerent, Romani Pontificis diſpoſitioni reſervavit. *Joannes* XXII. in Extravagante *Ex debito*. 4. de Elect. inter Communes, proviſioni ſuæ reſervavit, Epiſcopales & iis ſuperiores Sedes, quæ illo vivente *apud Sedem* vacarent. *Benedictus* XII. in Extravante *Ad regimen* 13. de Præb. inter Communes, diſpoſitioni Sedis Apoſtolicæ reſervavit omnes Patriarchales, Archiepiſcopales & Epiſcopales Eccleſias, tunc *aqud Sedem Apoſtolicam* vacantes, & impoſterum vacanturas. Denique per ſequentes RR. Pontifices reſervatio facta fuit ſimpliciter & generaliter in toto Chriſtiano orbe omnium Eccleſiarum Epiſcopalium, & earum, quæ his ſuperiores ſunt, ubicunque vacaverint, etiam *extra Curiam*; idque vigore ſecundæ ex Regulis Cancellariæ. Per has reſervationes jus eligendi Capitulorum Cathedralium ad nihilum redactum eſſe, poſt alios Canoniſtas obſervavit Fagnanus ad ad Cap. *Nullus*, 1. de Elect. n. 7. & 10. Hanc diſciplinæ juriúmque mutationem minùs mirabitur quisquis animadvertit, quòd Clemens V. circa cujus tempus hæ reſervationes invaluerunt, in *Clementina I. Ut lite pendente &c.* anno 1312. publicari fecerit Conſtitutionem, quam exeepit increbreſcens Canoniſtarum doctrina, in qua ſub generali clauſula ſtatuitur, *ad Romanum, Pontificem Eccleſiarum, perſonatuum, dignitatum, aliorúmque beneficiorum Eccleſiaſticorum plenam & liberam diſpoſitionem ex ſuæ poteſtatis plenitudine pertinere.* Cui aliam ſimilem Clemens III. in *Cap. Licet.* 2. *de Præb. in* 6. circa annum 1190. præmiſerat. Verùm illud nulli, ſacrorum Canonum & priſtini ſtatûs Eccleſiarum prudenti, perſuadebitur, per generales has reſervationes, & olim incognitas Pontificiæ poteſtàtis aſſertiones, antiquæ diſciplinæ & primordialibus Eccleſiarum juribus atque libertatibus vim non fuiſſe factam: Et hoc eſt, de quo inter nos & Adverſarium noſtrum contendebatur; quódque ampliùs comprobarunt ſubſecutæ Nationum commo-

 tiones

tiones adverſùm has novitates graviáque præjudicia. Etenim amplæ hæ reſervationes non facilè ubique receptæ fuerunt, aut probatæ ac ſtabilitæ remanſerunt, renitentibus & conquerentibus tum Epiſcopis, Capitalis, Patronis Germaniæ, & Galliæ, quibus jus conferendi, eligendi & præſentandi per easdem adimebatur; tum etiam Imperatoribus, Regibus & Principibus, vaſallorum atque ſubditorum ſuorum jura tuentibus. Hinc primùm quidem in *Conſtantienſi* Concilio inſtanter petitum fuit, ut jus electionis, per reſervationes quodammodo extinctum, reſtitueretur iis, quibus de jure communi competit; quod denique per Concilium *Baſileenſe*, per *Concordata* in Germania, per *Sanctionem Pragmaticam* in Gallia &c. effectum eſt. Non ſunt indigna, quæ hìc legantur verba, quibus clar. Barthelius Caput primum Diſſertationis I. de Concordatis Germaniæ claudit: „ Splendeſcit modo canonica „ ſacrarum electionum in Germania libertas, primordiis Ec- „ cleſiæ coæva, per tot ſæculorum decurſum continuata, de- „ cretis Conciliorum munita, conſtitutionibus ſummorum „ Pontificum confirmata, Imperatorum privilegiis ornata, „ inter tot diſcrimina immenſis prope laboribus vindicata, „ tandémque amænæ luci reſtituta. "

VI.

Poſt hæc aſylum, ſeu veriùs prætextum, Pontificiarum reſervationum quærit Zaccaria *pag.* 359. 361. *&* 375. in abuſu Epiſcopalium electionum, cui Papa, quà Cuſt s & Vindex Canonum, hoc medio obviare voluerit & debuerit. Equidem ex conſtituto Concilii Laodicenſis relato in Decreto Gratiani Diſt. LXIII. Can. 6. *Non eſt permittendum turbis, electionem eorum facere, qui ſunt ad Sacerdotium promovendi.* Hoc eſt, non eſſe permittendum, ut plebs abſolutè ſemper ſuam voluntatem expleat circa perſonas eligendas: ubi videlicet adverſùm Canones perſonas etiam inhabiles vellet ad Sacerdotium promoveri; neque enim ſolus populus eligit, ſed Cle-

rus

rus cum eo; & demum in judicio Metropolitani & Epiſcoporum Comprovincialium eſt, ut ipſi electum probent, ſi in ſermone, in fide & in vita ſpirituali edoctus eſt. Sic hunc Canonem, & rectè, explicant viri eruditi. Sed ánne propter talem populi errorem, de quo ille in hoc Capitulo incuſatur, & pures alios (non enim diffiteor, ex plebis levitate Electiones haud rarò fuiſſe turbatas, & in Eccleſia adverſùs illas interdum eſſe reclamatum) ſuo jure voti vel qualiſcunque demum interventionis in Electione privandus eſt? minimè gentium: ſanius & juſtius eſt judicium Cœleſtini Papæ in Can. 2. Diſt. LXII. nempe: *Docendus eſt populus, non ſequendus, noſque ſi neſciunt, eos, quid liceat, commonere, non his conſenſum præbere debemus.* Sicut in ſacris Ordinationibus conſiſtit tota poteſtas miſſiva Sacerdotum; ita in Conſecratione ſeu miſſione tota conſiſtit Epiſcoporum inſtitutio. Ab his ergo Ordinatoribus docenda plebs eſt, non ſequenda, uti monet Cœleſtinus: & conandum his eſt, ut pro idonei viri legitima Ordinatione conſenſum plebis habeant, ſaltem tacitum, ſi non expreſſum, ut quantum fieri poteſt, Paſtor invitæ non obtrudatur.

Sicuti huic, ita & aliis caſibus, qui his in electionibus evenire poſſunt, Canones providerunt. Contradictiones, ſi quæ in electionibus oriantur, eas ab ipſis Epiſcopis ordinatoribus certo modo examinandas & terminandas ſtatuit Concilium Carthaginenſe III. Diſt. XXIII. Can. 5. ubi: *illud*, inquit, *ſtatuendum eſt, ut quando ad eligendum Epiſcopum convenerimus: ſi qua contradictio fuerit oborta (quia ſæpe talia facta ſunt apud nos) non præſumant ad purgandum eum, qui ordinandus eſt, tres tantùm. Sed in eadem plebe, cui ordinandus eſt, diſcutiantur primò perſonæ contradicentium: poſtremò illa etiam quæ objiciuntur, pertractentur, & cùm purgatus fuerit, ſub conſpectu publico, ita demum ordinetur.* Hæc, ſi adverſùs electum crimen aut aliquis defectus objiciatur. Quòd ſi vota eligentium in partes eſſent diviſæ, & quæreretur, quis præ-

 ferendus

Digitized by Google

ferendus ſit, de eo caſu ita diſponit Cap. fin. Diſt. LXIII. qui eſt Leonis Magni: *Si fortè (quod nec reprehenſibile nec irreligioſum judicamus) vota eligentium in duas ſe dividerent partes, Metropolitani judicio is alteri præferatur, qui majoribus & ſtudiis juvatur & meritis: tantùm ut nullus invitis, & non petentibus ordinetur, ne civitas Epiſcopum non optatum aut contemnat, aut oderit.* Hæc omnia ſic ritè in Eccleſia ordinata ſunt in conformitatem & ſequelam Canonis VI. Concilii Nicæni, cujus hic tenor eſt: *Illud autem generaliter clarum eſt, quòd ſi quis præter ſententiam Metropolitani fuerit factus Epiſcopus, hunc Magna Synodus definivit Epiſcopum eſſe non oportere. Sin autem communi cunctorum decreto rationabili, & ſecundùm Eccleſiaſticam regulam comprobato, duo aut tres propter contentiones proprias contradicant, obtineat ſententia plurimorum.*

Sic ab Epiſcopis Provinciæ electio diſcutitur, & pro re nata habetur rata vel ſecùs. Attamen Metropolitani ſpecialius jus & officium eſt, electi perſonam propiùs noviſſe, & ex cauſa legitimæ approbare vel reprobare; ita ut ad ipſum propriè ſpectet electi confirmatio. Habet enim & præceptum Pauli (*Nemini citò manus impoſueris*) & divinum naturale, ne inhabilibus, ne indignis divina myſteria & miniſteria, ac lupis paſcua committat. Quare ſi talis vel notoriè vel juridicè convictus ei offeratur conſecrandus, debet ab impoſitione manuum ſuper talem omnino abſtinere, & electores monere ut alium eligant; ubi autem Princeps jus deſignationis exercet, ſuppliciter rogare, ut alium eúmque dignum proponat. Ita S. Leo *Epiſt. IV. ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem Cap.* 3. 4.

Saluberrimis his Conſtitutionibus legalitati & firmitati electionum ſat noſcitur eſſe proviſum; unde facilè intelligitur, allegatas ex adverſo reſervationum cauſas vanos reputari debere prætextus. Sed nec ipſi quidem Pontifices, cùm easdem reſervationes inducerent, electionum abuſus obtenderunt. In Extravagante 3. de Præb. Clemens Papa aliam, quàm hanc, ratio-

rationem non allgat: *ut juxta perſonarum conditiones & ſtatus, ad divini nominis laudem, & ipſarum utilitatem provideatur ex merito Eccleſiaſticis perſonis.* Joannes XXII. in Extrav. 4. de Elect. eâdem occaſione adfert ſequentia: *ut periculis animarum, & Eccleſiarum diſpendiis, quæ ob ipſarum vacationes diutinas ipſis ſolent frequentiùs provenire, congruis remediis occurratur, & ut Romanæ Eccleſiæ, quæ ſuper ipſas Eccleſias ex divina proviſione obtinere dignoſcitur principatum, honor debitus impendatur.* Denique Benedictus XII. in Extavagante *Ad regimen.* de Præb. *ut ad regimina*, ait, *quarumlibet Eccleſiarum & Monaſteroirum viri aſſumantur idonei, qui præſint & proſint committendis eis Eccleſiis, & ſuadentibus aliis rationabilibus cauſis:* cauſis, inquit, quas ſilet. Si Electionum inordinationes potuiſſent dare anſam & jus Romanis Pontificibus Eccleſias nativâ ſua eligendi libertate exuendi, & illud effectivè dediſſent; hanc profectò cauſam illi in ſuis Epiſtolis decretalibus non ſiluiſſent. Vera & genuina cauſa harum reſervationum ſeriùs excogitatarum fuit ſpiritus & ingenium Iſidorianarum Decretalium, expreſſum ab harum promotore Nicolao PP. I. in *Cap.* 1. *Diſt. XXII.*

Hactenus de via & modo canonico *originario* perveniendi ad Epiſcopatum. Ideo autem, materiam ſuppeditante Zaccariâ, in re aliunde certa & nota pluribus verſandum fuit, ut omnibus innoteſcat, quàm nova, quàm illegitima fuerit illa Romanæ Cancellariæ Regula (veram eâ de re *Legem* non habemus) quæ Eccleſiis ſuorum Præſulum electionem adimit, ut Papam etiam hoc titulo talem univerſalis Eccleſiæ Monarcham ſtatuat, qualis in regno eſt ſupremus Princeps, qui primarios in eo Officiales ipſe conſtituit. Non diſputabo Rom. Pontifici hujus juris poſſeſſionem, quam hactenus in Italia & alibi ſervavit; hoc volo, illud qualecunque eſt, non à *Deo*, ſed àb *hominibus* proficiſci: Et hoc eſt quod fuit probandum.

VII.

Cum *Electionibus* Epiſcoporum magnam habebant earundem *Confirmationes* affinitatem; quippe quæ primis Sæculis conjungi & ferè eodem tempore fieri ſolebant à Metropolitano & Epiſcopis Provinciæ. Canone IV. Nicæno ſic decernitur: *Epiſcopum oportet maximè quidem AB OMNIBUS, qui ſunt in Provincia CONSTITUI; Si autem ſit hoc difficile, vel propter cogentem neceſſitatem, vel viæ longitudinem, tres omnino eundem in locum congregatos, ABSENTIBUSQUOQUESUFFRAGIUM FERENTIBUS, ſcriptisque aſſentientibus, tunc electionem fieri, eorum autem quæ fiunt, CONFIRMATIONEM in unaquaque Provincia à METROPOLITANO fieri.* Hoc Canone non de ſola Ordinatione ſive Conſecratione agi, ſat innuit ipſe conſenſus abſentium in ſcriptis requiſitus, qui ad *Confirmationem* ſive approbationem electionis aliquid conferre poteſt, ad ipſam *formalem Ordinationem* ſive *Conſecrationem* non poteſt. Unde & Canone XII. Synodi Laodicenæ an. circiter 372. edicitur, ut *Epiſcopi Metropolitanorum & eorum qui circumcirca ſunt Epiſcoporum, PROVEHANTUR ad Eccleſiaſticam Dignitatem; ii videlicet, qui plurimo tempore probantur tam verbo fidei, quàm rectæ converſationis exemplo.* Tam hoc Canone Laodiceno, quam præcedente Nicæno, non de *Conſecratione*, ſed de *approbatione* & *Confirmatione* electionis agi, rectè tradit Van Eſpen *J. E. U. Part. I. Tit.* 14. *Cap.* 1. *n.* 2.

Ex his apparet, quàm frivolè Adverſarius *pag.* 391. duplicem *in antiquis* conſtituendam putaverit eligendorum Epiſcoporum *formam*: primam, qua à ſolis Provinciæ Epiſcopis in Synodum coactis Epiſcopi deligebantur; tum enim, ait, cùm iidem eſſent Epiſcopi, qui Epiſcopum eligebant & conſecrabant, à Conſecratione Confirmatio minimè ſeparabatur. Aliter, inquit, conſtitutæ ſunt res, quo tempore à Provinciæ Synodo ad Clerum populúmque fuit electio translata; tunc enim, dicit, ad Metropolitanum deferenda fuiſſe Cleri ſuffragia

gia populique poſtulationes, ut ejus auctoritate Ordinatio perageretur.

Fabulam novam Jeſuita inventat, ut antiquas ſuas contegat. Non fuit translata Epiſcoporum electio ab Epiſcopis Provinciæ ad Clerum & populum. Diu ante Synodos Nicænam & Laodicenam S. Cyprianus, qui anno 258. ſanguinem pro Chriſto fudit, teſtatus eſt, *per univerſas ferè Provincias* Epiſcopos à Clero & populo eligi, ùt vidimus ſuprà *num.* 1. Et hæc diſciplina per plura, ùt diximus, ſæcula perduravit ſine alteratione.

Concilium Arelatenſe II. circiter annum Chriſti 452. celebratum circa Epiſcoporum *Confirmationem*, & præcipuum in ea jus *Metropolitani* ità ſtatuit: „ Epiſcopum ſine Metro„ politano, vel tribus comprovincialibus Epiſcopis, non liceat „ ordinare: ita ut alii comprovinciales epiſtolis admoneantur, „ ut ſe ſuo reſponſo conſenſiſſe ſignificent. Quòd ſi inter par„ tes aliqua nata fuerit dubitatio, maiori numero *Metropoli*„ *tanus* in electione conſentiat. " Quod ſuprà de Canone IV. Nicæno monuimus, illud & hic repetimus, ſcilicet in utroque de *Confirmatione* agi, illùdque ſatis probari per hoc, quod de abſentis *Metropolitani epiſtolâ* memoratur.

Quoniam autem inter Epiſcopos comprovinciales primus & præſes eſſet *Metropolitanus*; neque ſemper omnibus commodum eſſet ad ſingulas Epiſcoporum aſſumptiones convenire, ſenſim ex quodam ſaltem tacito Eccleſiæ conſenſu ad Metropolitanum integrum penè devolutum eſt jus diſcutiendarum, electionum eáque vel ùt canonicas probandi, vel ùt minùs canonicas reprobandi. Hanc Metropolitani auctoritatem Nicæna Synodus in relato Canone IV. non obſcurè expreſſit, ex verſione Iſidori, his verbis: *Poteſtas ſanè vel* CONFIRMATIO *pertinebit per ſingulas Provincias ad Metropolitanum Epiſcopum.* Eundem Canonem tanquam adhuc

huc ſuo ævo ſubſiſtentem adoptavit Gratianus *Diſt. LXIV. Can.* 1. Eâdem Diſtinctione *Can.* 8. Gratianus: „ Illud, ait, ge-„ neraliter clarum eſt, quòd ſi quis *præter ſententiam Metropo-„ litani* fuerit factus Epiſcopus, hunc magna Synodus defini-„ vit, Epiſcopum eſſe non oportere. "

VIII.

Equidem non ſemel adverſùm hoc Metropolitanorum jus attentatum legitur, præſertim à Romana Curia; attamen illos his attentatis ſe ſe fortiter oppoſuiſſe, & ſuum confirmandi jus ſtrenuè tuitos fuiſſe comprobatur. Utriusque facti nonnulla exempla referemus ex Michaëlis Rouſſel Hiſtoria Pontificiæ Jurisdictionis *Lib. II. Cap.* 2. *n.* 3. 4. *pag.* 97. *edit. an.* 1625. „ Cùm apud Gallias Arelatenſis Epiſcopus Metropolitani jus „ haberet, declarantur nullæ ordinationes, quas absque il-„ lius conſenſu Maſſilienſis Epiſcopus fecerat. . . . . . Idque „ ità mordicùs retinuerunt plurimi Metropolitani, ut nec per-„ mitterent ab ipſo Epiſcopi Romani pleniſſimo jure ſuum hoc „ lædi. "

„ Quapropter cùm circa annum 707. tunc ſedente Con-„ ſtantino (Rom. Pont.) Ticinenſis recens electus Epiſcopus „ directè conſecrationem & confirmationem ab ipſo peteret, „ Benedictus Archiep. Mediolanenſis ſe oppoſuit, nec cauſâ „ cecidit, niſi quia conſtitit Ticinenſes Epiſcopos à Romano „ ſemper fuiſſe conſecratos. Warnafridus *Lib. I. de Geſtis* „ *Longobard. Cap.* 29. "

„ Auſus eſt etiam Arnulphus ejuſdem Eccleſiæ Mediola-„ nenſis Archiepiſcopus, cùm Ardoinus, qui ſe Regem Ita-„ liæ venditabat, Ardericum Haſtenſibus Epiſcopum dediſſet, „ Romámque conſecrandum miſiſſet, non ferens ille, ad „ quem ea conſecratio pertinebat, hanc authoritatis ſuæ ja-„ cturam, Haſtam obſidione circumvallare, atque Epiſcopum

„ & fra-

„ & fratrem ejus Marchionem eò redigere, ut ad ſe venirent, „ erroriſque ſui veniam poſtularent. Sigonius *de Regno Italiæ Lib. VIII. ad an.* 1015. “

„ Sic prodit Joannes VIII. Epiſt. 281. 292. 295. & queri- „ tur, Optandum Genuenſem Epiſcopum, à ſe conſecratum, „ licet ſalvo deinceps Eccleſiæ Metropolis privilegio, à Vien- „ nenſi Archiepiſcopo in carcerem ob id eſſe datum. “

„ Et an. 1082. cùm Hugo Dienſis Epiſcopus, Romanæ „ Eccleſiæ Legatus, congregato Concilio ſubrogaſſet Melden- „ ſi Eccleſiæ Robertum Abbatem Eccleſiæ Rebacenſis, Ri- „ cherius Archiepiſcopus Senonenſis & Coëpiſcopi ejus illum „ excommunicaverunt, quoniam ſine aſſenſu eorum id factum „ eſſet. Hoc ex Annalibus Monaſterii D. Petri refert Dom. „ Servinus in *Quæſt. de Regalia præb. Theologal. Vol. IV. pag.* „ 29. Neque Ivo Carnotenſis omiſit ſcribere, cúm ab Urbano „ II. conſecrationem & confirmationem accepiſſet (is autem ſe- „ debat ab anno 1088. ad annum 1099.) Senonenſem Archie- „ piſcopum cum ſuis Suffraganeis, Pariſienſe, Meldenſe, & „ Trecaſſino id ægrè tuliſſe, adeo ut vellent in eum ſenten- „ tiam depoſitionis pronuntiare, niſi Sedem Apoſtolicam ap- „ pellaſſet. Ivo *Epiſt.* 12. “

„ Quin etiam Adrianus III. Geroldum Aldenburgenſi „ Eccleſiæ Præfectum conſecrare primùm recuſavit, licèt ro- „ gatus ab Henrico Leone Saxoniæ Duce: dicens ſe libenter „ id facturum, *ſi ſine injuria Metropolitani poſſet.* Is autem „ Bremenſis erat, qui conſecrationem recuſabat, quòd ſe inſcio „ electus eſſet. Deinde tamen cum in ea ſeditione, quam ad- „ verſùs Pontificem & Imperatorem excitaverunt Romani, ſe „ Dux fortiter geſſiſſet, Adrianus in gratiam navatæ operæ „ Geroldum conſecravit. Helmold. *Lib. I. Cap.* 81. “

Addit deinde Rouſſelius *num. 6. pag.* 98. negligentiam propriorum Primatum & Metropolitanorum potuiſſe excuſare,

quæ hac in parte contra Nicænum Canonem ſubinde facta ſunt. Præter hunc ſimilé que caſus conſtat aſſertio & regula, Confirmationem electionis pertinere ad jura Metropolitani, atque his annumeratam fuiſſe, jure *antiquiſſimo* Originibus Eccleſiaſticis coævo, jure *intermedio* in Decreto Gratiani ſervato, uti jam monſtratum eſt, denique in *noviore* jure Decretalium. Vid. *Cap.* 1. & 2. *X. de Tranſlat. Epiſ. Cap. unic de Scrutinio in ord. fac. Cap.* 25. *de Appellat. Cap.* 5. 20. 32. & 44. *de Elect.* Per tredecim omnino Sæcula hoc confirmandi jus apud Metropolitanos permanſiſſe tradunt Van Eſpen *Part. I. Tit.* 14. *Cap.* 1. *n.* 4. Gibert *Corp. Juris Canon. Tom. II. pag.* 123.

Sed quid pluribus fatigamus & nos & Lectores in probanda re tam certa & clara, quam turbare Adverſarius ſtuduit. Audiat Ludovicum Thomaſſinum *Part. II. Lib.* 2. *Cap.* 8. *n.* 11. ita diſſerentem: „ Quantumcumque deſudatum ſit à nobis, ut exploremus, num veſtigia aut monumenta aliqua „ ſuppeditaret antiquitas ejus, quæ nunc viget, conſuetudinis, ut omnium ferè per orbem Epiſcoporum electio vel ordinatio ſoli Pontifici reſervetur: ex adverſo enituit, omnes „ ferè Epiſcopos, maximè Orientalium Patriarchatuum, Sedes ſuas adminiſtraſſe inconſulto Papa. Quanquam enim „ poſt ordinationem ſuam literas ad eum darent, ut vertici ſe „ conglutinarent unitatis & communionis Catholicæ; nihil „ id attinebat ad confirmationem novæ dignitatis ſuæ ab eo „ flagitandam. Quin immo nonniſi Patriarchæ, Exarchi & Primates hanc Epiſtolarum ultrò citróque commeantium alternatione alere tenebantur eam Sedis ſuæ cum Sede Petri ſocietatem, reliquis Epiſcopis ei cohærentibus medio hoc Primatuum ſuorum nexu. “

Idem Vir doctiſſimus jura Confirmationum per legitimas periodos decurrens, *cit. Lib. II. Cap.* 7. ex Canonibus Apoſtolicis, ex Conciliis Laodiceno, Nicæno & Antiocheno probat,

Digitized by Google

bat, electiones Epiſcoporum per quinque priora Sæcula à Metropolitanis confirmandas fuiſſe. Eandem diſciplinam eodem ævo in Occidente obtinuiſſe comprobat tum ex Carthaginenſibus Conciliis, tum ex Pontificum Decretalibus. Pergit dein Thomaſſinus *eod. Lib. II. Cap.* 18. ex Conciliis Galliæ demonſtrare, qualiter eadem Confirmationum diſciplina ſæculis VI. VII. & VIII. viguerit; inſimul ex Canone VI. Concilii Toletani XII. obſervans, quòd hæc Synodus omne jus confirmandi Epiſcopos Hiſpaniæ in unum Tolatanæ Eccleſiæ Metropolitanum tranſtulerit. Quòd eadem jura Metropolitanorum ſub imperio Caroli M. ſalva ſteterint, evincit *Cap.* 29. ex Conciliis Galliæ, quódque idem eodem tempore in Oriente obtinuerit, apparet ex Concilio VII. œcumenico. Demum *Cap*, 42. adhucdum poſt annum Christi milleſimum Epiſcoporum electiones à Metropolitanis confirmatas eſſe, rectè colligit ex *Cap.* 20. 32. *&* 44. *X. de Elect.*

IX.

Ne quem fortè in errorem inducat, quod circa *Romanas* electionum *Confirmationes* in *Italia* & *Suburbicaniis regionibus* olim actum legitur; obſervamus, inter viros eruditos equidem controverti, utrùm illis in partibus ſingulæ Provinciæ ſuos habuerint Metropolitas, à quibus ipſæ regerentur, conſecrarentur provinciales Epiſcopi, congregarentur Synodi, & alia Metropolitica munia implerentur. Plurimi affirmant, negant nonnulli. Metropolitanos quidem, ſi qui fuerint, titulum ſine re habuiſſe, ſaltem Leonis Magni tempore, pro certo habendum puto; omnes enim Metropoliticæ dignitatis prærogativas atque officia ad ſe traxerant Romani Pontifices, annitentibus Auguſtis, Provincialibus Epiſcopis conniventibus, qui magno honori ducebant à primæ Sedis Epiſcopo, omnium Epiſcoporum apice, Pontificiam dignitatem ſumere, non reluctantibus etiam Metropolitis, qui à Pontificibus Urbis Sacerdotii honorem adepti, ab iisdem toti pendebant.

 Scri-

Scribunt Patres Benedictini Congregationis S. Mauri, Editores Operum Gregorii M. ad hujus Sancti Pontificis Epiſtolam 24. Lib. II. eo ævo Epiſcopos Italiæ, Siciliæ & aliarum vicinarum Provinciarum non eſſe conſecratos niſi à Romano Pontifice *tanquam Patriarchâ Occidentis*, vel de ejus licentiâ.

Quo id ſenſu accipiendum ſit, diſtinctiùs explicat illorum Collega Petrus Conſtant ad Siricii Papæ Epiſtolam V, quæ eſt ad Epiſcopos Africæ Not. a. col. 653. *Romanus Antiſtes in Suburbicariis Eccleſiis, & Primas in unaque Africæ Provincia, id erant, quod in aliis orbis Chriſtiani regionibus Metropolitanus.* Tantum abeſt, ut hæc contradicant aut derogent diſpoſitioni Canonis IV. Nicæni, & Canonis XII. Synodi Laodicœnæ circa jura Metropolitanorum, ut eandem firment potiùs. Si enim *Primas Africæ* in unaque Provincia idem erat, quod in aliis Chriſtiani orbis partibus *Metropolitanus*: ſi in Suburbicariis Eccleſiis (quæ diſtinctis Metropolitanis carebant) idem reſpectu Romani Antiſtitis obtinebat; ſequitur, quòd uterque in ordinatione Epiſcoporum, ſuorum reſpectivè diſtrictuum, jus & officium *Metropolitani* exercuerit, conformiter ad jam laudatos Canones. Scripſit laudatus Papa Siricius Epiſtolâ ſuâ VI. ad diverſos Epiſcopos: *Etiam de longinquo veniant ordinandi* Epiſcopi, *ut digni poſſint & Plebis & noſtro judicio comprobari.* His Conſtantius ſequentem Notam ſubjungit, jam dictis conformem: „ Hoc eſt, ni fallor, è Sicilia, Sardinia, aliiſque regionibus, quæ ad Romani Pontificis diœceſim ſeu Synodum pertinent, quas *Suburbicarias* vocant. Si cui verò veniret in mentem, Siricium hoc ſibi voluiſſe, ut quotquot ordinandi eſſent Epiſcopi, undecunque Romam venirent, ipsímet confutarentur Siricii verbis. In hac quippe Epiſtola fundatiſſimam permanere jubet Eccleſiaſtici Canonis conſtitutionem, quæ apud Nicæam tractata eſt. Ex Nicæni autem Concilii diſpoſitione ac præſcripto Can. 4. & 6. Epiſcopos ordinandi poteſtas per unamquamque Provinciam ad Metropolitanum pertinet. “

In-

Inſtamus paululùm eidem argumento pro ampliore ejuſdem elucidatione. Scripſit in antememorata Epiſtola quinta ad Epiſcopos Africæ Siricius Papa: *Hæc ſunt, quæ de ncepr intuitu divini judicii omnes Catholicos Epiſcopos expedit cuſtodire, I. Ut extra conſcientiam Sedis Apoſtolicæ, hoc eſt Primatis, nemo audeat ordinare; integrum enim judicium eſt, quod plurimorum ſententiâ confirmatur. II. Ne unus Epiſcopus Epiſcopum ordinare præſumat propter arrogantiam, ne furtivum beneficium præſtitum videatur. Hoc enim in Synodo Nicæna conſtitutum eſt & definitum.* Ne, quod hic de *Primate* & de *Apoſtolica Sede* refertur, aliquem in errorem inducat, addendus eſt iterum doctiſſimi viri Petri Conſtant eum in locum commentarius. Ecce illum: „ Meâ ſententiâ primùm Romano in Concilio Epiſcoporum Italorum cauſâ ſcriptum „ erat, *Ut extra conſcientiam Sedis Aqoſtolicæ nemo audeat ordinare*, ſubauditâ voce *Epiſcopum.* At ubi ad Afros perlata eſt hæc Epiſtola, illi decretum idem ad uſum Eccleſiæ „ ſuæ accommodantes, verbis *Apoſtolicæ Sedis* interpretatio„ nem adjecerunt, *hoc eſt Primatis,* Neque hac in re ullo „ modo receſſerunt à Siricii mente. Dubium enim non eſt, „ quin ſi is Papa propter Afros hanc Epiſtolam proximè „ ſcripſiſſet, ipſe hoc decretum aliter concinnaſſet in hunc „ modum, *Primùm, ut extra conſcientiam Primatis nemo au„ deat ordinare;* quomodo poſtea idoneus Syricii interpres „ Innocentius in Epiſtola II. ad Victricium Rotomagenſem ſic „ illud ad Gallicanam Diſciplinam aptatum temperavit: *Pri„ mùm, ut extra conſcientiam Metropolitani Epiſcopi nullus au„ deat ordinare.* Et id quidem Romani Pontificis jus, quo „ in Italia, ſeu in Eccleſiis ipſius Synodo ſubiectis, Epiſco„ pos ordinari citra ipſius conſcientiam non liceret, notari ac „ firmari videtur Nicæni Concilii Canone VI. ubi Synodus „ Alexandrino Præſuli de more tribui vult per Aegyptum, „ Libyam atque Pentapolim jus ei ſimile, quo Romanus An„ tiſtes in *Suburbicarias*, ùt loquitur Rufinus. *Eccleſias* po„ tiebatur. Proprium autem Africæ morem circa Epiſcoporum

„ rum ordinationem Afri in Concilio Carthaginenſi explicant, „ atque Canone XII. ſtabiliunt . . . . . Quocirca Siricius, „ qui Epiſcopis, Synodo ſuæ ſubjectis, ſcripſit, *Ut extra con-* „ *ſcientiam Sedis Apoſtolicæ nemo audeat ordinare*, ſi propter „ Afros primariò decretum hoc edidiſſet, ſcripſiſſet procul „ dubio, ut diximus, *Ut extra conſcientiam Primatis nemo* „ *audeat ordinare*. Non enim *nova* præcepta imperare, ſed „ *vetera* conſtituta reſtaurare ſe velle ab initio profitetur. Et „ quidem triplex mos prædictus in eundem redit. Nam & „ *Romanus Antiſtes* in Suburbicariis Eccleſiis, & *Primas* in „ unaquaque Africæ Provincia id erant, quod in aliis orbis „ Chriſtiani regionibus *Metropolitanus*. “

X.

A Suburbicariis regionibus tranſeamus ad univerſum *Occidentem*, cujus Rom. Pontifex *Patriarcha* eſt. Hoc ei titulo Zaccaria *pag.* 385. omnium Occidentalium Epiſcoporum Ordinationem vindicat; idque hoc præcipuè argumento. Innocentius I., inquit; *Epiſt.* 24. ad Alexandrum Antiochenum ſic ſcripſit: *Itaque frater cariſſime, ut ſicut Metropolitanos auctoritate ordinas ſingulari, ſic & ceteros non ſine permiſſu conſcientiaque tua ſinas Epiſcopos procreari. In quibus hunc modum rectè ſervabis, ut longè poſitos litteris datis ordinari cenſeas ab his, qui nunc eos ſuo tantùm ordinant arbitratu: vicinos autem ſi æſtimas, ad manus impoſitionem tuæ gratiæ ſtatuas pervenire.* Unde ſic arguit: Quis ſibi perſuadeat, minorem fuiſſe Romani Pontificis in *Occidentales* Eccleſias auctoritatem, quàm Orientalium Patriarcharum in *Orientales*? Benè eſt: fundat hanc ſuam Epiſtolam Innocentius in Nicæna Synodo, ad quam nominatim provocat. Porro magnum hoc Concilium Canone VI. magnarum Sedium jura ita explicat: *Antiqua conſuetudo ſervetur per Aegyptum, Libyam & Pentapolim, ita ut Alexandrinus Epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem; quia & urbis Romæ Epiſcopo parilis mos eſt. Similiter autem & apud Antiochiam, cæte-*

Digitized by Google

cæteráſque Provincias, ſuis privilegia ſerventur Eccleſiis. Obſervat Thomaſinus *Parte II. Lib.* 2. *Cap.* 8. *n.* 1. inter doctos & Eccleſiaſticæ Diſciplinæ peritos nunc convenire, agi hoc Canone de Ordinationibus Epiſcoporum, eòque juberi, ut ſicut Papa ordinat Epiſcopos omnes plurium, totâ maximè Italiâ, Provinciarum: ita & Epiſcopos Alexandrino ſarta tectàque ſervetur poteſtas ordinandi Epiſcopos trium illarum Provinciarum: pariter, ut Epiſcopo Antiocheno adſeratur jus priſtinum ordinandi Epiſcopos omnium Orientis ſtrictè ſumpti Provinciarum: ut omnes denique Metropolitani alii ſimiliter Epiſcopos ordinent priſco more in ſua ſibi provincia obnoxios.

Hæc abundè probant, in hoc ſive confirmandi ſive ordinandi jure, omnibus Patriarchis æquali, imò & Metropolitanis ſuo modo cum illis communi, nihil ex Jure Divino, omnia (quantum ad perſonas ordinantes) ex humano, ſcilicet ab Eccleſia per conſuetudinem, Canones & Concilia declarato, Epiſcopis, Romano, Alxandrino & Antiocheno peræque obveniſſe. Aſſeruerat Febronius *Tom I. toto Cap. IV.*, nullam ex cauſis, quæ *Majores* vulgò dicuntur, *jura divino* ad Romanum Pontificem privativè ſeu excluſivè pertinere; illud in ſpecie de jure Confirmandi probavit *eod. Cap. IV.* §. 3. Hoc impugnat Zaccaria ſuo ipſius telo confixus. Scilicet non ex alio hæc procedunt fonte, quàm ex quo Archiep. Toletanus ſuam hauſit prærogativam omnium Epiſcoporum Hiſpaniæ electiones confirmandi, de qua paulò antè.

Interim licèt in Nicæna Synodo univerſus Occidens Romano Epiſcopo pro Patriarchatu & cum juribus huic propriis, idque (interprete Innocentio I.) nominatim *cum jure confirmandi Epiſcopos* aſſignatus fuerit; attamen hanc Innocentianam interpretationem extra *Suburbicarias* regiones receptam non fuiſſe manifeſtum eſt; de *GALLIA* id per ſingulas periodos demonſtrat Thomaſinus *Parte II. Lib.* 2. *Cap.* 10. *n.* 8. *ſeqq.*

Digitized by Google

ſeqq. Cap. 11. *n.* 3. *Cap.* 18. *n.* 1. 2. *Cap.* 19. *n.* 9. 10. De *HISPANIA* idem *eod. Lib. II. Cap.* 18. *n.* 6. *&* 8. *Cap.* 19. *n.* 13. De Anglia *Cap.* 11. *n.* 6. *Cap.* 24. *n.* 2. *Cap.* 43. *n.* 10. De *GERMANIA* clar. Barthel *de Concord. Germ. Diſſert. I. Cap.* 1. *Sect.* 6. *n.* 6. *Sect.* 9. *n.* 4. *Sect.* 10. *n.* 10. De *AFRICA* egimus ipſi nos paulò antè *num.* 9. Univerſim de *TOTO OCCIDENTE* Thomaſinus *cit. Lib. II. Cap.* 7. 18. *&* 29.

Hæc non impediunt, quominus Adverſarius noſter *pag.* 357. perfrictâ fronte adhuc ſuſtineat, ordinandòrum *quorumcumque* Epiſcoporum poteſtate uſos fuiſſe Romanos Antiſtites. Ut verò huic aſſerto colorem illiniat, provocat ad Librum Pontificalem, quo refertur, Sylveſtrum intra annos viginti duos feciſſe per diverſa loca Epiſcopos LXXV, Damaſum annis octodecim LXXII, Innocentium I. annis non niſi ſedecim LIV, quos omnes in Suburbicariis regionibus quærere ridiculum foret. Tota hæc qualiscunque difficultas evaneſcit, ſi animadvertamus Romanos Pontifices, præter eos, qui ſe illis ex Suburbicariis partibus ordinandos offerebant, pro barbaris nationibus, & incultis adhuc in vera religione populis, plures creaſſe Epiſcopos; quod non potuit non ordinariarum Ordinationum numerum inſigniter augere. His inſuper caſibus præſcriptas per Canones pro Ordinationibus regulas ſervare non adeo erat neceſſarium. Vid. Bingham *de Orig. Eccleſ. Lib. IV. Cap.* 2. §. 13. Add. Febron. *Tom. I. Cap. IV.* §. 9. Sed & ſi quis præter hos caſus in Ordinationem Epiſcopi, extra fines Suburbicanos à Rom. Pontifice factam fortè incidat, is eam non continuò ſingulari aut præcipuo iuri Romanæ Sedis attribuat; etenim & alibi ſpecialibus de cauſis ſimiles Ordinationes extra proprias provincias impenſas fuiſſe novimus. *Sic* Vilfridum à Rege Angliæ Alfredo à Gallicanis Epiſcopis ordinandum trans mare miſſum eſſe, ex Beda refert Thomaſinns *l. cit. Cap.* 16. *n.* 14.

Cauſas & anſas, quibus Epiſcopalium electionum *Confirmationes*, primùm quidem lentè & per gradus, pòſt univerſim & ple-

Google

& plenariè à Metropolitanis ad Papam delatæ ſunt. recenſet Thomaſſinus *cit. Lib. II. Cap.* 43. Inter priores potiſſimùm refert 1.) ceſſationem Provincialium Synodorum, 2.) Appellationes ad Romanam Curiam: Inter poſteriores, 3) Pontificum reſervationes, & 4.) Regum nominationes. At ſingula hæc ab Urbe Roma quàm maximè prodiiſſe, conſtat I. Conciliorum Provincialium neglectum ex facto RR. Pontificum primariò ortum eſſe probavit poſt alios Febronius *Tom. I. Cap.* 3. §. 9. *n.* 4. 5. *Cap.* 4. §. 8. *n.* 6. *ſeqq. Tom. II. pag.* 261. 550. II. Romanas appellationes falſis Decretalibus maximè deberi, ab eodem demonſtratum vidimus *Tom. I. Cap.* 3. §. 9. *n.* 7. *Cap.* 5. §. 6. *Tom. II. pag.* 234. 289. 310. *Tom. III. pag.* 295. *ſeqq.* III. Pontificiæ reſervationes per ſe loquuntur. Quibus ex prætextibus palliatæ fuerint, narrat Thomaſſinus *cit. Lib. II. Cap.* 33. *n.* 5. IV. Regum nominationes à favore & conniventia Pontificum plurimùm participaſſe idem teſtatur *eod. Cap.* 33. *n.* 7. Porro licèt in Germania reſervationes quoad Epiſcopatus & Prælaturas per Concordata ſublatæ fuerint, reſtitutis electionibus Canonicorum Capitulis; queritur nihilominis clar. Barthelius *Diſſert. I. de Concord. Germ. Cap.* 1. *Sect.* 10. *n.* 10. nec immeritò, quòd Metropolitanis ſuum confirmandi jus nondum reſtitutum ſit.

XI.

Hactenus de Confirmatione electionum maximè per *Occidentem.* Juvat nunc paucis diſquirere, num veritate & ſolido fundamento nitatur quod Zaccaria *pag.* 383. *ſeqq.* prætendit, *Patriarchas Orientis* à Romanis Pontificibus ſuæ dignitatis *Confirmationem exſpectaſſe.* Hoc ut probet, nonnulla talium prætenſarum Confirmationum exempla profert inde ab anno 382. ad annum 536. ſanè vidimus nos, & ſuprà *num.* 8. ex viri doctiſſimi Ludovici Thomaſſini Libris de Diſciplina Eccleſiæ retulimus, qualiter *Orientis* Patriarchæ ſuas Sedes inconſulto Papa adminiſtraverint; quis igitur eos pro ſuæ

Digitized by Google

dignitatis ſuſceptione conſenſu & confirmatione papali eguiſſe ſuſpicetur?

Anno, inquit Adverſarius, 382. Theodoſius Legatos ad Damaſum mittit, ut Nectarii Conſtantinopolitani Epiſcopi ab eo confirmationem obtineant; teſte Bonifacio I. Epiſtolâ XV. ad Rufum alióſque Illirici Epiſcopos, ubi, *clementiſſimæ*, ait, *recordationis Princeps Theodoſius Nectarii ordinationem propterea, quia in noſtra notione non eſſet, habere non exiſtimans firmitatem, miſſis è latere ſuo aulicis cum Epiſcopis FIRMITATEM huic à Sede Romana dirigi regulariter depopoſcit, quæ ejus Sacerdotium roboraret.* Epiſtolam apertè Jeſuita corrumpit, dum *FIRMITATEM* ſubſtituit loco *formatam*, quod in omnibus exemplaribus, nominatim apud Conſtantium, quem ipſe allegat, legitur. Ad hoc *Formatæ* verbum idem Conſtantius *col.* 1044. ſequentem ponit Notam: „ De hac legatione nihil apud „ Eccleſiaſticos Scriptores legimus memoriæ mandatum. Tan„ tùm habemus ſuprà pag. 567. Synodi Conſtantinopolitanæ „ Epiſtolam Theodoſio Imp. præſente conſcriptam, qua Da„ maſus & Socii de Nectarii ordinatione certiores fiunt, ac „ de illa gratulari rogantur. Fortè cùm id differret Damaſus, „ exiſtimavit Imperator *formatam*, quam expetebat, ſolemni „ legatione poſtulandam. Hic *Formatæ* nomine intelliguntur „ *litteræ communionis indices.* " Sed juvat ipſam illam, quæ nunc citata eſt, Epiſtolam *Conſtantinopolitani Concilii ad Damaſum, Ambroſium, Brittonem, Valerianum, Aſcholium, Anemium, Baſilium & reliquos Epiſcopos, qui in magna urbe Roma collecti ſunt*, intueri; ejus verba cit. pag. 567. hæc ſunt: *Reverendiſſimum ac religioſiſſum Nectarium ORDINAVIMUS Epiſcopum in univerſali Concilio, communi omnium conſenſu, coram religioſiſſimo Imperatore Theodoſio, adſtipulante omni Clero & univerſâ Civitate. Antiquiſſimæ verò verèque Apoſtolicæ Antiochenæ in Syria Eccleſiæ, in qua venerandum Chriſtianorum nomen primùm auditum eſt, reverendiſſimum & religioſiſſimum Epiſcopum Flavianum tum illius Provinciæ, tum Orientalis diœceſis Epiſcopi in* unum

unum congregati CANONICE ORDINARUNT, *totâ Eccleſiâ conſentiente & quaſi uno ore virum collaudante. Quam quidem legitimam ordinationem etiam Synodus univerſa ſuſcepit. Jeroſolimitanæ autem Eccleſiæ, quæ mater eſt omnium Eccleſiarum, reverendiſſimum ac religioſiſſimum Cyrillum Epiſcopum indicavimus qui & canonicè ab Epiſcopis Provinciæ* OLIM FUIT ORDINATUS, *& plurima variis in locis contra Arianos certamina ſubiit.*

Quibus tanquam LEGITIME ET CANONICE CONSTITUTIS *veſtram quoque reverentiam gratulari hortamur, intercedente ſpirituali caritate; & Domini timore omnem quidem humanum affectum comprimente, Eccleſiarum autem ædificationem privatæ erga ſingulos benevolentiæ vel gratiæ præponere &c.* Anne hæc ſunt verba petentium à Romano Antiſtite *Confirmationem* Epiſcoporum nondum ordinatorum? Sunt certè petitiones mutuæ communionis Orientalium ab Occidentalibus pro Epiſcopis dudum & legitimè ordinatis. Et hic quidem ea petitur, non à ſolo Pontifice Romano, ſed etiam ab Epiſcopis Mediolanenſi; Aquileiæ, Theſſalonicæ, Sirmii &c.

Alterum exemplum ex adverſo allegatum, eſt illud *Anatolii* CPolitani Epiſcopi à *S. Leone* M, ùt illi quidem ajunt, confirmati. Hoc probant ex Epiſtola S. Leonis 78. Cap. 2, ubi ad Marcianum Imp. ita ſcribit S. Pater: *Nos enim veſtræ fidei intervenientis habentes intuitum, quum ſecundùm ſuæ conſecrationis auctores ejus initia titubarent, benigniores circa ipſum quàm juſtiores eſſe voluimus, quo perturbationes omnes, quæ operante diabolo fuerunt excitatæ, adhibitis remediis leniremus. . . . . . Satis ſit prædicto* Anatolio, *quòd veſtræ pietatis auxilio, & mei favoris adſenſu, Epiſcopatum tantæ urbis obtinuit.* Quæ eadem verba repetuntur in ſequente Epiſtola ad Pulcheriam Auguſtam. Verùm & in his de *nuda Communione* agi jam obſervavit Michael Le Quien in *Oriente Chriſtiano Tom. I. col.* 217. de *Anatolio* hæc ſcribens: „ Dioſcorus, Conſtantino-

„ polim Epheſo profectus, non priùs Alexandriam iter arri-
„ puit, quàm urbi Regiæ pro *Flaviano* Epiſcopum præfeciſ-
„ ſet, *Anatolium* ſcilicet, qui apud Imperatorem Apocriſarii
„ ipſius munere fungebatur. Id quod illo eodem anno
„ 440. patratum eſt: quo verò menſe vel die incertum.
„ Anatolius prava hæc initia emendare ſtatim ſtuduit, datis
„ ad Leonem Papam literis, quibus *Communionem* ejus ambie-
„ bat: quas tamen ut ſcriberet, auctorem Marcianum Augu-
„ ſtum fuiſſe licet augurari. Reſcripſit ad Anatolium Leo Idi-
„ bus Aprilis *Adelphio V. C. Cos. Indict IV.* " Reſponſoria hæc Epiſtola eſt Leonis LX. edit Quesnel. In ea nihil quod umbram gerat *Confirmationis*; econtrà *Communionem* Anatolio conceſſam apertè loquitur, his verbis: *Per totum mundum una nobis ſit unius caſtæ communionis integritas, in qua ſocietatem tuæ dilectionis amplectimur; & geſtorum, quæ ſumſimus, ſeriem neceſſariis, ſicut oportuit, munitam ſubſcriptionibus approbamus. Ut ergo invicem dilectionis tuæ animus noſtris confirmaretur alloquiis, filios noſtros Caſterium Presbyterum, Patricium & Aſclepiadem Diaconos, qui ad nos tua ſcripta detulerunt, cum epiſtolis noſtris poſt venerabilem diem feſti Paſchalis remiſimus, indicantes nos, ùt ſuprà diximus, de Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ pace gaudere.*

De Maximo Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopo hæc memorat Le Quien *Tom. II. col.* 723. „ Domno deſtituto, & Anatolio
„ in Flaviani Conſtantinop. locum ordinato, Dioſcorus apud
„ Imperatorem Theodoſium egit, ut ex urbe regia Epiſcopus
„ Antiochenis daretur; quòd nempe Orientales ſuſpectos ha-
„ beret. Qamobrem Anatolius eis Maximum ordinavit an.
„ 449, quæ tamen ordinatio, utpote præter Canones, nullo
„ Cleri populique Antiocheni decreto facta, jure vitioſa ha-
„ bita eſt; ſubinde verò Synodi Chalcedonenſis aſſenſu con-
„ firmata, ſed etiam Leonis Papæ qui ejus integram ſanámque
„ fidem comperit. "

Fina-

Finaliter has aliáſque Orientalium Partriarcharum ab Occidentali *Confirmationes*, ex adverſo aſſertas, uno ictu diſſoluturus, obſervo, per illas nihil aliud intelligi quàm *Admiſſionem in communionem*: tunc enim plenè quis, ex Patriarchis potiſſimùm, ſua in Sede ſedebat, cùm illum reliqui Patriarchæ in ſuam communionem recepiſſent: erátque ea *aliqualis*, ſed *poſt factum*, *confirmatio*; ut ſicut in propria Eccleſia jam ſufficienter eſſet factus Epiſcopus, ita pro tali ac legitimo ab aliis etiam Eccleſiis unione Catholicâ agnoſceretur & teneretur. Cùm autem per Patriarchas Eccleſiæ maximè inter ſe communicarent, ſic horum inter ſe agnitio & communio præcipuè deſiderabatur, ut quis pro Compatriarcha ab aliis haberetur; licèt independenter ab ea verus eſſet Epiſcopus, Archiepiſcopus & Patriarcha in ſua Eccleſia ſeu diſtrictu.

Sic non noſtris ſolùm probationibus, ſed illis etiam monumentis, quæ in contrarium proferre Zaccariæ viſum eſt, plenè confectum arbitror, quòd in Epiſcoporum Electionibus, Confirmationibus atque Ordinationibus Papæ authoritas non fuerit amplior, quàm alterins cujuslibet reſpectivè Epiſcopi, Metropolitani & Patriarchæ: Summatim *ex jure divino*, *ſpecialis* nulla, omnes ex Conciliis & Canonibus: quódque eadem Diſciplina pluribus adhuc ſæculis poſt receptas falſas Decretales duraverit, tandem everſa per Pontificias Reſervationes, quibus ſincera antiquitas nullum ſolidum fundamentum agnovit.

XII.

Ex his facilè intelligitur, quid ſentiendum de ſequenti diſcurſu Benedicti XIV. Pont. Max. *Bullarii magni Rom. Tom. XIX. pag.* 259. *edit. Luxemb.* „ Sublatis Electionibus olim „ celebrari ſolitis à Canonicis vacantis Eccleſiæ, ob gravia „ inde profluentia incommoda, reſtitutâque veteri diſciplinâ, „ providendi Epiſcopatibus per Apoſtolicam Sedem; ſalvis ta-

„ men Concordatis initis cum aliquibus Nationibus, in qui-
„ bus retentis Electionibus, earum Confirmatio reſervatur
„ ſummo Pontifici; in eundem quoque recidit jus conſecran-
„ di Epiſcopos, vel conſtituendi delegatos ad conſecrationem
„ peragendam; etſi ſuperioribus ſæculis Suffraganeorum con-
„ ſecratio eſſet Metropolitano reſervata, nec manus in ea ap-
„ poneret ſummus Pontifex, præterquam ſi quandoque Me-
„ tropolita injuſtè Suffraganeum conſecrare abnueret . . . . .
„ Munificus nobis Pontifex Benedictus XIII. curavit pro viri-
„ bus intactum ſervare jus Pontificium, ſalvo, vel certè quo
„ minùs fieri potuit imminuto, veteri jure Metropolitico, ex-
„ preſſo in Cap. *Si Archiepiſcopus*, & in Cap. *Nec Epiſcopus*,
„ de Tempor. ordinand. quoad conſecrationem Suffraganeo-
„ rum. Itaque juſſit mandatum *de Conſecrando*, quod Suffra-
„ ganeo Epiſcopo concederetur, impoſterum dirigi ad Metro-
„ politanum, tributâ ſimul ipſi facultate, ſi aliquo detinere-
„ tur impedimento, ſubdelegandi alium ſibi beneviſum Epi-
„ ſcopum &c. “

An & quouſque hæc Juri & Eccleſiæ Diſciplinæ conveniant, facilè dignoſcet quisquis ea comparaverit cum iis, quæ de eodem argumento ſcripſit Canoniſta, Proſpero Lambertino major Petrus de Marca *Lib. VI. Cap.* 3. *n.* 12. ſcilicet: „ Duo-
„ decimum ſæculum conſervavit Metropolitanis auctoritatem
„ examinandi electiones, eas confirmandi, & controverſias
„ circa hæc obortas judicandi; ùt patet ex variis Decretalium
„ locis. Appellatio tamen ad Sedem Apoſtolicam introducta
„ eſt. In quo magna vis illata eſt vetuſtis Canonibus. Con-
„ ſecratio tamen Metropolitano & duobus Epiſcopis compro-
„ vincialibus (modò conſenſu abſentium non deſtituerentur)
„ relicta eſt à Leone IX. *Epiſt.* 3. 4. & Gregorio VII. *Lib. VI.*
„ *poſt. Ep.* 50. *Lib. IX. Epiſt.* 24. qui Epiſcopos, qui perti-
„ nent ad conſecrationem Papæ, diſtinguit ab iis, qui perti-
„ nent ad conſecrationem aliorum Metropolitanorum; in
„ qua re adeo religioſum ſe præbuit, ut Epiſcopum quendam

„ con-

„ conſecrare recuſaverit, donec ſibi conſtaret, eum à juris-
„ dictione Metropolitani ſui eſſe exemptum. Conſtantiſſimum
„ eſt hoc Metropolitanorum jus; neque aliquid in Decreto
„ Gratiani aut in Decretalibus invenitur ei adverſum, niſi ob
„ negligentiam Metropolitani, aut ſi canonicis cenſuris te-
„ neatur. "

Caput II.

De Epiſcoporum Translatione & Depoſitione.

I.

Non potuit Jeſuita adverſarius, cùm tertium Volumen ſui Antifebronii vindicati anno 1771. imprimi curaret, vidiſſe tertium Tomum Februniani Operis circa idem tempus prælo datum, & in eo legiſſe, quæ à pag. 72. de *Translatione Epiſcoporum* ulteriùs tractata ſunt; aliàs novo labori, ſaltem in pluribus, circa eandem materiam probabiliùs pepercisſet, ſuam in illo refutationem præviè lecturus. Nunc itaque eà de re pauca ſolùm relegemus, ad plenariam ejus damnationem, & Jeſuiticorum ſophiſmatum denudationem.

Primaria ejus, generalior, atque inſimul falſa theſis *pag.* 400. hæc eſt: *Non poſſe Synodos absque Sedis Apoſtolicæ auctoritate rigorem Canonum Translationes prohibentium mitigare.* Cùm tamen ipſe adverteret, hanc poſitionem in ſua generalitate minimè ſubſtituram, ſupperaddit *pag.* 402. ignotam hactenus eruditis diſtinctiunculam inter Translationes, quæ olim ſuſcipiebantur ex motivo *Fidei* ad arcendos hæreticos; & eas quas ſola Eccleſiæ ſuaſit *utilitas* aut *neceſſitas*: *illas* fatetur ſine Romani Pontificis auctoritate, & quidem frequenter, factas; non *has.* Igitur reſumamus pleraque à Febronio ſummariè relatarum Translationum, auctoritate Synodorum perfectarum, exempla, & indagemus in cauſas, ex quibus eæ ſuſceptæ ſunt.

Primam

Primam ſuppeditat Euſebius *Hiſt. Eccleſ. Lib. VI. Cap.* 11. ſcilicet *ALEXANDRI* ab Eccleſia Cappadociæ ad Hieroſolymitanam. Ex parte Narciſſi prædeceſſoris cauſa fuit, quòd *propter extremam ſenectutem miniſterium ſuum obire ampl ùs non poſſet*; habebat autem annos ferè *ſexdecim ſupra centum*: Ex parte ipſius Alexandri: *cùm Hieroſolimam profectus fuiſſet, tum orandi tum locorum viſendorum gratiâ, fratres illius Eccleſiæ humaniſſimè eum excipientes, reverti in patriam non ſiverunt,* ſed tanquam *deſtinatum ſibi à Deo Epiſcopum ſuſceperunt.* Hæc ex Euſebio; nequidquam in his de motivo *Fidei*; omnia ex *utilitate Eccleſiæ*; penitus nihil de auctoritate ſummi Pontificis; totum negotium perfecerunt fratres illius Eccleſiæ.

Alterum Translationis exemplum eſt illud *ANATOLII* à Cæſarienſi Sede ad Laodicenſem. Hanc ita exponit Euſebius cit. Lib. II. Cap. 32. *Huic* Anatolio *Theotecnus Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopus primus manus impoſuit, eúmque Epiſcopum ordinavit: ſucceſſorem illum Eccleſiæ ſuæ deſpondens. Ambo certò aliquantisper eandem Eccleſiam ſimul gubernarunt. Poſtea verò cùm eum Synodus adverſùs Paulum congregata Antiochiam evocaſſet, per urbem Laodicenam iter faciens, à fratribus illius loci, mortuo tunc Euſebio, detentus eſt.* Nulla in Anatolii vocatione ſpecialis cauſa *Fidei*, nullum hujus periculum; a defuncto illius anteceſſore in Laodicena Eccleſia pacata erant omnia. *Euſebio ſubſtitutus eſt Anatolius, bonus, quod ajunt, boni viri ſucceſſor*, inquit Euſebius Hiſtoricus. Laodicenſibus in Anatolio placuit non ſolùm, quòd *tum in liberalibus diſciplinis, tum in Philoſophia principem inter doctiſſimos illius temporis viros locum ſine controverſia tenuerit*; ſed etiam quòd *ob res plurimas præclarè geſtas Alexandriæ, inter illius civitatis Proceres præcipuam honoris prærogativam omnium conſenſu adeptus eſſet*: ſunt verba ejuſdem antiquiſſimi Hiſtoriographi.

II. Ul-

Digitized by Google

II.

Ulterius Tranſlationis exemplum à Cyziceno Epiſcopatu ad Conſtantinopolitanum in perſona *PROCLI* factæ legitur apud Socratem *Hiſt. Eccleſ. Lib. VII. Cap.* 35. 36. *&* 40. Ut autem, qua auctoritate ad hanc Tranſlationem perficiendam opus fuerit, intelligatur, provocat Socrates *cit. Cap.* 36. ad Antiochenum Canonem XVIII. & hæc quidem ejus verba: *Excipere autem debet, quidquid Provinciæ Synodus de cauſa ipſius judicans conſtituerit.* Quæ verba teſte Valerio in Annotationibus vetus interpres hoc vertit modo: *Sed ſpectare eum oportere, quousque Provinciæ Synodus de eo, quæ eis videntur, ordinet.* Ex verſione Dionyſii Exigui: *Quem etiam obſervare conveniet, quidquid Synodus perfecta Provinciæ, quod viſum fuerit, judicandum decreverit.* Demum ex illa Iſidori Mercatoris: *Exſpectare autem eum oportere Provinciæ plenariam Synodum, donec de eo, quod competit, ſtatuatur.* Porro caſus, de quo hoc Canone diſponitur hic eſt: Si quis Epiſcopus ad certam Eccleſiam ordinatus, ad eam non acceſſerit, non ſuo vitio, ſed plebis forſitam contradictione: an ille ad aliam Eccleſiam transferri poſſit? Et hic erat caſus Procli, profectò à Synodo Provinciæ juxta Antiochenum Canonem decidendus. Obſtitit hic Canon Proclo quominus immediatè poſt Neſtorii depoſitionem eligeretur Epiſcopus Conſtantinopolitanus, Maximiano tunc hanc cathedram aſſumpto. Cùm verò hic in eadem non niſi duobus annis & quinque menſibus vixiſſet, *Theodoſius Imperator EPISCOPIS, QUI ADERANT, mandavit, ut Proclum in Epiſcopali Solio collocarent. Id enim Cæleſtini quoque Epiſcopi Romani literæ tunc exhibitæ confirmamabant, quas ille Cyrillo Alexandriæ Epiſcopo & Joanni Antiocheno & Rufo Theſſalonicenſi in eam rem miſerat: DOCENS, nihil obſtare, quominus is, qui alicujus Eccleſiæ nominatus ſit, aut reipſa exiſtat Epiſcopus, ad aliam Eccleſiam transferatur. Itaque Proclus in Sede Epiſcopali collocatus corpus Maximiani ſepulturæ tradidit.* Ita Socrates *cit. Cap.* 40. Itaque qui in

Byzantina urbe tunc aderant *Epiſcopi* illam tunc Synodaliter peregerunt Translationem, non *Cœleſtinus Pontifex.* At Imperator exhibitis Cœleſtini adſentientis litteris omnem difficultatem amovit; eam ergo cùm Imperator, tum Conſtantinopolitana Eccleſia eſſe Romani Pontificis auctoritatem agnovit, ut Canonum ſuper Translationibus jus laxare poſſet, inquit Zaccaria *pag.* 400. Perperam utique: non hìc actum *auctoritatis* ſeu juris *diſpenſandi* Cœleſtinus exercuit, ſed *Magiſtri: docuit*, inquit Socrates; conſultus haud dubiè ſuper caſu Procli, poſtquam primâ vice ſuâ ſpe concidiſſet, & ei Maximianus tunc prælatus eſſet.

Taceo quòd hæc de Cœleſtini Epiſtola Socratis narratio Petro Conſtant *Tom. I. Epiſt. RR. PP. col.* 1225. meritò ſuſpecta videatur. „ Ultro, inquit vir doctiſſimus, largiar, hoc „ Cœleſtinum ſcribere tum potuiſſe, nihil ſcilicet vetare, „ quo minùs Proclus Zyſicenſis ordinatus, ſed ab his numquam admiſſus, Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ præficeretur. „ At in animum numquam inducam meum, ut Romanus „ Pontifex, cujus ſcripta ſummum paternorum ſtatutorum intemeratè ſervandorum ſtudium ubique ſpirant, præter diſciplinam, à deceſſoribus ſuis ſtudioſè commendatam, & à „ ſucceſſoribus per multa ſæcula conſtanter cuſtoditam, nullâ exigente neceſſitate ſcripſerit, ut non ſolùm *is, qui nominatus ſit* (nec admiſſus) *ſed etiam, qui re ipſâ exiſtat Epiſcopus, ad aliam Eccleſiam transferatûr.* Non ignorabat „ Cœleſtinus, hoc poſtremum conceptis verbis vetitum eſſe, „ non modò à Nicæna Synodo Can. XVI., Sardicenſi Can. I. „ & II., Capuanâ in Concilio Carthaginenſi III. Can. 38. laudatâ, verùm etiam à deceſſoribus ſuis Julio I. Epiſt. I. n. 5. „ Damaſo Epiſt. V. n. 4. & Epiſt. VI. n. 3. Siricio Epiſt. X. n. „ 16. Neque is erat; ut iſtud callens, aliud vel præciperet, „ vel permitteret. " Vero igitur ſimillimum cum Conſtantio arbitramur, Socratem poſterius hoc de ſuo addidiſſe, quo præconceptæ in gratiam Translationis Epiſcoporum opinioni,

quam

quam datâ operâ tuetur, magis faveret; anterius ſumpſiſſe ex Epiſtola Bonifacii XV. in negotio Perigenis, de quo pauló pòſt.

Sic tota Procli cauſa judicio & operâ Epiſcoporum terminata eſt. Sed neque hìc fabuloſa illa adverſarii diſtinctio inter Translationis cauſas, quarum aliæ Rom. Pontifici reſervatæ, aliæ Synodali Epiſcoporum judicio relictæ ſint, locum inveniet; quandoquidem, cùm Proclus Maximiano in Conſtantinopolitana Sede ſuccederet, nulla ſpecialis fidei ratio, ſed una perſonæ eminens dignitas, atque adeo Eccleſiæ utilitas, ejus electionem poſtulare videretur.

III.

Socrates, ut Procli electionem ad Byzantinam cathedram quovis modo ſuſtineat, plura *cit. Cap.* 36. decurrit exempla Translationum ſive Synodali Provinciæ auctoritate, ſive Patriarchali perfectarum, non modò eorum Antiſtitum, qui ad certam Eccleſiam ordinati quidem, attamen in ea admiſſi nondum erant, verùm illorum etiam Epiſcoporum, qui ſuis Eccleſiis, ùt ita dicam, incardinati ſunt. Equidem ſingularum, quarum meminit, Translationum circumſtantias & cauſas non exprìmit, ità ut facile non ſit de illarum motivis judicare; temerarium nihilomninus foret arbitrari ſine probatione, vel ſaltem indiciis, quòd omnes illæ ſive à Synodis particularibus absque Apoſtolicæ auctoritate *propter imminens fidei periculum* ſuſceptæ fuerint. In una tamen Translatione Socrates diffuſior eſt, nimirum in illa *SILVANI*, de qua *Cap.* 37. ſequentia memorat: *Silvanus primùm in Troili Sophiſtæ ſchola rhetor fuit. Sed cùm ad Chriſtianæ religionis perfectionem tenderet, & Monaſticum vivendi genus conſectaretur, pallium rhetoricum geſtare recuſavit. Poſtea verò Atticus Epiſcopus eum comprehendens, Philippopolis Epiſcopum ordinavit. Qui cùm tres annos in Thracia tranſegiſſet, nec frigus tolerare poſſet: erat enim corpore admodùm*

Digitized by Google

modùm tenui & imbecillo: Atticum rogavit, ut loco ſuo alterum ordinaret, nullam aliam ob cauſam domicilium Thraciæ detrectare ſe affirmans, quàm ob frigus. Altero igitur eâ de cauſâ in ejus locum ſuffecto, Silvanus Conſtantinopoli permanſit, Monaſticam diſciplinam illic ſedulò excolens . . . . . Aliquanto pòſt temporis ſpatio Epiſcopus Troadis ex hac luce migravit. Qua de cauſa Troadenſes Conſtantinopolim venerunt, Epiſcopum poſtulantes. Cúmque Atticus deliberaret, quemnam illis ordinaret Epiſcopum, fortè Silvanus ejus viſendi gratiâ ingreſſus eſt. Quem Atticus ſimulatque aſpexit, omnem ſolicitudinem objecit ex animo; & Silvanum alloquens: Non habes, inquit, ampliùs excuſationem ullam, qua Eccleſiæ adminiſtrationem refugias. Troas enim caret algore. Ecce jam locus infirmitati corporis tui commodus, à Deo paratus eſt. Noli igitur cunctari, frater, ſed Troadem proficiſcere. Itaque Silvanus eò migravit &c.

Pro ampliore hujus facti, nec non juris transferendi Epiſcopos elucidatione, juvat hic ſubnectere eruditam Valeſii Notam. „ Eſt Philippopolis, Metropolis Thraciæ propriè dictæ. „ Sciendum porro eſt, ordinationem Metropolitanorum Thraciæ pertinuiſſe tunc ad Epiſcopum urbis Conſtantinopolitanæ. Nam Patriarchæ jure quodam ſingulari ordinabant „ Metropolitanos, ùt pluribus obſervavi in Diſſertatione ad „ Canonem ſextum Concilii Nicæni. Hinc eſt quod idem „ Atticus Patriarcha Conſtantinopolitanus, Troadenſibus poſtulantibus eundem Silvanum ordinavit Epiſcopum. Alexandria enim Troas, Metropolis erat Phrygiæ. Idque diſertè cautum eſt Canone 28. Concilii Chalcedonenſis, qui „ eſt de privilegiis Sedis CPolitanæ: ut ſcilicet Thracicæ, Ponticæ, & Aſianæ diœceſeos Metropolitani ſoli à ſanctiſſima „ Sede CPolitana ordinentur; factis priùs ex more decretis, „ communi conſenſu Cleri & populi, & ad Patriarcham CPolitanum directis. Sic enim ſtatuit prædictus Canon: *Convenientibus de more factis electionibus, & ad ipſum relatis.* Intelli-

„ telligit decretum poſtulationis, cujusmodi Corinthii ad In-
„ nocentium Papam miſerunt, *Perigenem* ſibi Epiſcopum dari
„ poſtulantes, ùt ſuprà notavi. " De Perigene mox nobis ſermo erit. Interim occaſione Ordinationis & Translationis Silvani, utque ex additis in eam à Valeſio annotationibus, obſervamus, ad Patriarchas non ſolùm pertinuiſſe ex decreto Concilii Chalcedonenſis jus omnes ſui ampliſſimi diſtrictûs Metropolitanos *ordinandi*, ſed & pro re nata, id eſt ex cauſis canonicis, *transferendi*, ſicut hic cum Silvano fecit Atticus.

IV.

Eodem jure circa *PERIGENEM* uſus eſt Bonifacius I. *quà Patriarcha Occidentis.* Perigenes Corinthi, quæ Metropolis eſt Achaiæ, natus ac baptizatus fuerat: deinde in Clerum allectus, Presbyter ejusdem Eccleſiæ ſummâ cum integritate diu permanſit. Poſtea cùm à Corinthiorum Epiſcopo ad Patrenſem Epiſcopatum promotus fuiſſet, & Patrenſes eum ſuſcipere recuſaſſent, Corinthum reverti coactus eſt; ubi cùm Epiſcopus civitatis non multò pòſt abiiſſet è vita, Corinthii eum ſibi poſtularunt Epiſcopum, miſſâ ſupplicatione ad Bonifacium Romanæ urbis Antiſtitem. Porro hunc nobis Perigenem Zaccaria *pag.* 401. objicit, dicens: ſi Synodi id per ſe poterant inconſulto Romano Præſule, cur Corinthii, ut Perigenes, quem in Synodo Patrenſibus antea præfecerant, ſibi Epiſcopus concederetur, à Bonifacio I. flagitarunt? uti revera efflagitaſſe refert Socrates *cit. Cap.* 36, & comprobant Epiſtolæ Bonifacii IV. & XV. Hæc ille. Reſponſum dabit eruditiſſimus Conſtantius *ad Epiſtolam Bonifacii PP. I. not. f. col.* 1020., ubi „ So-
„ crates, inquit, aliquot prolaturus exempla, quibus Epiſco-
„ pos aliquando transferri licere approbet, hoc primum po-
„ nit: *Perigenes Patris ordinatus fuerat Epiſcopus: ſed quoniam*
„ *ejus civitatis incolæ illum admittere recuſabant, Romanæ ur-*
„ *bis Epiſcopus eum in Metropolitana Sede Corinthi conſtitui juſ-*
„ *ſit, mortuo illius Epiſcpo.* Sed ex *Occidente* nullum aliud

 „ in

„ in medium affert. Anno 341. Concilium Antiochenum Can.
„ 16. vetuerat, ne vacans Epiſcopus in vacantem Eccleſiam
„ proſiliret *abſque integro perfectóque Concilio*, ſimúlque per-
„ fectum eſſe definierat illud Concilium, *cui interfuerat Me-*
„ *tropolitanus Antiſtes*. Si autem Metropolitanus Antiſtes cum
„ ſua Synodo vacantem Eccleſiam vacanti Epiſcopo tribuere
„ jure potuit, idipſum ſanè licuit & Romano Pontifici *in ea*
„ *Provincia, quæ ad ſpecialem illius curam pertinebat*. Eodem
„ jure poſtea uſus eſt Felix II. Papa, cùm Johanni Talaiæ Ale-
„ xandrina civitate per Petrum Mongum pulſo, Nolanam Ec-
„ cleſiam vacantem, uti teſtis eſt Liberatus Diac. Cap. 18. re-
„ gendam dedit. “

Quod antè in Translatione Silvani ad Eccleſiam Troadis, factâ per Patriarcham Conſtanpolitanum vidimus *in Oriente*, hoc modò in illa Perigenis ad Sedem Archiepiſcopalem Corinthi per Romanum Patriarcham cernimus *in Occidente*. Etenim Achaiam, cujus Corinthus metropolis eſt, occidentalis Patriarchatûs partem non ſolùm fuiſſe, ſed cum cæteris quoque Illyrici provinciis ſpeciali nexu ad Rom. Pontificis curam, Ruſo Theſſalonicenſium Archiepiſcopo ab anno 412. demandatam, pertinuiſſe conſtat. Vid. de Marca *de Concord. Sac. & Imp. Lib. V. Cap.* 19. *& ſeqq.* Idem illuſtriſſimus Præſul, aut potiùs ejus Continuator Baluzius *cit. Lib. V. Cap.* 24. *n.* 2. appoſitè ad hanc materiam: „ Conſtat, inquit, ex Innocentii Epi-
„ ſtola ad Rufum, eâ tantùm delegatione effectum, ut cauſæ
„ quæ ſecundùm morem referri debebant ad Romanum Ponti-
„ ficem, *VELUT AD PATRIARCHAM OCCIDENTIS*,
„ ad curam pertinerent Theſſalonicenſis Antiſtitis. “

Si nunc Synodorum Provincialium, ſi Patriarcharum in Oriente & in Occidente fuit in lege univerſali de non transeundo ab uno Epiſcopatu ad alium, ex cauſis neceſſitatis aut utilitatis Eccleſiarum diſpenſare; perſtabit quod Febronius docuit, quódque ejus adverſarius totis ſuis viribus, quamvis inanibus,

nibus, impugnare conatus eſt: nempe jus illud ſuâ origine neque eſſe reſervatum Primatis univerſalis Eccleſiæ, neque argumentum juris majeſtatici *divinam* hujus in illo probans originem.

V.

Ut nihil eorum, quæ in rem ſuam Jeſuita producit, præter miſiſſe videamur, illud etiam hic addimus quod *cit. pag.* 401. ulteriùs profert de *IRENÆO* quem Patres Tarraconenſes in Hiſpania ad Barcinonenſem Eccleſiam à municipali quodam Epiſcopatu transferre ſynodaliter decreverant; quémque *Hilarus* Papa, cùm res ad eum ab ipſismet Tarraconenſibus delata eſſet, ab Eccleſia Barcinonenſi ſtâtim removeri, ſuæque reſtitui juſſit. De duobus eâ occaſione agebatur: 1.) de Irenæo ab una Eccleſia ad aliam transferendo, 2.) de probanda deſignatione, quam Nundinarius Barcinonenſis Antiſtes ante ſuum deceſſum fecerat ſui Succeſſoris, memorati Irenæi. Utramque juri communi adverſantem circumſtantiam Tarraconenſis provinciæ Epiſcopi ad *Hilarum* Papam referunt. Eorum hac de re Epiſtola proſtat apud Harduinum *Tom. II. col.* 801. Erant tum fortè (anno 465.) occaſione diei anniverſariæ electionis Hilari plures Epiſcopi Romæ congregati, quibuscum Pontifex Synodum habuit. Acta hujus Synodi, cui Hiſpanorum præfata Epiſtola ſubjuncta eſt, edidit Harduinus *l. cit. col.* 799. Seriùm in ea de negotio deliberatur; attamen de *Translatione* nihil ſtatuitur; quippe cujus judicium Romana Synodus non ad ſe, ſed ad Tarraconenſes ipſos pertinere noverat, qui eam ob allegatam in ſua Epiſtola evidentem Eccleſiæ Barcinonenſis utilitatem ſuo jure poterant decernere. Aliud erat de nullatenus per Canones permiſſa nec admittenda *Succeſſoris deſignatione*; hæc ad Cuſtodem & Vindicem Canonum magis reſpiciebat. Igitur hanc *Hilarus* cum ſua Synodo in ſeriam ſumit deliberationem his ille præfatus verbis: „ Fratres „ nova & inaudita (ſicut ad nos miſſis de Hiſpaniis epiſtolis, „ ſub

„ ſub certa relatione pervenit) in quibuſdam locis perverſita-
„ tum ſemina ſubinde naſcuntur. Denique nonulli Epiſcopa-
„ tum, qui nonniſi meritis præcedentibus datur: non divi-
„ num munus, ſed hereditarium putant eſſe compendium:
„ & credunt, ſicut res caducas atque mortales, ita Sacerdo-
„ tium, velut legati aut teſtamenti jure, poſſe dimitti. Nam
„ plerique Sacerdotes in mortis confinio conſtituti, in locum
„ ſuum feruntur alios deſignatis nominibus ſubrogare: ut ſci-
„ licet non legitima exſpectetur electio, ſed defuncti gratifi-
„ catio pro populi habeatur aſſenſu. Quod quàm grave ſit,
„ æſtimate. Atque ideo, ſi placet, etiam hanc licentiam ge-
„ neraliter de Eccleſia auferamus, ne (quod turpe dictu eſt)
„ homini quiſquam putet deberi. quod Dei eſt . . . . . *Ab*
„ *univerſis Epiſcopis & Presbyteris acclamatum eſt*: *Exaudi*
„ *Chriſte. Hilaro vita*: *dictum eſt decies. Hæc præſumtio*
„ *nunquam fiat*: *Quæ Dei ſunt, ab hominibus dari non poſſunt.*
„ . . . . *Acclamatum eſt, ut hæc emendentur: ut hæc recidan-*
„ *tur: ut Diſciplina ſervetur: ut antiquitas ſervetur: ut Cano-*
„ *nes cuſtodiantur &c.* " Adde Thomaſinum *Part. II. Lib. II. Cap.* 60. *n.* 1.

Atque ita hìc iterum, quod Adverſarius pro ſe & favore ſui ſyſtematis proferre conatus eſt, adverſùs eum omni jure vertitur; jùſque transferendi ad Romanum Præſulem, *quà univerſalis Eccleſiæ Primatem*, non ſpectare, pluribus argumentis & documentis (quorum inopiam ille *pag.* 403. pro ſua parte non immeritò incuſat, quando nos talibus minimè caremus) ex antiquitate evincitur.

Cùm non ſit neque hujus loci neque noſtri propoſiti, integrum de *Translationibus* tractatum inſtituere, ac plura illarum exempla, quæ citra auctoritatem ſummi Pontificis tum in *Oriente* tum in *Occidente* factæ ſunt, recenſere; ſic brevitatis amore Lectorem ad doctiſſimum ſimul ac laborioſiſſimum Thomaſſinum remittimus, qui *cit. Lib. II, Cap.* 60. 61. 62. 63.

Digitized by Google

63. & 64. hujus Juris & Diſciplinæ hiſtoriam atque fata egregiè pertractat. Atque hæc ſufficiunt ad noſcendum (de quo inter nos primario agitur) *an Eccleſia ſemper crediderit, Translationes Epiſcoporum originariè & quaſi naturaliter, imò divinâ inſtitutione*, ad propria Papatûs jura pertinere: an non potiùs in poteſtate Eccleſiæ ſit ſempérque fuerit, pro variantibus circumſtantiis & Diſciplinæ ratione, hoc jus háncque poteſtatem in communi & generali lege Canonica, Translationes prohibente, ex legitimis cauſis diſpenſandi, primùm Synodis Provinciæ; dein Patriarchis; pòſt Synodis & Pontifici diviſim vel conjunctim, demum Romano Pontifici ſoli, committendi. Omnibus his ponderatis quisque facilè intelliget, jus illud, quo hac in parte Papa nunc gaudet; & *ſolus* quidem in Occidente, ex unius eſſe Eccleſiæ proviſione, per conſenſum ſaltem tacitum & acceptationem Epiſcoporum, Synodorum, imò & Principum. Durat perdurabitque hic conſenſus, quoad Eccleſiæ è re ſua eſſe videbitur.

VI.

A *Translatione* Epiſcoporum progrediamur cum noſtro Adverſario ad eorum *Judicia*. Hic ille præſtat, quod alibi plerumque: Scilicet exemplis undequaque corraſis, & eis quidem præpoſterè applicatis, dimicat; nulla ei de ſacris Canonibus cura. Allegavimus ei pro Provincialibus Synodis, tanquam genuinis Epiſcoporum judicibus, evidentes Sanctiones Conciliorum, Antiocheni, Sardicenſis, Conſtantinopolitani I., Chalcedonenſis &c. Quid ad hæc ille? Nihil. Nempe illud genus hominum *factis* certare mavult quàm *jure*. Videamus tamen exſtantiora ex factis, quibus innititur, & ponderemus ea, initium facientes à *PATRIARCHIS Orientis*, quorum dejectiones è RR. Pontificibus definitivè judicatas aſſerit.

Primùm provocat ad Epiſtolam, quam ad Euſebianos in cauſa S. *ATHANASII* ab illis depoſiti ſcripſit *Julius* I. In ea

Digitized by Google

ita S. Pontifex: *Oportuit omnibus nobis* (in Romana Synodo congregatis) *ſcripſiſſe, ut ita ab omnibus, quod juſtum eſſet, decerneretur. Epiſcopi enim erant, qui patiebantur, nec vulgares Eccleſiæ, quæ vexabantur, ſed quas Apoſtoli per ſe gubernarunt.* (Alexandrina cum primis, cui Athanaſius Epiſcopus præerat) . . . . . *An ignoratis hanc eſſe conſuetudinem, ut primùm nobis ſcribatur, & hinc, quod juſtum eſt, decernatis.* Hæc ille *pag.* 420. addens, quam Julius *conſuetudinem* appellat, eam à Socrate *Eccleſiaſticam legem*, à Sozomeno *legem Sacerdotalem* vocari. His ſubjungit, tertio jam Sæculo Alexandrinos, cùm S. Dionyſius eorum Præſul in hæreſeos ſuſpicionem ipſis veniſſet, non antea quidquam in illum ſtatuiſſe, quàm ad S. Dionyſium Romanæ Eccleſiæ Pontificem de tota re litteras dediſſent &c.

Si Zaccaria ſinceri Scriptoris partes explere voluiſſet, non prætermiſiſſet Lectorem de ſequente in jam memoratam Julii Epiſtolam Conſtantii obſervatione, ei minimè ignotâ, monere, quippe quæ totam Jeſuitici argumenti vim dejicit. Noſtrum igitur eſt hunc ſupplere defectum, & infidelitatem corrigere. Sic itaque erudititiſſimus S. Benedicti Sodalis *col.* 386.
„ Ad hunc locum haud dubiè reſpexit Socrates Lib. II. Cap.
„ 17., ubi ſcribit Julium, litteris ad eos, qui Antiochiæ con-
„ venerant, miſſis, in primis conqueſtum eſſe, *quòd contra*
„ *Canones ipſum ad Synodum non vocaſſent: cùm Eccleſiaſticâ re-*
„ *gulâ interdictum ſit, ne præter ſententiam Romani Pontificis,*
„ *quidquam ab Eccleſia decernatur.* Socrati Sozomenus Lib.
„ III. Cap. 10. concinens, tradit *pro irritis habenda eſſe: quæ*
„ *præter ſententiam Epiſcopi Romani fuerint geſta.* Utriusque ver-
„ bis nonnihil mutatis Epiphanius Hiſt. Tripart. Lib. IV. Cap.
„ 9. innuit, irritam eſſe Synodum Antiochenam, quia *neque*
„ *Julius ei interfuit, neque in locum ſuum aliquem deſtinavit;*
„ *cùm utique regula Eccleſiaſtica jubeat, non oportere præter ſen-*
„ *tentiam Romani Pontificis concilia celebrari.* Hinc Iſidorus
„ Mercator in ſcripto Julii nomine confictо ad Orientales n.

„ 3, af-

„ 3. affirmat, *Canonibus in Nicæna Synodo jubentibus, non de-*
„ *bere præter ſententiam Romani Pontificis concilia celebrari,*
„ *nec Epiſcopos damnari.* Addit & in altera æque falſa Julii ad
„ eosdem Orientales Epiſtola n. 4. *dudum à ſanctis Apoſtolis*
„ *ſucceſſoribúſque eorum in præfatis antiquis decretum ſtatutis,*
„ *quæ hactenus ſancta & univerſalis apoſtolica tenet Eccleſia, non*
„ *oportere præter ſententiam Romani Pontificis concilia celebrari,*
„ *nec Epiſcopum damnari.* Sententiam Julii, dum à diverſis
„ tractatur, qui eadem verba interpolare amant, quis crede-
„ ret tam diverſa rerum facie exhiberi potuiſſe? Inficiandum
„ tamen non eſt, eo pactò, quo res tum erant, cùm ſcilicet
„ Euſebianorum legati Synodum à Julio petiiſſent, cùm Ju-
„ lius eorum petitioni annuens Epiſcopos Romam vocaſſet,
„ cùm plurimi jam veniſſent, Euſebianis præter Romani Pon-
„ tificis ſententiam nec concilia celebrare, nec de contro-
„ verſis rebus decreta ſancire, nec accuſatos Epiſcopos dam-
„ nare licuiſſe. At in eo falſi ſunt Socrates & Sozomenus,
„ quòd hæc Julii verba, *An ignoratis hanc eſſe conſuetudinem,*
„ *ut primùm nobis ſcribatur; & hinc, quod juſtum eſt, decerna-*
„ *tur,* de una *Alexandrina* Eccleſia ab eo dicta, de *univerſa*
„ interpretati ſint. Ei autem conſuetudini, quam Julius hic
„ vindicat, ſuffragantur geſta Dionyſii Alexandrini, qui cùm
„ in ſuſpicionem veniſſet hæreſeos, ad Dionyſium Romanum
„ delatus, ſe ſe purgare non diſtulit. Et id quidem Romani
„ Pontificis in Alexandrinam Eccleſiam ſpeciale jus ad hujus
„ Eccleſiæ originem referre licet, quippe quæ Petrum jam
„ Romæ conſtitutum, Marci ipſius diſcipuli operâ, ſeu, ſi
„ mavis cum Leone, Marcum in omnibus Doctoris ſui Petri
„ magiſterio in omnibus conſonantem, fundatorem habuit. “
Sic illud, quod ex errore referunt Socrates & Sozomenus, quod ex falſo Iſidorus Mercator, quod de particulari *Alexandrina* Eccleſia, quin & de *ſingulari facto* tradit Julius Pontifex, hoc contra manifeſtum tot ſacratiſſimorum Canonum tenorem Jeſuita in univerſale Conſtitutum erigit. Porro quàm remotus fuerit Papa Julius ab eo, ut *ſolus* de cauſis omnium Epi-

ſcoporum cognoſcere velle videretur, apparet non ex uno hujus Epiſtolæ loco. Etenim num. 2. poſtulatam memorat Synodum, *ut coram OMNIBUS juſtum poſſet proferri judicium:* & num. 18. narrat: qui ex plurimis partibus Epiſcopi vexati *coram OMNIBUS Epiſcopis congregatis* expoſtulationes ſuas in medium protulerint; atque num. 21. ad eosdem rurſum vocandos ſe paratum ſignificat, *ut præſentibus OMNIBUS, qui rei ſunt, convincantur*: demum num. 22. *oportuit*, inquit, *OMNIBUS nobis ſcripſiſſe, ut ita AB OMNIBUS QUOD JUSTUM EST, DECERNERETUR.* „ Quocirca (ſic rectè concludit Conſtantius) quemvis Epiſcopum ſine Romani Pontificis conſenſu judicari non poſſe hinc minimè conficitur. Aliter verò de *Alexandrini* Epiſcopi judicio ſentiendum. Ubi enim „ de illo nominatim loquitur Julius, ait, *hanc eſſe conſuetudinem, ut primùm ſcribatur nobis*, nec addit *omnibus*; & mox: „ *Ad hanc Eccleſiam ſcribendum fuit.* “

VII.

Alterum exemplum depoſiti (ùt ille quidem prætendit) a Rom. Pontifice Patriarchæ Orientis, eſt illud *NESTORII* Conſtantinopolitani. Nos illum non à *Cæleſtino* Papa, ſed ab Epheſina Synodo damnatum & exautoratum fuiſſe probavimus *Tom. I. Cap. V. §. 4. n.* 2. Idem ſentiunt Michaël Le Quien *in Oriente Chriſtian. Tom. I. pag.* 216. & alii. Equidem adverſùm hæc Zaccaria in ſuo Antifebronio italico *Tom. II. Lib.* 1. *Cap. 6. n.* 5. prætendit, Epheſinos Patres nudos fuiſſe Pontificiæ ſententiæ executores, ex quo ejuſdem Synodi Act. I. ipſimet aſſerant, ſe *coactos per ſacros Canones & Epiſtolam ſanctiſſimi Patris ſui & comminiſtri Cæleſtini Romanæ Eccleſiæ Epiſcopi, lacrymis ſubinde perfuſos, ad lugubrem hanc contra eum* (Neſtorium) *ſententiam neceſſariò veniſſe.* „ Magni, inquit de Marca *Lib. V. Cap.* 11. *n.* 2. momenti ſunt illa verba, quibus „ ſe *coactos* dicunt, id eſt, *ex officio adſtrictos*, ut Canonibus, „ qui contumaciam plectebant, & rebus à Cœleſtino adver-

„ ſùs

„ ſiis impietatem decretis, morem gererent. Ea eſt enim au-
„ ctoritas Epiſtolæ Pontificis, ut parendi neceſſitas incumbat,
„ *poſtquam DISCUSSIONE FACTA, ſacris Scripturis & tra-*
„ *ditioni majorum congruere invenitur.* Quo examine defuncta
„ erat Synodus Epheſina antequam judicium ferret adverſùs
„ Neſtorium.

Paulò antè idem Vir illuſtriſſimus ſcripſerat: „ Cyrillus Ale-
„ xandrinus ex ſententia Cœleſtini atque ſua totiúsque Synodi
„ Ægyptiacæ Synodicam Epiſtolam ad Neſtorium dedit; qua
„ eum hortatus eſt, ut à ſtolidis Dogmatibus, quæ publicè
„ docebat, deſiſteret; quod niſi intra tempus in litteris Cœ-
„ leſtini præſinitum præſtaret, certò ſciret, ſe à communione
„ totius Eccleſiæ excidiſſe. Cogitur Epheſina Synodus: ubi
„ recitatis Cœleſtini & Cyrilli epiſtolis & Neſtorium, atque
„ prolatis, è Patrum antiquorum operibus excerptis aliquot
„ ſententiis, Neſtorii impietas convicta & Cœleſtini atque Cy-
„ rilli ſincera fides omnium conſenſu approbata eſt. Quare
„ *ſententia depoſitionis in Neſtorium ter evocatum & contuma-*
„ *cem fertur à Synodo*; ita tamen, ut ejus condemnandi au-
„ ctoritas in Cœleſtinum quoque referatur. Etenim apertè
„ profitentur Patres Synodi, ſe & à Sacris Canonibus & è
„ Cœleſtini epiſtola *coactos* ad eam ſententiam ferendam.
„ Quaſi dicerent, *Cœleſtinum epiſtolâ ſuâ Synodo auctorem fuiſ-*
„ *ſe damnandi Neſtorii.* "

Pro firmando Pontificis jure Epiſcopos deponendi provo-
cat inſuper Advenſarius *l. cit. n.* 6. ad Relationem, quam
Epheſina Synodus miſit ad Cœleſtinum Papam apud Conſtan-
tium *col.* 1175., in qua Patres num. 6. *lectis*, inquiunt, *in
ſancta Synodo geſtis, quæ celebrata ſunt in depoſitionem irreli-
gioſorum Pelagionorum & Cœleſtianorum, Cœleſtii, Pelagii, Ju-
liani, Præſidii, Flori, Marcelliani, Orontii, & ſimilia eis ſa-
pientibus, cenſemus & nos valida & firma perdurare, quæ de-
finita fuerunt à tua reverentia, & conſentanei ſumus in ſententia*
 omnes,

Digitized by Google

omnes, depoſitos eos habentes. Pro ſolutione huius ænigmatis Lectorem ſimpliciter remittimus ad Conſtantii *Not. e. cit. col.* 1173., & ad eam, ad quam ipſe ſe refert, Cœleſtini Epiſtolam XIII. Cum quibus denique conferenda, quæ ex Petro de Marca mox relata ſunt.

Ad alias deinde Jeſuita procedens Orientalium Patriarcharum, à RR. Pontificibus prætenſè depoſitorum cauſas, refert illam in ſuo Antifebronio italico *cit. Cap. 6. n. 7. DIOSCORI* Alexandrini, qui revera *in Chalcedonenſi Synodo* exauctoratus fuit. In Antifebronio Vindicato *Tom. III. pag.* 423. recitat verba Gelaſii in Commonitorio ad Fauſtum, nec non in Epiſtola ad Epiſcopos Dardaniæ, quibus aſſeritur, Apoſtolicam Sedem more majorum, etiam ſine ullâ Synodo præcedente, exſolvendi, quos Synodus iniqua damnaverat, & damnandi, nullâ exiſtente Synodo, quos oportuit, habuiſſe facultatem: allegando exempla Athanaſii, Joannis Chryſoſtomi, Flaviani. Utrumque crambe recocta eſt. Primo abunde ſatisfiet iis, quæ de negotio Flaviani & Dioſcori tradidere Boſſuetus *Lib. XIV. Cap.* 15. de Marca *Lib VII. Cap.* 7. 8. Le Quien *Orien. Chriſt. Tom. II. col.* 409. *ſeqq.* Alterum prævenit Febronius *Tom. I, Cap.* 5. §. 8. 9.

Demum ex ſeptimo ſæculo adducit *PAULUM CONSTANTINOPOLITARUM* Epiſcopum, à Theodoro Papa ob hæreſim Monothelitarum depoſitum. Equidem Paulum ab *Apoſtolica Sede* exauctoratum, ſcribit Anaſtaſius Bibliothecarius, quod Baronius ad Papam *Theodorum* refert. Baronium refellit Combefiſius in Hiſtoria Monothelitarum, ex rationibus, quas memorat Natalis Alexander *Hiſt. Eccleſ. Tom. V. pag.* 541. Inter has una eſt, quòd Benedictus Epiſcopus Ajacenſis, aliique Epiſcopi in Concilio Lateranenſi anni 649. Pauli damnationem urgentes, ſatis indicent, nullum hucusque anathema illi inflictum; ſiquæ enim lata fuiſſet à Theodoro in Paulum ſententia, ea in dicto Concilio laudata eſſet

ùt

Digitized by Google

ùt graviſſimum adverſùs ipſum præjudicium. Quidquid ſit, dixit in memorata Synodo Martinus PP. I., Theodori ſucceſſor, apud Harduinum *Tom. III. col.* 699. Paulum *juſta ab Apoſtolica Sede depoſitionis ultione percuſſum eſſe*; attamen mox ſubjungit, Paulum pro ſua ſuique erroris defenſione adverſùm hæc ad Imperatoris ſolium confugiſſe. Ab his licet inferre cum laudato de Marca, Theodori quidem cenſuram, ſicuti ab ipſo Paulo, ita nec à Patribus Lateranenſis Synodi pro vera & definitiva depoſitionis ſententia habitam fuiſſe; hanc ipſa demum Synodus in Paulum ejúſque doctrinam tulit, *diſcuſſione factâ*; auctor tamen, & quidem juſtus, totius proceſſûs fuit Papa Theodorus. Quinimo obſervat Ludovicus Du Pin *de Antiqua Eccleſiæ Diſciplina Diſſert. II. pag.* 236. cauſam Monothelitarum in Lateranenſi plurium Epiſcoporum Concilio quidem diſcuſſam, & eorum dogma reprobatum fuiſſe, attamen illam non eſſe finitam ante judicium Synodi univerſalis Conſtantinopolitanæ, ubi omnia de integro tractata ſunt.

VIII.

A *Patriarcharum* depoſitione progreditur Zaccaria ad illam *METROPOLITANORUM*, initium ſat infeliciter faciens *pag.* 428. ab illa *MARCIANI* Arelatenſis, quam inani prorſus dilemmate à Stephano Papa ejúſque auctoritate perfectam fruſtra prætendit. Nos genuinâ facti enarratione totam adverſantis argumenti vim facilè evacuabimus. Marcianus Epiſcopus Arelatenſis ſe factioni Novatiani adjunxerat. Epiſcopus Lugdunenſis Fauſtinus & Collegæ ejus, cùm intelligerent ſuæ jurisdictioni non ſubjacere Marcianum, eò quòd in aliena Provincia, Narbonenſi nimirum, Epiſcopus eſſet, Stephanum Papam & Cyprianum per epiſtolas convenerunt ut laboranti Eccleſiæ conſulerent. Agebatur de hæreſi jam damnata. Ideóque Cyprianus *Epiſt.* 67. ad Stephanum Papam ait, communem cauſam eſſe omnium Epiſcoporum, neque opponi poſſe diſcretionem Provinciarum: *Idcirco enim*, inquit, *copio-*

ſum eſt Corpus Sacerdotum concordiæ mutuæ glutino atque unitatis vinculo copulatum, ut ſi quis ex collegio noſtro hæriſim facere vel gregem Chriſti lacerare & vaſtare tentaret, ſubveniant cæteri, & quaſi Paſtores utiles & miſericordes, qui oves dominicas in greges colligant. Unde concludit, deponendum eſſe Marcianum, qui jam ab univerſis Epiſcopis damnatus erat, nimirum in perſona Novatiani. *Ex quibus cùm Martianus eſſe cœperit* (ſic addit Cyprianus) *& ſe Novatiano conjungens, adverſarius miſericordiæ & pietatis extiterit, ſententiam non dicat, ſed accipiat; nec ſic agat, quaſi ipſe judicaverit de collegio Sacerdotum, cùm ipſe ſit ab univerſis Sacerdotibus judicatus.*

Convenerunt, inquam, Stephanum per litteras ſuas Cyprianus, & per Cyprianum Epiſcopi Galliæ, non ut Marcianum (qui jam *ab univerſis Sacerdotibus judicatus erat*) ad ſe evocatum tribunali ſuo præſentem ſiſtat: Non ut aliquem à latere ſuo deleget in Provinciam, qui perduellem Epiſcopum Vicariâ ſui poteſtate judicet: Non ut è Sede ſua ſententiam ferat, quam Gallicanis poſtmodum Epiſcopis tanquam executoribus effectui mandandam communicet; ſed ut Gallicanos Epiſcopos plebémque Arelatenſem moneat, *ne ultrà Marciano communicent, ſed ut, eo abſtento, alter in ejus locum eligatur.*

Porro vero ſimillimum eſt, totum hoc Marciani negotium in Gallicana Synodo terminatum fuiſſe. Imprimis enim alius Epiſcopus Arelatenſis in locum Marciani conſtitui & conſecrari non potuit ſine aliquot Epiſcopis in unum congregatis ad impoſitionem manuum celebrandam; & ipſe hic conventus erat ſpecies Synodi. Deinde in eadem Synodo abſtentionem Marciani priùs eſſe declaratam indicant verba Cypriani, qui utrumque negotium connectit: *Dirigantur*, inquit, *in Provinciam* (id eſt, *ad Coëpiſcopus in Galliis conſtitutos*, ùt priùs dixerat) *& ad plebem Arelate conſiſtentem à te literæ, quibus, abſtento Marciano, alius in locum ejus ſubſtituatur, & grex Chriſti, qui in hodiernum ab illo diſſipatus & vulneratus con-*

tem-

Digitized by Google

temnitur, *colligatur*. Hæc omnia Synodi materies erant, ſive Abſtentio in proprio ſignificatu ſumatur, ſcilicet pro *negatione communionis*, ſive in extraneo, pro *depoſitione;* utrumque Synodi negotium eſt.

IX.

Rem penè confeciſſe ſibi videtur noſter Lojolæ filius, quando *pag.* 430. hæc Romani Concilii ſub Damaſo an. 374. ad Gratianum & Valentinianum Impp. verba apud Conſtantium *col.* 527. deſcribit, & ipſe quidem ſat incompletè; *Jubere pietas veſtra dignetur*, *quicumque vel ejus*, *vel noſtro judicio*, *qui Catholici ſumus*, *fuerit condemnatus*, *atque injuſtè voluerit Eccleſiam retinere . . . . . ſi in longinquioribus partibus hujuſmodi emerſerit quæſtio*, *ad Metropolitani per locorum judicia deducatur examen: vel ſi ipſe Metropolitanus eſt*, *Romam neceſſarió*, *vel ad eos quos Romanus Epiſcopus judices dederit*, *contendere ſine dilatione jubeatur.* Quod ſic petitum eſt, id iisdem, quibus rogatum fuerat, verbis ab Auguſtis conceſſum legitur *col.* 532. Triplex & adæquata eſt ad hoc reſcriptum reſponſio: Prima Petri de Marca *Lib. VII. Cap.* 11. *n.* 3. ubi. „ Confuſio, inquit, quæ in his ſynodis occurrebat, & lentitudo negotiorum quas invehebant reſcripta Principum, novæ Conſtitutioni occaſionem præbuerunt, quæ ab Imperatore Gratiano edita eſt juxta poſtulata cujusdam Synodi Romanæ. Gratianus ergo jurisdictionem Eccleſiaſticam ordinavit *quoad judicia Epiſcoporum de hæreſi ſuſpectorum*; & in ea lege magna ratio habetur ſummi Pontificis, ſed alio prorſus modo quàm eo qui fuerat præſcriptus in Synodo Sardicenſi. “ Itaque *univerſalis* non fuit hæc Conſtitutio, ſed tantùm pro caſibus, quibus Epiſcopi de *hæreſi* erant ſuſpecti, imò convicti & damnati: quod eo tempore non infrequens fuiſſe, atque adeo promptum remedium deſideraſſe ipſa docet Romanæ Synodi ad A. A. Epiſtola. Alterum reſponſum, neque illud minùs ſolidum, ſuppeditat Gerbaſius *Diſſert. de Cauſis majoribus pag.* 182. nem-

pe, quòd lex ad ſupplicationem ejuſmodi lata *temporaria tantùm* fuerit, atque ad id unum comparata, ut pax Eccleſiæ redderetur, quam turbabat Urſinus: útque Epiſcopi, qui legitimis obtemperare judiciis recuſabant, ad obſequium cogerentur. Tertia obſervatio eſt Ludovici Du Pin *de Antiqua Eccleſiæ Diſcipl. Diſſ. II. Cap.* 1. §. 3. *pag.* 122. aſſerentis, Gratiani Decretum nunquam fuiſſe uſu receptum; addit *ibid.* non dubitari quidem, quin Epiſcopi Eccleſiarum illarum, quarum Metropolitanus era Pontifex, fuerint ab ipſo dejecti in Synodo Provinciæ; attamen extra Italiam & Suburbicarias Eccleſias, præſertim in Gallia nunquam Metropolitanos omiſſo medio ſubjectos fuiſſe Romani Epiſcopi judicio, ùt Gratiani lex ſancire videtur. Sanè Innocentius I. in Epiſt. ad Victricium Rotomagen. diſertè ait, omnes omnino cauſas Galliæ non ante judicium Synodi Provinciæ ad Sedem Apoſtolicam referri debere: *Si autem*, inquit, *majores cauſæ in medium fuerunt devolutæ ad Sedem Apoſtolicam, ſicut Synodus ſtatuit, poſt Epiſcopale judicium, referantur.* Haud dubiè Metropolitanorum excepiſſet cauſas, ſi hæ ſine medio ad Sedem Apoſtolicam devolutæ fuiſſent. Uno verbo Pontifices Romani, poſt legem Gratiani, id unum tantùm petierunt, ut detur appellatio ad Romanam Sedem à judicio Synodi Provinciæ, non ut ulla cauſa ad ſe primum deferatur; ex quo perſpicuum eſt, eos legem Gratiani non magni feciſſe. His demum idem Pariſienſis Theologiæ Doctor *pag.* 123. ſubjungit, *innumeris exemplis conſtare Metropolitanos à Synodis Provinciæ dejectos fuiſſe.*

Quare æque falſa ac temeraria eſt Zaccariæ aſſertio pag. 431. nempe, *poſt Gratiani legem Metropolitanum non inveniri in Occidente dejectum, niſi cauſâ à Romano Pontifice judicatâ.* Tom III. Febroniano pag. 65. ſeqq. recenſentur plures Antiſtites per ſolas Synodos, nihil cooperante Rom. Pontifice depoſiti; inter hos poſt annum 374. proinde poſt Conſtitutionem Gratiani, ex Metroplitanis ſunt Salonius Ebredunenſis an. 567. Prætexatus Rotomagenſis an. 577. Ægidius Remenſis an. 590. Ebbo pariter Remenſis an. 835.

X.

X.

Dum à Patriarchis ad Metropolitanos, ab his ad *ſimplices* EPISCOPOS viam facit Zaccaria, non diffitetur horum plures à Metropolitanis & horum Synodis, inconſulto Romano Pontifice, eſſe dejectos; ſed addit *pag.* 449. eam fuiſſe *horum Metropolitarum Febronianis fortaſſe doctrinis imbutorum temerariam præſumptionem.* Quæ miſeriæ! An temeraria eſt præſumptio ſequi ſacratiſſimas leges? Intueamur breviter Canonem quintum Concilii generalis Nicæni. Sic ille fert primò: *de iis qui communione privantur, vel ex Clero ſeu ex laico ordine, ab Epiſcopis uniuſcujusque Provinciæ ſervetur hæc ſententia ſecundùm Canonem, qui pronuntiat, ut hi qui ab aliis abjiciuntur, ab aliis non recipiantur.* Loquitur Canon indefinitè de illis ex Clero, qui non à ſuo Epiſcopo, & in ſua Diœceſi, ſed ab Epiſcopis Provinciæ, conſequenter Synodali decreto, cui omnes, *etiam Epiſcopi*, ſubſunt, judicantur & excommunicantur. Mentem hujus primæ Generalis Synodi diſtinctiùs explicat Canon II. Concilii generalis ſecundi, omnem adminiſtrationem rerum Eccleſiaſticarum Synodo Provinciæ ex Concilii Nicæni decreto (perinde eſt, ſive Canon ille quintus ſit, ſive ſextus) tranſcriptam aſſerens: *Servatâ,* inquit Canon ille II. *quæ præſcripta eſt de gubernationibus regulâ, manifeſtum, quòd illa quæ ſunt per unamquamque Provinciam ipſius Synodus Provinciæ adminiſtret, ſicut Nicæno conſtat decretum eſſe Concilio.* Eodem modo Canonem Nicænum intellexerunt Epiſcopi Africæ in Epiſtola ad Cœleſtinum apud Conſtantium col. 1060. ubi *præfato*, ajunt, *debitæ ſalutationis officio impendiò deprecamur, ut deinceps ad veſtras aures hinc venientes non faciliùs admittatis, nec à nobis excommunicatos in communionem ultrà velitis excipere: quia hoc etiam Nicæno Concilio definitum facilè advertat Venerabilitas tua. Nam & ſi de inferioribus Clericis vel de laicis videtur ibi præcaveri, quantò magis hoc de Epiſcopis voluit obſervari? ne in ſua Provincia à communione ſuſpenſi, à tua Sanctitate præproperè vel indebitè videantur communioni reſtitui.*

 Notat

Digitized by Google

Notat Conſtantius à margine, hæc ad Canonem Nicænum quintum referri. Sed quia ſolos Afros hujus controverſiæ judices Romani fortè non admittent, addimus Innocentium PP. I. in Epiſtola II. ad Victricium Rotomagenſem Cap. 3. ſcribentem: *Si quæ autem cauſæ vel contentiones inter Clericos, tam ſuperioris ordinis, quàm etiam inferioris, fuerint exortæ, ut, ſecundùm Synodum Nicænam, congregatis ejuſdem Provinciæ Epiſcopis jurgium terminetur.* Hæc iterum ad Canonem V. Nicænum reſpicere obſervat cum aliis Petrus Couſtant *col.* 749. Equidem verbis jam relatis illicò ſubjungit Innocentius: *ſine præjudicio tamen Romanæ Eccleſiæ, cui in omnibus cauſis debet reverentia cuſtodiri.* Sed id de ſuo addit Pontifex; idque ex Sardicenſi Canone; nobis pro nunc ſatis eſt, quòd agnoſcat Canonem V. Concilii Nicæni intelligendum eſſe de majoribus Epiſcoporum cauſis.

Diſtinctiùs Epiſcopalium judiciorum ratio expreſſa eſt in Concilio Antiocheno anni 341. cujus quidem Canones cum Nicænis antiquo Eccleſiæ Codici inſerti, atque ita in Concilio Chalcedonenſi approbati, & deinceps in Eccleſia univerſa in auctoritatem admiſſi ſunt. Illius Concilii Can. XV. edicitur: *Si quis Epiſcopus de certis criminibus accuſatus condemnetur, ab omnibus Epiſcopis ejusdem Provinciæ, cunctique conſonantes eamdem contra eum formam decreti protulerint, hunc apud alios minimè judicari, ſed firmam concordantium Epiſcoporum Provinciæ manere auctoritatem.* Sic ſi in unum conveniant Epiſcoporum ſententiæ, tunc, quod definiverant, ratum erat, nec à quoquam poterat diſſolvi. Si verò inter Epiſcopos judices non conveniret, pro eo caſu ſtatuit eadem Synodus Can. XIV., *ut* tunc *Metropolitanus Epiſcopus à vicina Provincia judices alios convocet, qui controverſiam tollant, ut per eos ſimul & Comprovinciales Epiſcopos, quod juſtum fuerit, approbetur.* Duabus hiſce legibus, quæ per ſe apertæ ſunt, judicandorum Epiſcoporum forma ſic traditur, ut nec in una nec in altera Apoſtolicæ Sedis aut Romani Pontificis nomen prolatum ſit. De Canone

XII.

XII. Synodi Antiochenæ, quo Imperatores per ſua reſcripta Epiſcoporum judicia ſubinde retractari permittunt, uti factum in cauſis Athanaſii, Joannis Chryſoſtomi & aliorum, de hoc inquam Canone & qualiter cum ordinaria Synodalium judiciorum indiſſolubilitate non pugnet, latiùs diſſerunt Van Eſpen *Comment. in Canones. edit Colon. an.* 1755. *pag.* 147. Du Pin *de Antiqua Eccleſ. Diſcipl. Diſſert. II, Cap.* 1. §. 2. *pag.* 103. de Marca *Lib. IV. Cap.* 2.

Hujus Synodi Canonibus opponit Zaccaria *pag.* 439. *ſeqq.* primùm: *duplex* fuiſſe *Antiochenum* Concilium: alterum ab Euſebianis habitum in Encæniis an. 341. alterum ab Orthodoxis ante annum 335. Priori horum Conciliorum tribuit Canones, qui in omnibus Collectionibus inter Antiochenos ſunt, II. IV. V. XII. XIII. XIV. XV. Reliquos Catholicorum Synodo aſſignat. Verius eſt, omnes illos Canones primo horum Conciliorum, id eſt Euſebiano, (quod juxta Sozomenum erat 96. Patrum) deberi. Sed quid inde? Quis neſcit, etiam ab hominibus hæreſis fermento infectis nonnunquam ſanctiſſimam, optimámque regendæ Eccleſiæ diſciplinam præſcribi; maximè dum ipſi orthodoxi videri amant. Quidquid ſit, illud apud omnes in confeſſo eſt, in his Canonibus puriorem ac priſtinam Patrum diſciplinam elucere. Quin & hos Canones jam pridem in Codicem Canonum relatos fuiſſe evincitur ex Actis Concilii Chalcedonenſis. Poſt hæc Dionyſius Exiguus eoſdem ex græco in latinum vertit, atque in ſuum Codicem retulit eodem ordine, quo in græco Codice priùs extabant; quem Codicem Dionyſianum pro ſuo Codice Canonum Eccleſia Romana recepit. Quare & Hadrianus I. non dubitavit integram Antiochenœum Canonum ſeriem illi Codici inferre, quem pro norma Occidentalium Eccleſiarum Carolo M. Romæ tradidit apud Harzhemium *Concil. Germ. Tom. I. à pag* 131. Quod ſæculo IX. Romana Eccleſia his Canonibus uteretur, & tanquam *SS. Patrum regulas* veneraretur, probat Synodus Romana ſub Leone IV. apud Harduinum *Tom. V. col.* 78. Quin & ad

Digitized by Google

ad Epiſcopos Britanniæ ſcribens idem Pontifex, Canones Antiochenſes recitat inter illos, „ per quos judicant Epiſcopi, „ & per quos Epiſcopi judicantur & Clerici. “ *Diſt. XX. Can.* 1.

Illud planè cavilloſum eſt, quod poſt fratres Ballerinios Zaccaria injicit, ſcilicet Canone XV. Antiocheno *non omnem* provocationem ſeu retractationem Synodalis ſententiæ expungi; ſed *ſolùm in caſu conſenſûs omnium Epiſcoporum* in idem judicium At enim iidem Antiocheni Patres Canone XIV. paulò antè recitato providerunt de caſu, quo Comprovinciales Epiſcopi in eandem ſententiam non convenirent: providerunt inquam, non per appellationem ad Romanum Pontificem, ſed per advocationem Epiſcoporum ex vicina Provinciæ.

Hactenus ſervatam judiciorum Eccleſiaſticorum diſciplinam Concilium Sardicenſe immutare, novámque illorum formam inducere viſum eſt, quando Can. 3. 4. & 7. ſequentia ſtatuit: 1.) Ut Epiſcopi accuſati judicentur priùs in Synodo Provinciarum: imò, ſi res ita poſtulet, etiam deponantur. 2.) Ut, ſi Epiſcopus in Synodo Provinciæ depoſitus putat ſe bonam cauſam habere, vel ipſius judices ad Epiſcopum Romanum ſcribant, ſi forté placeat ipſi renovare judicium: vel certè dejecto ipſi Epiſcopo liberum ſit appellare ſummum Pontificem ad eúmque confugere. 3.) Ut interpoſitâ ſemel appellatione Epiſcopi depoſiti ad Sedem Romanam, alter in ejus locum non ſubſtituatur, quouſque Romani Pontificis judicio cauſa determinata non fuerit. 4.) Ut, ſi Romanus Pontifex renovandum judicium cenſuerit, vel ſcribat ipſe ad Epiſcopos finitimæ Provinciæ, qui rem juxta veritatis fidem definiant: vel Epiſcopi dejecti precibus fortè commotus, Presbyterum è latere ſuo mittat, imò & plures, ſi lubet, qui cum Epiſcopis rem totam in Provincia judicent ac definiant.

In comparatione harum Sardicenſium Conſtitutionum cum iis Canonibus, quos tum ex Nicæno, tum ex Antiocheno Conci-

Concilio retulimus, liquet, Epiſcopo Romano in aliorum Epiſcoporum judiciis privilegii aliquid collatum eſſe, quod ipſi antea, ſaltem ex poſitivis Eccleſiæ legibus, non competebat. De hujus privilegii novitate plura non adjiciam cùm de ea ſatis dictum fuerit *Tom. I. Febr. Cap.* 5. §. 6. 7. *Tom. II. pag.* 235. *ſeqq. Tom. III. pag.* 295. *ſeqq.* Sed neque de eo hic diſputabo, de quo *cit. Tom. I. Cap.* 5. §. 6. *n.* 2. 3. *Tom. II. pag.* 235. actum eſt: an Sardicenſibus Canonibus *veræ Appellationis* lex ſancita ſit, an iisdem *Reviſionis quoddam jus* ſolummodò decretum, quale Imperatoribus olim competebat: hæc, inquam, & ſimilia in præſens latiùs non diſcutiam; hic ſufficit, quod nemo negat, vigore ipſorúmmet Sardicenſium Canonum *primam cognitionem* cauſarum Epiſcopalium, etiam depoſitionis, Provincialibus Synodis ex integro, & ſine ulla Romani Pontificis acceſſione, eſſe reſervatam; proinde Zaccariam *pag.* 449. valde imperitè (ne quid amplius dicam) ſcripſiſſe, *Metropolitas, qui Epiſcopis depoſitionis pœnam non conſulto Romano Pontifice irrogarunt, Febronianis fortaſſe doctrinis fuiſſe imbutos*, addens, *at hanc temerariam fuiſſe præſumptionem.* Hæc verba *temerariæ præſumptionis* noſter Jeſuita mutuatus eſt ex Epiſtolâ Tricaſſinæ Synodi an. 867. ſcripta ad Nicolaum I. Papam in particulari & tumultuaria cauſa Ebbonis, primùm dejecti, pòſt reſtituti, demum reſignati ſeu translati Archiepiſcopi Remenſis, calamum ducente ejus ſucceſſore Hincmaro, viro ambidextero, qui ſibi ſuæque electionis legalitati ac ſtabilitati metuebat.

Sint poſt hæc (non refragabor) caſus, queis Patriarchæ, Metropolitani, aut Epiſcopi à RR Pontificibus depoſiti, aut ſaltem illorum dejectio per hos procurata videatur: in plerisque his cauſis actum eſt *de fide;* hæc ſi in periculum adducatur, è cunctis Eccleſiæ Epiſcopis, maximè à Romano, modis omnibus vindicanda eſt. Ad hujus etiam ſublime officium pertinet toties per ſe ſubvenire, quoties inſolentes fortè caſus occurrunt, qui Provinciales Conventus, ſancitúmque ſacris Canoni-

Canonibus judiciorum Epiſcopalium ordinem turbant vel impediunt. Imò & concurrere tum debent, quantùm poſſunt, aliarum Eccleſiarum Epiſcopi, ne, deficientibus ordinariis illis remediis, malum latiùs ſerpat, atque ita vel fides vel diſciplinæ vigor detrimentum patiatur.

Scio, quòd non deſint qui cum adverſario noſtro ex eo, quòd ad *inſolitos ejuſmodi caſus* accedere interdum viſa ſit Romanæ Eccleſiæ authoritas, illicò concludant, *ipſius unius eſſe de majoribus Epiſcoporum cauſis cognoſcere & definire*: quaſi verò quæ extra ordinem contingunt, communem legem tollant, liceátque ex neceſſitate ipſa, quæ legem neſcit, legem aliquam componere.

Caput III.

De Appellationibus ad Romanam Curiam.

I.

Ex iis, quæ præcedente Capite tradita ſunt, illud elucere arbitror, eveniſſe equidem *ſubinde & extra ordinem*, ut Romani Pontifices cauſis Epiſcoporum, maximè *dejectionis*, ſe ſe immiſcerent: ſive quòd eæ (uti nonnunquam contingebat) imminens periculum fidei annexam haberent; ſive quòd ampliſſima univerſalis Primatis authoritas deſideraretur ad aſſerendam aut reſtituendam particularibus Eccleſiis, præſertim majoribus, tranquillitatem; ſive demum ad avertendum grave & generalibus diſciplinæ damnum, aut SS. Canonum everſionem. Attamen hæc non impediebant, quominùs illis ſpiritu Dei conditis Canonibus ſuus ſtaret vigor, queis generatim omnes cujuscunque generis cauſæ Epiſcoporum Provincialibus Synodis, inde ab harum origine, quæ antiquiſſima eſt, *ab Eccleſia* commiſſæ ſunt.

Stetit

Digitized by Google

Stetit adhuc ſæculo VIII. Provincialium Conciliorum authoritas, qualis ab antiquo ordinata erat. Hoc inter alia probant Capitularia Regum, Pippini, Caroli M. Ludovici Pii. De horum Conciliorum uſu & frequentia tractant Capitulare Pipini de an. 755. Cap. 4. Caroli M. de anno 789. Cap. 8. & 13. De eorum authoritate Capitulare Caroli M. de an. 794. Cap. 4. & 8. Capitularium ab Anſegiſo Abbate & Benedicto Levita Collectorum Lib. VI. Cap. 381. Et ſignanter, quòd Epiſcoporum cauſæ in his Synodis definiendæ ſint, declaratur in Capitulari Caroli M. an. 789. Cap. 27. nec non Lib. VII. Capitularium Cap. 320. in Paluzii *Tomo I. Capitularium Regum Franc.*

At circa idem tempus ſupoſititiæ Iſidori Decretales cœperunt grave illud in hunc uſque diem perdurans vulnus Provincialibus Synodis & earum authoritati infligere. Inter monumenta hujus juris novi, quo vetus deſtructum eſt, unum è primis ſunt illa LXXX. Capitula, quæ vel Hadrianus Papa Ingilramno Metenſi Epiſcopo, vel (quod verius apparet) ille Hadriano anno 785. tradidit; de quibus Febronius *Tom. I. Cap.* 4. §. 8. *n.* 6. Edidit hæc Capitula poſt Binium & Sirmondum Harzhamius *Tom. I. Concil. Germ. pag.* 249. *ſeqq.* In eis ſequentia proſtant, libertati & juribus Provincialium Synodorum inimica: ſcilicet *Cap.* 3. Epiſcopum accuſari non poſſe, niſi coram Synodo *Apoſtolicâ auctoritate* convocatâ: *Cap.* 20. *&* 23. Epiſcopis integrum eſſe *appellare* ad Rom. Pontificem: *Cap.* 32. 34. 36 *&* 37. quemlibet *etiam in criminalibus* appellare poſſe: *Cap.* 42. ad Vicarios Romani Pontificis (ſi ipſe ſic decreverit) pertinere, ut Provinciales Synodi retractentur. Hæc Capitula falſis Iſidori Mercatoris Epiſtolis, quæ eodem tempore prodierunt, ſuffulta, non ſolùm hunc effectum produxere, ut intentatæ Ingilgramno coram Synodo accuſationi ſuperſederetur; ſed & univerſim gravem, ut dixi, ictum primævo Eccleſiæ ſtatui incuſſerunt, dum omnem ferè judiciorum poteſtatem in manu Romani Pontificis ponerent. Inte-

Digitized by Google

rim ad primam illam impetitionem nondum planè concidit Provincialium Synodorum authoritas. Idem ille, de quo jam loquebamur, Hadrianus Papa in Celebri Canonum Codice, quem Carolo M. Imperatori anno, ùt Pagius arbitratur, 795. tanquam futuram in Eccleſiaſticis regulam Occidentis tradidit, in memoriam & uſum revocat omnes illos ſinceros ex antiquitate Canones, Nicænos, Antiochenos Chalcedonenſes, Sardicenſes, Africanos, quamvis appellationem extra provinciam, ſignanter ad Romanam Curiam prohibentes. Vid. *Tom. III. Febron. pag.* 296.

II.

Gliſcebat tamen identidem virus falſarum Decretalium. Lentos, neque tamen minùs exploratos earum progreſſus variis locis Febronius expoſuit. Juvat hìc quoque illarum iter, præſertim in materia *Appellationum*, denuò explorare. Faciemus hoc verbis viri clariſſimi Conſiliarii Moguntini, qui anno 1771. edidit eruditam Tractationem *de Appellationibus & Evocatiouibus ad Curiam Romanam.* Is ita §. 18. *& ſeqq.* „ Primò omninm in libello Epiſcoporum Italiæ contra Elipan„ dum de anno 794. à Concilio Francofordienſi in Hiſpaniam „ miſſo clauſula Iſidorianis Epiſtolis admodum uſitata occur„ rit in verbis *Elipandum & Felicem, niſi reſipiſcant, à conſor„ tio Catholicorum eliminare decernimus*; . . . . . *eos etiam, „ qui poſt hanc tam ſaluberrimam definitionem, quam plenaria „ Synodus, ſancto afflata Spiritu, concorditer ſubtili ſinceritate „ terminavit: falſiſſimis eorum aſſertionibus præbuerint aſſen„ ſum, ſimili modo eos ſententiæ vindictâ ſancimus eſſe plecten„ dos, RESERVATO PER OMNIA JURIS PRIVILE„ GIO SUMMI PONTIFICIS, DOMINI ET PATRIS NO„ STRI HADRIANI PRIMÆ SEDIS BEATISSIMI PAPÆ.* „ Harzhheim Concil. Germ. Tom. I. pag. 303. "

„ Quoad materiam *judiciorum* Eccleſiaſticorum uſus an„ terior permauebat, ceu è Cap. VI. Ejuſdem Concilii Fran„ cofor-

Digitized by Google

„ coforđienſis apparet, ubi dicitur: *Statutum eſt à Domino*
„ *Rege & Synodo, ut Epiſcopi juſtitias faciant in ſuis Paro-*
„ *chiis, ſi non obedierit aliqua perſona Epiſcopo ſuo, veniant ad*
„ *Metropolitanum ſuum, & ille judicet cauſam cum ſuis ſuffra-*
„ *ganeis. Comites quoque noſtri veniant ad judicium Epiſcopo-*
„ *rum; & ſi aliquid eſt, quod Epiſcopus Metropolitanus non*
„ *poſſit corrigere vel pacificare, tunc tandem veniant accuſatores*
„ *cum accuſato cum litteris Metropolitani, ut ſciamus veritatem*
„ *rei.* In Cap. VIII. ibid. controverſia Viennenſis & Arela-
„ tenſis Eccleſiæ authoritate Concilii Provincialis deciditur,
„ ſed alia ad deciſionem Papalem ablegatur, his verbis: *de*
„ *Tarantesia verò & Ebroduno ſive Aquis, legatio facta eſt*
„ *ad Sedem Apoſtolicam, & quidquid per Pontificem Romanæ*
„ *Eccleſiæ definitum fuerit, hoc teneatur.* De cætero verò hoc
„ Concilium Francofordienſe praxi hucusque uſitata, poſtha-
„ bitis principiis Iſidorianis inſiſtebat, dum Cap. X. authori-
„ tate Metropolitani & Comprovincialium ſententiam depoſi-
„ tionis contra Epiſcopum tulit; dum Cap. XXXIX. Presbyte-
„ ros criminoſos ab Epiſcopo, & finaliter à Concilio Provin-
„ ciali eſſe judicandos ſtatuit; & denique dum Cap. LX. ipſe
„ Rex Concilium deprecatus eſt, quatenus diſpenſationem
„ Pontificiam, ratione reſidentiæ novo Archi-Capellano Hil-
„ deboldo datam, confirmaret, cui & Concilium conſenſit,
„ additâ clauſula: Placuit eum in palatio eſſe debere, propter
„ utilitates Eccleſiaſticas. "

„ Initio ſæculi IX. magis ſe ſe exſerebant ſuppoſititiæ De-
„ cretales Iſidori: locutiones earundem non tantùm in Ger-
„ mania & Gallia ſæpius adhiberi, ſed & recurſus ad Roma-
„ nam urbem frequentari incipiebant; fortè etiam per Decre-
„ tales has effectum eſt, quòd proceſſus contra criminoſos Ec-
„ cleſiaſticos in majorem incertitudinem pervenerit. Anno
„ 799. Legatus Romam mittebatur Leonis Papæ determinatio-
„ nem circa modum procedendi contra criminoſos Eccleſia-
„ ſticos rogaturus *Lib. V. Cap.* 35. Anno 801. Patres Tribu-

„ rienſes contra Clericos, frequentiſſimè Româ epiſtolas, vel „ aliud quid, quod inde non convenerat, afferentes, & his „ præcepta Præſulum enervare volentes, inſurgere neceſſe pu- „ tabant, ſimul loquendi formulam antea non conſuetam ad- „ hibentes. Legi ea poteſt in *Diſt. XIX. Can.* 3. In Capitu- „ lari Aquisgranenſi de an. 803. Cap. 4. ſive *Lib. VII. Capitu-* „ *lar. Cap.* 260. interpolatâ authoritate uſus fiebat, dum de „ controverſia circa Chorepiſcopos dicitur: *quod jurgium cùm* „ *enucleatiùs diſcutere voluiſſemus, placuit nobis ex hoc Apoſto-* „ *licam Sedem conſulere, jubente canonicâ authoritate atque di-* „ *cente: SI MAJORES CAUSÆ IN MEDIUM FUERINT* „ *DEVOLUTÆ AD SEDEM APOSTOLICAM, UT S.* „ *SYNODUS STATUIT, ET BEATA CONSUETUDO* „ *EXIGIT, INCUNCTANTER REFERANTUR.* In Ca- „ pitulari ſecundo de an. 805. *Cap.* 17. & tertio *Cap.* 9. clau- „ ſula Iſidoriana deprehenditur. In Capitulari ſexto de anno „ 806. *Cap. ult.* ſive *Lib. I. Capitular. Cap.* 133. diſpoſitiones „ ſuppoſititiæ circa accuſationes Eccleſiaſticorum è Capitulo „ Hadriani 72. inferuntur. In Concilio Curienſi de anno 820. „ apud Harzhemium *Tom. II. pag.* 414. *ſeqq.* Capitula Angil- „ gramni & Decretales Iſidori frequentiſſimè adducuntur: „ manifeſto indicio, merces Iſidorianas lentè quidem, ſed „ indies tamen magis magiſque in uſum fori tranſiiſſe. “

„ Dum hoc modo Iſidorianæ merces magis magiſque „ propalabantur, priſtina quidem rei judiciariæ Eccleſiaſticæ „ forma ſimul ac ſemel non poterat everti: Epiſcopi, ſicut „ antè, ſuâ authoritate utebantur; ſimiliter Concilia Provin- „ cialia continuabant; ſi quis Clericus obtentu Romanarum „ Epiſtolarum Epiſcopo vel Metropolitano reſiſtere præſume- „ bat, ad ductum Canonis Triburienſis *Diſt. XIX. Can.* 3. mox in „ carcerem detrudebatur: verùm ubi Epiſcopus Concilio Provin- „ ciali ſe ſe volebat opponere, ibi jam per Capitula Angilgram- „ ni & Decretales Iſidorianas ſcena priſtina in immenſum al- „ terabatur. Aldricus Cœnomanenſis Epiſcopus anno 835.

„ in

„ in Concilio Provinciali accuſabatur; mox fundamentis ab
„ Angilramno ſuppeditatis utebatur, provocando ad ſummum
„ Pontificem: Gregorius IV. nixus hiſce mercibus ſpuriis
„ provocationi facilè aſſiſtebat; reſcribendo, quòd ſi quis
„ Epiſcopum vellet accuſare, ſententia à nemine, quàm Ro-
„ mano Epiſcopo, foret exſpectanda. *Cauſ. II. Quæſt.* 6.
„ *Can.* 11. "

„ Poſt hæc tempora actum ferè erat de authoritate Con-
„ ciliorum Provincialium: ùt ùt enim eadem anno 844. con-
„ tra Drogonem, & anno 716. contra Anſegiſum Vicarios
„ Apoſtolicos fuerit conſervata (vid. Thomaſſin. Part. I. Lib. I.
„ Cap. 33.); tamen in Epiſcoporum cauſis vix non penitus
„ annihilabatur; nam Capitula Angilgramni, ſive ſic dicta
„ Hadriani Papæ, unà cum Decretalibus Iſidorianis ulterio-
„ res quotidie progreſſus faciebant: Benedictus Levita Mo-
„ guntinus circa annum 845. ſub rubro, *Capitularium libri*
„ *tres Poſteriores*, Collectionem confecerat, revera nihil aliud
„ continentem, quàm Capitula ſic dicta Hadriani decies repe-
„ tita, & lacinias Iſidorianas Capitularibus queisdam regiis im-
„ mixtas, ita quidem, ut integrum hujus Benedicti opus nil
„ aliud pro ſcopo habuiſſe videatur, quàm fundamenta ſiſtere,
„ & eadem per repetitiones iteratas ſedulò inculcare, queis
„ accuſationes Epiſcoporum difficultari, judicata Conciliorum
„ Provincialium everti, & appellationes Romæ poſſent ſuſti-
„ neri. Hæc Collectio, jura illius ævi continens, undique
„ mox diſpergebatur, ſicque novum invaleſcentiæ Iſidorianæ
„ præſtabat ſubſidium. Paucis: Principia Angilgramni poſt
„ medium ſæculi IX. in tantum jam invaleſcebant, ut contra
„ torrentem niti videretur is, qui authoritatem Conciliorum
„ Provincialium contra eadem ſalvare quæreret; ceu expertus
„ eſt Hincmarus Remenſis: hic Archiepiſcopus in Concilio
„ Provinciali an. 861. habito depoſuerat Rothardum Sueſſio-
„ nenſem, & alià vice Hincmarum Laudunenſem Epiſcopos;
„ Ille ad Nicolaum I. an. 862., hic ad Hadrianum II. Pontifi-

„ ces Romanos appellant: Summi Pontifices mox appellatio„ nem admittebant Epiſcopos jubebant interim reſtitui, & „ cauſas avocabant Romam. Concilium Provinciale Rhemen„ ſe, & Rex Carolus Calvus talibus Appellationibus & Evoca„ tionibus Romam ſuſceptis ſe ſe opponebant. Vid. Epiſt. Con„ cilii Rhemenſis ad Hadrianum II. circa an 865. in Labbe „ *Tom. VIII. Concil. pag.* 1656. Verùm Nicolaus & Hadria„ nus ad Decretales Iſidori Mercatoris provocabant, ubi non „ tantùm Appellatio quævis ſuum reperiebat fundamentum, „ ſed & depoſitio Epiſcopi *pro cauſa Majore* ſummo Pontifici „ reſervata venditabatur; unde & nihil erat reliqui, quàm ha„ rum Decretalium authoritati cedere, & ſic reformatoriam „ Nicolai I. ac confirmatoriam Nicolai I. ac confirmatoriam „ Hadriani II. ſententiam pro definitiva ſuſcipere (Conf. Na„ tal. Alexandr. *Hiſt. Eccleſ. Tom. VI. Diſſ.* 6. & 8.); imò „ an. 868. Archiepiſcopos Trevirenſem & Colonienſem, à Pa„ pa depoſitos, agnoſcere. *Cauſ. XI. Quæſt.* 3. *Can.* 10. Quid „ quòd, iisdem nixus ſummus Pontifex contra Ludovicum „ Germanicum urgebat, ſibi competere jus, in locum depo„ ſiti novum Archiepiſcopum Colonienſem conſtituendi, in „ Heumann *de R. diplom. Imper. ac Reg. Germ. Tom. II. pag.* „ 29. "

III.

Poſtquam non ſolùm hoc & precedente Capite, ſed etiam *Tomo I. Cap.* 5. §. 6. *pag.* 328. *Tom. II. pag.* 320. *Tom. III. pag.* 395. monſtravimus, tum variis & apertis Juris textibus, tum exſtantioribus factorum exemplis, firmam & inappellabilem Provincialium Conciliorum in judiciis, etiam cauſarum Epiſcopalium authoritatem, tandem per falſas Decretales alteratam & minutam; juvat, antequam ad ulteriora progrediamur, cum adverſario noſtro redire ad originaria & generaliora juris hac in re principia atque fundamenta. Hoc intuitu nos ille *pag.* 452. deducit ad Gregorii Zallwein Principia Juris Eccleſia-

Eccleſiaſtici *Tom. II. pag.* 201. ubi ita clariſſimus Benedictinus: „ Quæſtio juris noſtra opinione facillimæ eſt deciſionis: „ nam *ſi ſemel in Pontifice revereamur quemdam Primatum juriſdictionis*, ſanè jus appellandi inde velut appendix neceſſaria „ conſequitur: quid enim aliud eſt jus appellandi, quàm jus „ provocandi ad judicem ſuperiorem velut ex ipſo jure natu- „ rali fluens? in quantum nempe ſapit ſpeciem neceſſariæ de- „ fenſionis, eum in finem, ut appellanti fiat juſtitia, in qua „ ſe per judicem inferiorem læſum eſſe queritur. *Si* ergo Pon- „ tifex vi Primatûs vicem legitimi judicis ſuſtinet, quo auſu „ ipſi admiſſionem vel exactionem appellationum abnegare ſu- „ ſtinemus? " Addit Zaccaria, hoc ipſum argumentum eſſe, quo Benedictus XIV. *Tract. de Synodo Lib. IV. Cap.* 5. *n.* 1. hac in re utitur, quódque Febronius auſus fuit præconceptæ Monarchiæ tribuere. Verùm ex ipſo Zallweinio Zallweinium refutabimus. Jura Rom Pontificis non noſcuntur veriùs, de iis non judicatur ſaniùs, quàm ex notione priorum temporum, ex ſenſu illius ævi, de quo nec ſuſpicio eſt quidquam à juribus Papalibus detractum, aut in iis ex conſenſu Eccleſiarum alteratum fuiſſe.

Celebris ille O. S. Benedicti Canoniſta & Univerſitatis Salisburgenſis Rector *pag.* 202. *ſeqq.* quæſtionem & materiam Appellationum ad Rom. Pontificem in tres periodos partitur. Primam harum ſtatuit in tribus primis Eccleſiæ Sæculis. In hac, ait, periodo penes Synodos Provinciales ſupremam judicandi & decidendi poteſtatem reſediſſe, quamplurimis exemplis demonſtrari poteſt, quin vel ullum authenticum legalis appellationis ad Romanos Pontifices exemplum afferri valeat, aut ſi quis appellationem tentaverit, Epiſcopi non contradixerint, eámque veluti *inanem, & juribus ſuis, vel Eccleſiaſticæ diſciplinæ contrariam* non agnoverint. Probat hæc deinde auctoritate S. Cypriani & aliorum, atque exemplis illuſtrat. Notetur hic quòd juxta Zallweinium Epiſcopi has appellationes, ſi quæ attentatæ fuerint, tanquam ſuis juribus adverſas, minimè

mè agnoverint, eis contradixerint. Ubi nunc in his vel umbra juris Pontificii? ubi veſtigium renuntiationis ſeu liberæ ſeu coactæ ex parte Rom. Pontificis, aut factæ ab eo in Provinciales Synodos translationis ſupremæ & inappellabilis poteſtatis judicandi? Fundat hoc jus Epiſcopalium Synodorum excluſivum Cyprianus in illo Epiſcoporum, quo eis *portio gregis commiſſa eſt*. Atqui, inquiunt Benedictus XIV. Zallwein & Zaccaria, habet Pontifex *quendam Primatum juriſdictionis*. Viderint ipſi, quid per hæc verba ſignificent, aut intelligi velint: Certè non habuit, juxta jam dicta, Pontifex ab origine & poſt Eccleſiarum diviſionem *ſupremam* in omnibus Provinciis *judicandi* poteſtatem, minùs *concurrentem*; neutram ei Eccleſiæ primis ſæculis agnovêre.

Alteram periodum Benedictinus noſter defigit in ſæculo IV. ubi ex Synodis, Nicænâ, Conſtantinopolitanâ I. & Antiochenâ *inappellabilitatem à Provinciali Synodo ad Rom. Pontificem* pariter demonſtrat, addens, Orientales & Occidentales, maximè Afros, huic diſciplinæ mordicùs inſtitiſſe. Dum Afri nominantur, intercedit Jeſuita adverſarius *pag.* 474. dicens: Quomodo *Afri* ſupremam Synodorum Provincialium authoritatem potuerunt agnoſcere, cùm ad Univerſale Concilium à Provinciali appellationes ſibi aſſeruerint apud Febronium *Tom. II. pag.* 289. *ſeq.* Aſt plana eſt reſponſio: Dabatur eo tempore recurſus ad *majorem Synodum*, tum ſcilicet, cùm quis reſcripta ab Imperatore obtinuit, quibus cauſa, in ſupremâ aliàs inſtantiâ deciſa, *retractari* jubebatur. Hujus remedii varia exempla antiquitas ſubminiſtrat, ſignanter in Athanaſio, Photino, Chryſoſtomo &c. Vid. Petrum de Marca *Lib. VII. Cap.* 3. *n.* 6. Itaque in caſibus ordinariis, ubi non intercedit Imperatoris auctoritas, neque Afri neque alii ullam provocationem cuiquam concedunt; ſed volunt judicium finiri à Provinciæ Epiſcopis, ſi conveniant, ad aut reviſionem junctis vicinioribus, ſi inter Epiſcopos Provinciæ ſit diſſenſio. Quidquid ſit: iidem Canones Afrorum, qui à memoratis judicibus ordinariis provocationem ad

Con-

Concilium univerſalius ſubinde concedunt, eandem ad Romanam Curiam fieri diſertè negant. Tertia periodus eſt illa Sardicenſis Synodi, de qua ità Zallwein *cit. pag.* 206. „ Si „ ſtructuram & œconomiam primitivæ Eccleſiæ, ſi obſervan-„ tiam & praxin Eccleſiarum, ſi temporum, aliarúmque rerum „ circumſtantias ad ſublimiorem trutinam revocemus, ſi ea „ quæ ſuprà retulimus, vera ſint, *difficillimè ſanè jus appel-„ landi ad Romanum Pontificem vindicabimus.* Iterum roga-„ mus, ut, ſi quod tale exemplum appellationis legitimæ & „ legalis in omnibus documentis hiſtoricis proſtet, illud in „ medium producatur: quòd ſi aliqua hujuſmodi exempla re-„ periri poſſint, illa certè ſunt rariſſima, quæ ſanè obſervan-„ tiam communiorem elidere nequeunt. "

Ad ea, quæ nunc ſequuntur, attendant noſtri Jeſuitæ, *exemplorum appellationis* laudatores: „ Afferunt quidem Do-„ ctores contrarii plura, quæ tamen ſi accuratiùs examinentur, „ nihil vel parum authoritatis habere videntur: Nam ut hu-„ jusmodi exempla convincenter probent, probandum in-„ cumbit parti adverſæ, quòd illi, qui ad Sedem Pontificiam „ provocaverunt, vel ſimpliciter confugerunt, vel illius aſſi-„ ſtentiam implorârunt, non tantùm Pontificem tanquam le-„ gitimum Superiorem imploraverint, ut cauſam contra ſe de-„ ciſam de novo ſuo examini ſubjiciat, acta revideat, ſenten-„ tiam à judice inferiore latam corrigat, emendet, vel con-„ firmet; verùm etiam quòd ipſi Pontifices cauſam contro-„ verſam judicialiter & legitimè de novo reſumpſerint, & mo-„ do à legibus præſcripto ultimato ſuo judicio, anteriorem „ ſententiam judicis inferioris vel confirmando vel infirman-„ do, deciderint. Huic opinioni robur addit ipſa Synodus „ Nicæna, dum ſtatuit, ut pro terminandis *controverſiis ma-„ joribus* ſingulis annis duæ Synodi Provinciales celebrentur. „ Ulteriùs ſi jam antea appellationes ad Pontificem uſu obti-„ nuerunt, ad quid Synodus Sardicienſis Can. III. ſingulariter „ ſtatuit, ut à Synodo particulari ad Romanum Pontificem

Digitized by Google

„ poſſit provocari? Et quare in hoc ipſo Canone verbis adeo „ demiſſis, & ad exceſſum usque humilibus uſi ſunt Patres „ Sardicenſes: *Honoremus S. Petri memoriam, & ſi vobis viſum fuerit, ſcribatur Julio Epiſcopo Romano?* Num œconomiæ cauſâ id factum eſſe credimus? Imò ita factum eſſe non „ ex vano ſuſpicamur, ut Orientales eò faciliùs ſe in ſententiam Occidentalium flecti ſinerent. “ Tangit poſt hæc Auctor quæſtionem, An hoc Sardicenſi Canone Romano Præſuli datum fuerit verum jus *appellandi*, an *retractandi* tantùm? & ſe pro poſteriore reſolvit, illud rittè collocans in jure ſententiam prioris judicis, ſi eam juſtam invenerit, confirmandi; neutiquam verò in contrario caſu eam infirmandi, ſed tantùm judices dandi, non quoscunque ſed *vicinos & regionarios*, quibus ipſe poſſit, ſi velit, unum de ſuis Legatis addere. Finaliter in id redit Salisburgenſis Rector, verba Canonis, *Petri memoriam honoremus*, ſatis indicare, quòd antea jus appellandi ad Pontificem non obtinuerit; ſecùs, ait, Canon diceret: *Jus antiquum conſervemus.*

Convertamus nunc telum in utrumque adverſarium. Dixit Zallwein *cit. pag.* 206. & rectè dixit, potuiſſe *derogari* juri Primatùs *per contrariam conſuetudinem, traditionem & obſervantiam Eccleſiæ.* Sed numquid his modis non potuere etiam *declarari* jura Primatûs? An non ponderatis omnibus, quæ à noſtro celebri Benedictino hactenus relata ſunt, multò eſt ſimilius vero, inde ab origine & diviſione Eccleſiarum usque ad Sardicenſe Concilium, nullam quoad hoc factam eſſe mutationem ſeu derogationem juris Pontificii? Eſt jus appellationis res diſciplinæ, eſt pars ſupremæ poteſtatis ius inter partes dicendi; hoc jus contra apertam primorum ſæculorum obſervantiam non ſupponendum, ſed probandum eſt; at illud adverſùs tam concludentes *ex Traditione* probationes non evincitur notis illis ſacræ Scripturæ locis, toties, & egregiè quidem ab ipſo Zallweinio diſcuſſis. Idem ipſe Auctor, dum *Tom. I. pag.* 312. ſtatum Eccleſiæ ponderat: „ Si Traditio-„ nem,

Digitized by Google

„ nem, inquit, Eccleſiæ conſulamus, vix ullum, ſaltem in „ antiquiori Traditione, reperimus veſtigium indubitatum Re- „ giminis Monarchici, usque dum poſt ſæculum VIII. autho- „ ritas Pontificis majora in dies accepit incrementa, & ſuc- „ ceſſivè ad eum Dominatûs apicem, quem hodie poſſidet, „ aſcendit. Antiquitus enim fermè omnes hæreſes, ſaltem „ famoſiores, confixæ ſunt in Conciliis tam particularibus, „ quàm poſtea univerſalibus: pleraque capita diſciplinæ Eccle- „ ſiaſticæ vel ab ipſis Epiſcopis, vel Synodis particularibus de- „ finita: cauſæ omnes vel ab Epiſcopis, vel, ſi majores fue- „ rint, à Synodis particularibus deciſæ; recurſus ad Sedem „ Romanam rariores; appellationes fermè nullæ; reſervatio- „ nes ignotæ &c. “ Hæc ſi illi apta videntur ad probandum ex Traditione primorum ſæculorum, quòd Status Eccleſiæ *inde à ſua origine* atque inſtitutione non ſit abſolutè *Monarchicus*; quare quæ ex eodem Scriptore, & validioribus quidem à prima ætate monumentis, adverſùs univerſalitatem *Jurisdictionis*, id eſt, originariam ſeu nativam authoritatem juris per univerſam Eccleſiam in ſuprema inſtantia dicendi, nonnunquam prætenſi, ſemper contradicti, adferuntur, non ſufficient? Niſi ſuppoſitionibus agi velit, non probationibus, imò ne veroſimilitudinibus quidem. Aſſerit autem ille (& rectè) jus appellandi eſſe velut *appendicem NECESSARIAM* Primatûs Jurisdictionis.

Ex his prudens Lector intelliget & concludet, quantum fidei & roboris tribuendum illis aſſertionibus, quas ex nudo, nullatenus probato, quinimo validis argumentis dejecto ſuppoſito, & ex eo quod maximè in quæſtione eſt, deducit, vel potiùs ex Balleriniis fratribus, Operum S. Leonis M. noviſſimis ad guſtum Romanum Editoribus ſupponit & deſcribit Jeſuita adverſarius: ſcilicet primò *pag.* 497. nullam conſuetudinem nec Canones præferri poſſe divino Rom. Pontificis juri; proinde ſi per conſuetudinem in certis diſſitis à Roma locis introductum eſt, ut à finitimis Epiſcopis vel pleniore Synodo cau-

Digitized by Google

ſæ definiantur, id intelligi non debere, quaſi juriſdictio ſummi Pontificis eapropter vocaretur in dubium. Secundò *pag.* 499. *&* 501. Si Sardicenſes Canones voluerunt cauſas appellationum Epiſcoporum per delegatos in finitimis provinciis à Papa Commiſſarios judicari, non illos eapropter jus Pontificis circumſcriptum voluiſſe. Tertiò *pag.* 503. *&* *ſeqq.* Cùm Pontificibus leges non ferantur, ſic eos etiam in prima inſtantia, & Romæ quidem, judicaſſe cauſas Neſtorii, Baſilidis & Martialis, Athanaſii, Joannis Chryſoſtomi &c. Sed de his jam ſingillatim actum eſt.

IV.

Dum ſic conſtat, neque ante Sardicenſe Concilium Romano Pontifici verum jus appellationis competiiſſe, neque illud ei eâdem Synodo conceſſum eſſe, perſtat nihilominus, quod Febronius *Tom. II. pag.* 540. & alibi aſſerit, ſcilicet Canones Sardicenſes genuinum ſæpefatarum appellationum fundamentum, ſeu veriùs occaſionem fuiſſe: *Ubi hæc legeris*, inquit pro ſua humanitate noſter Lojolæ diſcipulus pag. 466. *redivivum in Febronio Queſnellum RIDEBIS.* Quaſivero Queſnellus autor & inventor eſſet veræ hujus aſſertionis, quam ante illum docuerant de Marca *Lib. VII. Cap.* 3. *n.* 6. & alii, teſte Gerbaſio *de Cauſis Majoribus pag.* 135. Quid hic in Jeſuita mirandum magis, imperitia an malitia, judicet Lector.

Non recuſaſſent Eccleſiæ Gallicana & Germanica (quæ ſenſum & vim Sardicenſium Canonum probè intellexerant, nec diſtortè cum Zaccaria explicabant) ſe eorum diſpoſitioni accommodare, ſi Roma intra fines, quos illi præſcribunt ſe ſe continuiſſet; ſed hæc, illecebris Iſidorianarum Epiſtolarum abrepta, & in earundem ſequelam abſolutum jus appellationis prætendens, non potuit non Ciſalpinarum Nationum contradictionem experiri, & ab his vera doceri. Celebre hujus rei exemplum habemus in Epiſtolâ Epiſcoporum Galliæ circa annum

num 870. ad Hadrianum PP. II. ſcriptâ *Tom. VIII. Concil. Labb. p.* 1656. hoc tenore: „ Si fortè, quod non putamus, „ viſum vobis neceſſariò fuerit, ut ſecundùm Sardicenſes Ca„ nones renovetis judicium & detis judices, ſcribendo Epi„ ſcopis, qui in finitimis Provinciis, ut & ipſi diligenter om„ nia requirant, & juxta fidem veritatis definiant; vel ſi de„ creveritis mittere à latere veſtro habentes authoritatem ve„ ſtram, qui cum Epiſcopis judicent, eo (*Hincmaro*) in gra„ du adhuc non reſtituto, ſicut ſacri Sardicenſes Canones „ præcipiunt; non abnuimus: Scriptum eſt etiam in præfatis „ litteris nobis ex nomine veſtro directis de Hincmaro hoc „ modo: *Volumus & authoritate Apoſtolicâ jubemus, ipſum „ Hincmarum Laudunenſem Epiſcopum veſtrâ fretum potentiâ ad „ limina ſanctorum noſtrámque venire clementiam; quo ſanè ve„ niente veniat pariter accuſator idoneus, qui nullâ poſſit autho„ ritate legitima reſpui: & tunc in præſentia noſtra & totius Se„ dis Romanæ ſynodali collegio cauſa illius prudenti ventilata exa„ mine, ac diligenter inquiſita, ſecundùm Deum & ſacrorum „ Canonum conſtitutiones Spiritu Dei prolatas ſine protelatione „ aliqua finietur.* Quæ relegentes, licèt *contra morem Deceſ„ ſorum ac Prædeceſſorum veſtrorum hoc dictum inveniremus*, id „ eſt *umbroſum ſæculi Typum inducere in Eccleſiam ſuam*, quæ „ lucem ſimplicitatis & humilitatis diem Domini videre de„ ſiderantibus præfert; tamen de voluntate non dubitavimus: „ quia humano animo facile eſt ſubripi, quod ex deliberatio„ ne conveniat immutari. Sed & valde mirati ſumus . . . . . „ de eo quod in litteris ex nomine veſtro directis habetur, ut „ veniente Hincmaro Romam veniat accuſator idoneus, re„ ſcribimus: quia licèt hæc commendatio ſit ratione atque „ authoritate ſuffulta, ſi fortè apud vos vel ſolus Hincmarus „ *novâ lege priſcis tam publicis quàm eccleſiaſtici contrariâ*, imò „ *ordine, no óque more* habetur, ut non niſi à vobis, & Ro„ mæ, valeat judicari pro his exceſſibus &c. " Videmus hic *a*) Sardicenſes Canones ſine fuco explicatos, idque eo ipſo temporis articulo, quo de eorum everſione & *novi juris* in-

 ductio-

ductione agebatur. *b*) Videmus Hadriani Papæ attentatum tanquam moribus prædeceſſorum ejus repugnans; taxari. *c*) Videmus jus illud appellandi ordinarium & civili ſimile, quale Romani prætendebant, veluti *umbroſum ſæculi typhum* (quem in pari caſu Cyprianus cum tota Eccleſia Africæ illis olim objecerat) exhibens, proinde à Deo non veniens, ab Epiſcopis Galliæ refutari. Hæc manifeſta ſunt, & in genuino jure fundata; ſed prævaluerat Iſidorus Mercator, & fortuna Romæ: adeo, ut jam anno 863. Nicolaus I. Trevirenſem & Colonienſem Archiepiſcopos, Theutgaudum & Gantharium, ſine ullo in partibus inſtituto proceſſu, exauctoraret. Vid. Harzhemii *Concil. Germ. Tom. II. à. pag.* 287. *ad pag.* 299.

Ab hoc tempore turbata ſunt omnia: adeo, ut non multò pòſt etiam *cauſæ graviores ſæculares* ad tribunal ſummi Pontificis Romam traherentur. Hoc potiſſimùm Germania ſub Henrico IV. experta fuit, dum Saxones, inſtigatore Ottone Duce, ipſum Henricum Imp. coram Alexandro II. Rom. Pontifice accuſarent: dum Thuringi à Synodo Erfordenſi ad Sedem Apoſtolicam provocarent, dum Imperator ſimoniæ aliorúmque criminum cauſâ Romam citaretur: dum ipſe Saxones Romæ conveniret, tandémque Romæ exauctoraretur. Vid. Urſpergenſem & Lambertum Schaffnaburgenſem *ad an.* 1072. *&* 1074. &c. Adde Natalem Alexandrum *Hiſt. Eccleſ. Tom. VI. pag.* 682. 689. 690. *ſeqq.*

Hoc *de Romanis Appellationibus* thema modò ultrà non proſequor, neque quæ adverſùs illas à Nationibus, maximè Germanica, per ſingula ferè ſæcula oggeſta fuere, hic repetam; tum quód de iis varia legi poſſint *Tom. II. Febr. pag.* 440. *Tom. III. pag.* 190. 276. *&* 196., tum quòd ea recenter & latiùs collecta conſpiciantur in laudata Moguntina Tractatione de Appellationibus & Evocationibus ad Curiam Romanam §. 25. *& ſeqq.*, quæ etiam Tractatio Tomo II. Concordatorum Germaniæ integrorum Francofurti nuper editorum inſerta conſpici-

ſpicitur; tum denique quòd eadem materia ex Actis Imperii Publicis, præſertim recentioribus, pluribus & accuratè ponderata fuerit in alio ſcripto Tomis III. & IV. dictæ Francofurtenſis Collectionis illato, ſub Rubrica: Hiſtoriſch-pragmatiſche Erläuterung der Kayſerl. Wahl-Capitulation in ſo ferne dieſelbe die Concordaten berühret, aus den Actis publicis.

V.

Capite VI. & ultimò Diſſertationis ſuæ octavæ Zaccaria examinat quæſtionem, An Papa cauſas Appellationum in provinciis per Commiſſarios judicare teneatur; an verò illi pro ſupremo ſuo jure liberum ſit eaſdem ad Romanum ſuum tribunal evocare? Reſolvit autem quæſtionem pro affirmativa ſecundæ partis. Quinimo *pag.* 503. præcedentibus Fratribus Balleriniis Opp. S. Leonis *Tom. II. col.* 983. prætendit, poſſe Pontifices, ſi id opportunum duxerint, in *quibuscunque, etiam primæ inſtantiæ, cauſis* Romæ judicare, idque non obſtantibus quibuscunque difficultatibus viarum probationum &c. quanquam id rariùs faciant. Advertit equidem Jeſuita, ad hoc, ut ejusmodi Theſes ſuſtineri valeant, omnem Canonibus, etiam Tridentinis (*Seſſ. XXIV. Cap.* 20.) vim adimendam eſſe; verùm hoc eum nequidquam moratur, quandoquidem cit. pag 503. *hoc*, inquit, *contendo, nulli illos* (Pontifices) *appellatione intercedente, ſe legi obnoxios agnoviſſe, ut in Provinciis potiùs, quàm Romæ Epiſcoporum cauſis extremam manum imponerent.* Eodem ſpiritu ille cum ſuis Balleriniis dixerat *pag.* 496. „ Si in quibusdam regionibus, præſertim à Romana „ Sede remotis antiquo uſu receptum fuit, ut hæ quoque cauſæ à finitimis Epiſcopis, vel à pleniori Synodo cognoſcantur, ac terminentur; id Eccleſiaſticâ inſtitutione fuiſſe inductum, non aliquo peculiari jure, quod ſive finitimis Epiſcopis, ſive pleniori Concilio divinâ inſtitutione competeret, ſed ob expediendum faciliùs & celeriùs negotium . . „ . . . non verò quòd jurisdictio Pontificibus deſit. Et ſiqui-

„ dem

„ dem hæc juriſdictio in ejuſmodi cauſis vocaretur in dubium „ prætextu conſuetudinis aut Canonum; conſuetudo & Ca- „ nones per ſummum abuſum præferrentur *divino ac certo juri* „ Romanorum Pontificum, cui omne humanum jus cedat ne- „ ceſſe eſt. " Eodem ſpiritu iidem Fratres *col.* 979. tractantes de *jure*, ùt ipſi quidem prætendunt, *originariè excluſivo* Rom. Pontificis judicandi Epiſcopos, *etiam in prima inſtantia*, non dubitant aſſerere, *ex jure divino unum* Petrum & ſucceſſores ejus de cauſis Epiſcoporum cognoſcere potuiſſe: hanc Petri & ſucceſſorum ejus ex divina inſtitutione juriſdictionem *eccleſiaſticâ quodammodo delegatione* aliis communicatam fuiſſe; talibus ſcilicet, qui poſtea Patriarchæ, Metropolitani &c. appellati ſunt: in hanc inſtitutionem eccleſiaſticam, quæ proprium Petri ſucceſſorum jus aliis Epiſcopis communicavit, ipſum procul dubio Petrum aut ejus ſucceſſores, ſaltem interpretativè, conſenſiſſe: ſiquidem nullus alius per ſe eâ juriſdictione expers illam potuerit in quempiam transferre, eo inſcio vel invito, *qui eandem ſolus*, non *humano*, ſed *divino jure obtinebat*: Quidquid autem ſive Canones ſive conſuetudo circa hanc juriſdictionem Patriarchis aut Metropolitis attribuit, cùm juris ſit & inſtituionis merè Eccleſiaſticæ, *primogenio & divino Petri ac RR. Pontificum juri* præjudicare non potuiſſe; cùm quidquid Eccleſiaſtici, imò Apoſtolici juris eſt, juri divino ne tantillum quidem decerpere valeat: ſalvam ſemper in his intelligendam eſſe Romanorum Pontificum divini juris auctoritatem; adeo, ut ſicut ante eam inſtitutionem Eccleſiaſticam iſti ex jure divino poterant de cauſis Epiſcoporum cognoſcere ipſâ cognitione primâ, ita poſt eam inſtitutionem æque pro ſuo jure poſſint.

Hæc tota adverſarii vis argumenti, ſuum identidem petentis principium; principium infirmum. Omnis rei cardo vertitur in præjudiciali illa quæſtione, *Cui Claves Eccleſiæ primariò, immediatiùs & perſeveranter creditæ ſint*. Nos hanc quæſtionem iterum examinavimus præſentis Tractatûs *Diſſert. II. Cap.*

Digitized by Google

II. Cap. 2. *ſeqq.* atque cum tota præſtantiſſimorum Theologorum ac Canoniſtarum caterva pro ipſo *Corpore Eccleſiæ* reſolvimus. Si penes hanc primariò & radicaliter reſidet omnis ligandi, ſolvendi, ſtatuendi atque judicandi poteſtas, cum jure ejuſdem uſum & exercitium cuivis, juxta eum, quem in Eccleſia tenet gradum, committendi, & pro rerum ac circumſtantiarum exigentia ampliandi, reſtringendi, imò transferendi; ſic Tota concidit Romanorum prætenſio, quâ volunt, *Soli* Petro & ſucceſſoribus ejus immediatè à Chriſto datum eſſe & adhucdum *in actu*, ùt ajunt, *primo* competere jus & poteſtatem Epiſcopos & quosvis alios de Clero judicandi; atque illud *non niſi auctoritate & quadam ſummorum Pontificum delegatione* aliis conceſſum eſſe. Quód vigore Conciliorum Nicæni, Conſtantinopolitani I. Antiocheni & aliorum Provinciales Synodi ſupremam Epiſcopos judicandi poteſtatem obtinuerint, non tam RR. Pontificum quàm Eccleſiæ factum eſt; quòd occaſionem præbentibus Epiſcopis Arianorum hæreſi addictis, Sardicenſis Synodus Romano Epiſcopo, præter anterioris juris diſciplinam quandam ſpeciem juris retractandæ ſententiæ (quod aliàs per Imperatores exercebatur) indulſerit, majoris partis Eccleſiæ, Canones hujus Synodi acceptantis, gratia & favor fuit, non actus authoritatis Papæ Julii I.

Atque ut hinc ad primordia Eccleſiæ regrediamur: Quamdiu Apoſtoli ſimul vivebant & conjuncti, negotia Eccleſiæ ab iis *collegialiter* tractabantur, ſub Petri *Primatu*, non *Imperio*. Poſt illorum diviſionem, quiſque Apoſtolorum haud dubiè quandam authoritatem exercebat ſuper Epiſcopos, quos ipſe in ſuo diſtrictu conſtituerat; fortè etiam in Synodum vocatis reliquis, cùm de uno judicando ageretur. Creſcente numero Eccleſiarum & Epiſcoporum, plures certorum diſtrictuum ſeu Provinciarum quandam Collegii ſpeciem inter ſe conſtituerunt, per quod res communes definiebantur. Inde natæ Synodi Provinciales, quarum authoritas jam ex uſu Eccleſiæ invaluerat, antequam ea expreſſâ lege primi univerſalis Concilii firmaretur.

Digitized by Google

VI.

A neceſſario hoc diverticulo redeamus ad viam, ſcilicet ad jus Pontificis in cauſis appellationum *in ſua Curia* cognoſcendi, de quo ille in Capite V. ſuæ Diſſertationis octavæ ex profeſſo tractat. Ad aſſerendum hoc jus ejúſque uſum provocat ad cauſas Athânaſii, Maximi Salonitani, Contumelioſi, Maximi Valentinæ civitatis Epiſcopi, Neſtorii, Baſilidis & Martlalis, Joannis Chryſoſtomi, Proculi Maſſilienſis, Acacii Conſtantinopolitani &c. Si non omnes hæ cauſæ, ſaltem pleræque earum per quatuor Tomos Febronianos, datâ occaſione, ponderatæ & parum aut nihil roboris Romanæ prætenſioni, etiam quoad eam, de qua nunc agimus, quæſtionem, adjicere inventæ ſunt. Hìc illud ſolùm repetendum, quòd ſuprà ex Zallweinio monitum fuit, ſcilicet in omnibus illis & quibuſcunque aliis ante-Iſidorianis cauſis examinandum eſſe, an ipſi Pontifices cauſam controverſam *judicialiter & legitimè Romæ de novo reſumpſerint, & ordine à legibus præſcripto, anteriorem judicis inferioris ſententiam ultimato ſuo judicio, confirmando vel infirmando, deciderint.*

Quando tot Canoibus ſtatuitur, ne quis extra ſuam Provinciam judicetur, ne omnia turbarentur, reponit Zaccaria *pag.* 497. vulgarem illum locum ex S. Gregorii M. Epiſt. 59. Lib. IX. *Si qua culpa in Epiſcopis invenitur, neſcio quis Epiſcopus Sedi Apoſtolicæ ſubjectus non ſit.* Sic amant viri illi agere: dum ſua aſſerta fulciunt ratione, de cujus firmitate ipſi meritò dubitant, illico ſubjiciunt verba cujuſdam Canonis aut Sancti Patris, tanquam ad eam rem pertinentla, quæ dum ſeparatim expenduntur, diverſam omnino habent ſignifcationem ab ea, quam illi eis tribuunt. Genuinus Senſus Gregoriani aſſerti hic eſt: Etſi ad omnes Epiſcopos totius Eccleſiæ cura quodammodo pertineat: licèt omnes teneantur laboranti Eccleſiæ ſuccurrere: agnoſcendum tamen eſt id præſtanti quadam ratione primæ Sedis Epiſcopo competere. Nam ſi in qualibet ſocietate, qui in

ea Princeps eſt, maximè teneatur invigilare, ne quid illa detrimenti capiat, negari non poteſt, quin præ cæteris ad Rom. Epiſcopum, qui primæ ac maximæ Sedi præeſt, pertineat, in illud ſedulò incumbere, ut ab omnibus omnino Chriſtianis, maximè ab Epiſcopis, fides illibata cuſtodiatur, útque Canones ubique obſerventur. Hoc ſenſu intelligendum illud: cunctos Chriſtianos, ubi peccant, Sedis Apoſtolicæ correctioni ſubjectos eſſe: attamen ſervato juris ordine.

Non hìc noſtrum Jeſuitam morantur graviſſimæ difficultates & verè tremenda univerſæ plebis Chriſtianæ incommoda, cum hoc aſſerto Romanæ Sedis privilegio ejúſque uſu *inſeparabiliter* conjuncta: nimirum longinquitas itinerum, præſertim maritimorum, difficilis traductio teſtium, moræ longiores, perduratio ſcandalorum, facilitas ſub-et obreptionum &c. *Milleni*, inquit ille pag. 493., *per me licet*, *in haſce appellationes abuſus irrepſerint*; *num propterea jus ipſum nullum eſt*, *atque per ſummam Epiſcoporum Synodorúmque injuriam uſurpatum?* Paulò pòſt addit: *Nobis hoc ſatis ſit*, *Chriſtum*, *quum ſuas Petri ſucceſſoribus vices detulit*, *quæ humanâ nunc ipſorum Pontificum*, *nunc Adminiſtrorum*, *ſive imbecillitate ſive nequitiâ*, *Eccleſiæ impendebant*, *mala omnia perſpexiſſe*; *neque tamen illis Primatûs jura*, *quæ tot abuſibus vitianda præno ſcebat*, *denegaſſe.* Vir ille ſemper peccat in principio. Non quæritur, *an Chriſtus Petro & ſucceſſoribus ejus Primatum in Eccleſia detulerit;* ſed *quænam jura eidem Primatui ſint jure divino annexa*; *an jus vel primæ vel ultimæ cognitionis de litibus ſeu cauſis ex omnibus mundi partibùs de illorum ſit numero.* Ad præcludendam hanc prætenſam Romani Primatûs prærogativam valet omnino argumentum à graviſſimis jam enarratis incommodis tum à jure ipſo, tum à facto, tali privilegio, ſi revera exſtaret, inſeparabiliter an-et connexis. Non diſſimilibus argumentis & rationibus, deſumptis à ſiniſtris effectibus ac ſequelis, quæ in Eccleſiam provenirent ex ſtatu *abſolutè Monarchico*, ex *Ariſtocratico*, demum ex *Democratico*, Theologi rectè

Digitized by Google

arguunt, Chriſtum nullum horum ſtatuum in ſuam Eccleſiam induxiſſe. Quare cùm non minùs hìc videamus & experiamur graviſſima incommoda, quæ *per ſe* fluunt ex attractione omnium ex toto *terrarum orbe* cauſarum ad Curiam ſummi Pontificis, rectè inferimus, quòd æterna Dei ſapientiæ repugnet illi tale dediſſe privilegium.

Non hic repetam, quæ de gravibus Romanarum Appellationum inconvenientiis S. Bernardus, Conradus Urſpergenſis, Hildebertus Turonenſis & alii ſcripſerunt & planxerunt, cùm hæc jam relata ſint *Tom I. Cap. V.* §. 7. *Tom. II. pag.* 443. *ſeq.* His modò hoc addi placet ex Card. Cuſani *de Cathol. Concord. Lib. III. Cap.* 40. „ Scimus, quòd ad Romanam Curiam „ *etiam minimæ cauſæ beneficiorum* ita *crebriter* deferuntur, „ ubi *maximæ ſolùm* tractari deberent. Sic enim propter gra„ tias exſpectativas, aut uſurpatas collationes beneficiorum & „ propter lites, omnis ſudor etiam parentum per filios ad Cu„ riam defertur, & nihil reportatur, niſi quod priùs in pro„ vincia habebatur, puta beneficiolum fortè à propriis paren„ tibus dotatum. . . . . Et quia Canones Sanctorum Patrum „ non ita ordinârunt, ac etiam quoniam experientia docuit, „ quantum malum Reip. ex hoc advenit, modis omnibus re„ formanda hæc ſunt. “

Juſti Card. Cuſani planctus & Nationum querelæ id in Baſileenſi Synodo effecere, ut Seſſione XXXI. ſanciretur, ut in locis ultra quatuor diætas à Romana Curia diſtantibus omnes cauſa (exceptis Majoribus in Corpore Juris expreſſis) per delegatos in partibus Judices terminentur; quod & deinde Concordatis Germaniæ firmatum eſt. Vid. *Tom. I. Febron. Cap. V.* §. 10. Quot modis & quàm frequenter hoc in puncto Concordatis contraveniatur, maxime per Nuntiaturas, circa finem ſæculi XVI. in Germaniam invectas (quarum inſtitutum, analogiæ juris, & in ſpecie *Cap. I. de Offic. jud. ord. in Sexto* repugnans, non ubivis, etiam in Germania, receptum eſt)

eſt) memorat ſuprá laudatus Conſiliarius Moguntinus *cit. Tract. de Appellat.* §. 46. *ſeqq.* Quæ autem adverſùs has infractiones vigore Conſtitutionum Imperii remedia ſuppetant, traditur *ibid.* §. 52. *ſeqq.*. Quæ de Colonienſi Nuntiatura propter eosdem abuſus penitus abolenda anno 1774. acta ſunt, legi poſſunt *Tomo III. Concord. Germ. integr. pag.* 139.

Digitized by Google

DISSERTATIO IX.

De variis in Romana Curia abuſibus, & legitimis adverſùs eos remediis.

Caput I.

De veris abuſibus qui in Rom. Curia vigent, & de falſis qui Eccleſiæ Gallicanæ affinguntur.

Zaccaria Antifebronii ſui vindicati Diſſertatione nonâ diſputat adverſùs plures cauſas ſeu anſas extenſorum ultra primævos fines jurium Primatûs, à Febronio ſpeciatim memoratas. Harum præcipuæ ſunt, Variæ Collectiones Canonum, earundémque receptiones, non factâ diſcretione, à qua auctoritate ſinguli hi Canones primum emanarint, & ad quos fuèrint directi: Confuſio jurium *Primatûs* cum Occidentali *Patriarchatu*, poſt ſublatos omnes *Orientis* Patriarchatus: Varii *tituli honorum*: Jus *Relationis*, quo ſummus Pontifex, tanquam fidei Cuſtos & Canonum Vindex, per totum orbem Chriſtianum fruebatur: denique, quod maximum eſt, *Iſidorianarum Decretalium receptio*. Pugnat adverſùm hæc Zaccaria, ſed ita & tam debiliter pugnat, ut foret cartam & tempus inutiliter terere, ſi hac in parte pugnam luberet inſtaurare. Quare cum fiducia victoriæ, in tribunali idoneorum judicum reportandæ, provocamus ad ea, quæ tum à pluribus viris primariæ eruditionis, quos Febronius ſuis reſpectivè locis laudavit, tum Febronius ipſe, non ſolùm duobus prioribus Tomis, ſed & notanter tertio, quem noſter adverſarius nondum viderat, dicta & probata ſunt, & ad alia progredimur.

I. Dum

I.

Dum de abuſibus, qui in Eccleſiam irrepſerunt, tractamus, duo nobis proponimus; primum; ne ex iis judicetur *de Statu Eccleſiæ*: alterum, ut iidem, quantum Deo & iis, ad quos pertinet, viſum fuerit, opportuno tempore emendentur. Hanc materiam abuſuum (quorum nullum aut ferè nullum in Romana Curia adverſarius noſter agnoſcit, ſingulos ſuo more excuſans) ille Diſſertatione ſua X. inchoatur ab iis, quæ noſter Author, non de ſuo, ſed ex probatiſſimis Scriptoribus, *de Statu Cardinalium* ſparſim monuit; conſiſtant autem ea in ſequentibus: *a*) Ex Bellarmino obſervavit, omnes olim Epiſcopos Cardinalibus fuiſſe prælatos. Ex Bartholomæo de Martyribus, imò è Tridentinis Patribus, Cardinalium dignitatem *humani*, Epiſcoporum *divini* inſtituti eſſe; hanc præ illis præferentiam ſapere *dominatum in Clero*. *b*) Ex Durando Mimatenſi Epiſcopo, qui ſub initium ſæculi XIV. ſcripſit: Cardinales Presbyteros ab initio aſſumptos fuiſſe ad miniſtrandum & ſerviendum in parochialibus Eccleſiis, & ut Papæ aſſiſtant in Miſſarum ſolemnitatibus: Diaconos Cardinales ad induendum Papam & ei inſerviendum circa altare: Epiſcopis, qui ſunt ſucceſſores Apoſtolorum, ſecundùm ſuum ſtatum præferentiam præ eis deberi: hoc videri indecentius, quòd Camerarius Papæ, Vicecancellarius, Auditor contradictoriarum, Referendarius & Notarii Archiepiſcopis & Epiſcopis in ſedibus præferantur. *c*) Iterum ex Bellarmino: Epiſcopos, non Cardinales, fuiſſe primarios Pontificis Conſiliarios; tempore Pipini & Caroli M. accedente Principatu temporali, Pontificem loco Epiſcoporum cœpiſſe Cardinales vocare in conſilium, & eis dare præ Epiſcopis præcedentiam. *d*) Natio Gallica tempore Concilii Conſtantienſis dixit, falſum eſſe quòd Cardinales ſint Papæ *Coadjutores*; hoc Epiſcoporum eſſe officium: & quidem jure divino, eodémque jure hos illis eſſe ſuperiores; Cardinales ſolùm eſſe *Conſultores* Papæ. *e*) Ex Gregorio Zallwein, mirandam eſſe hanc mutationem: interim creſcente authoritate Pontificis

tificis etiam incrementa ſumpſiſſe illam Cardinalium; etenim intererat Pontificis pro ſtabilienda ſua authoritate, ut ſuis Cardinalibus novos honorum cumulos affunderet, Metropolitanos deprimendo. Cui ex Nicolao de Clemangis addi poteſt, quòd ab eo tempore Epiſcopi à Cardinalibus velut multò inferiores deſpiciantur, & hi ab illis ſupplicibus ſe quodammodo adorari faciant. *f*) Ex Pallavicino: quòd in Tridentina *Synodo* Epiſcopi Hiſpaniæ Cardinalium præcellentem gradum ægrè tulerint, putantes ſummum futurum Eccleſiæ emolumentum, ſi Cardinalium celſitas minueretur, ſimúlque attolerentur antiqua Epiſcoporum jura. *g*) Ex Petro de Alliaco Cardinale Cameracenſi, qui in Synodo Conſtantienſi auctor fuit, ut circa ſtatum Cardinalium provideatur, ne deinceps tenerent monſtroſam illam & multipliciter ſcandaloſam beneficiorum multitudinem, quam Nicolaus de Clemangis quandoque ad centena & ducentena excurrere aſſerit, eáque non modica ſolùm, ſed etiam pingvia. *h*) Ex ejusdem Cardinalis Cameracenſis voto: ut in generali Concilio provideatur, ut juxta perſonarum merita ex diverſis provinciis & nationibus indiſtinctè aſſumantur Cardinales, non plurimi ex una, ita ut diverſitas morum & ſtatuum quarumvis Chriſtiani orbis partium Romæ innoteſcat ad utilitatem & proviſionem omnium nationum. *i*) Ex Didaco de Alaba Granatenſi Archiepiſcopo, uno ex Tridentinis Patribus: ut certus determinetur Cardinalium numerus e. gr. XXX. ex quibusvis nationibus proportionatim aſſumendus, qui omnes Romæ reſideant, & non (ùt hodie fit) de Senatu Papæ nullus ſit præter Italos. Hæc ſunt vota & conſilia eorum, quos laudavit Febronius *Tom. I. pag.* 629. 632. *& ſeq. Tom. II. pag.* 523. *ſeq. Tom. III. pag.* 165. 270. Ea an ex odio (quod etiam hac in parte noſtro Auctori Zaccaria *Tom. IV. pag.* 56. imputat) an econtra ex filiali erga matrem noſtram Eccleſiam affectu ex præcipuis quatuor poſteriorum ſæculorum Scriptoribus & Conciliorum Patribus decerpta fuerint, judicent æquiores.

II. Vi-

II.

Videamus modò quid adverſarius Jeſuita, nunc Ex-Jeſuita (etenim dum hæc ſcribo, Breve Clementis XIV, quo Jeſuitarum Ordo abrogatur, per totum ferè Chriſtianum orbem publicatum & receptum eſt) jam dictis opponat. 1.) In Concilio, ait *Tom. IV. pag.* 57. Lugdunenſi I. an. 1244. Cardinales Presbyteri, deinde in Concilio Lugdunenſi II. an. 1274. uti & in Florentino ante Archiepiſcopos & Epiſcopos ſederunt. Hæc prærogativa 2.) eis conceſſa fuit ex illa primùm ratione, quòd in Romano Concilio anni 1059. à Nicolao II. omne jus eligendi ſummi Pontificis in Cardinales translatum, atque adeo in ſolemni hoc actu Præſulum, Principum, & omnis populi vices obire juſſi ſint. 3.) Quòd electi Pontificis in decernendis curandisque totius Eccleſiæ negotiis collaterales & coadjutores ſint, illique adſint cum eo orbem judicaturi. 4.) Quod ad copiam beneficiorum attinet, quibus Cardinales frui ſolent, plerique horum ſuos reditus non illibenter commutabunt cum non paucis Germaniæ Canonicis, qui pluribus ſimul iisque pingviſſimis Canonicatibus, ac præterea opulentiſſimâ quapiam Præpoſiturâ ditantur. 5.) Febronius ex una parte cupit ut ex omnibus nationibus æquo, ſervatâ proportione, numero Cardinales aſſumantur: ex altera parte ait, Regem Galliæ minùs prudenter egiſſe, quòd permiſerit ſuos ſubditos ad Cardinalatum elevari, & per hoc Rom. Pontifici obnoxios fieri; quando interim omnibus notum eſt, quàm parùm circa hæc Papa liberas manus habeat propter æmulationem, quæ inter Catholicos Monarchas eſt in nominandis ad Purpuram ſubjectis. 6) Anno 1378. Urbanus VI. prohibuit, ne penſionibus Cardinales vel Regi vel Reipublicæ ulli conſtringerentur. Martinus V. vetuit, ne Cardinales adgrederentur vel pergerent exercere protectionem Regnorum; ut affectibus vacui & liberiores Pontificiis ſe conſiliis & cauſis dedant. Concilio Baſileenſi an. 1436. prohibiti ſunt Cardinales in partes ſcindi, aut Principibus aliis adverſus alios ſe devovere; permiſſi tamen

ſunt gratuitas gerere Principum protectiones. Synodus Lateranenſis ſub Leone X. 1514. patrocinia hæc probavit, nec prorſus gratuita ut eſſent, *Seſſ.* 9. expreſſit. Clemens VIII. vehementer cupiebat, ut omnes Cardinales abſtinerent à quibuscunque Principum penſionibus. Idem Pontifex ſedulò cavit, ne quem collegio Cardinalium adjungeret, niſi qui abſolutus eſſet & liber ab obſequiis Principum. Ex his Zaccaria concludit, nunquam RR. Pontifices, ne Cardinales ejuſmod muneribus vel apud Principes vel Romæ pro Principibus fungerentur, ſollicitos futuros fuiſſe, ſi tantum præſidii à Cardinalibus, Regum negotia adminiſtrantibus, in Pontificiam Monarchiam derivaretur.

III.

Facilis & adæquata eſt ad ſingula reſponſio. Ad I. & II. Quæ hìc allegantur, minimè fugiebant in Viennenſi Concilio Durandum Mimatenſem Epiſcopum, & in Tridentino Bartholomæum de Martyribus Archiepiſcopum Pragarenſem; & nihilominus viri hi egregii improbârunt Cardinalium præſidentiam ante Epiſcopos, ex deciſiva ratione, quòd Epiſcoporum ordo ex *divina inſtitutione* ſit in Eccleſia abſolutè primus, cui nullæ humanæ ordinationes aut debent aut poſſunt prævalere. Quare durum viſum eſt Henrico Archiepiſcopo Cantuarienſi, Regni Primati, atque Apoſtolicæ Sedis Legato nato (Vid. *Cap.* 1. *X. de Offic. Legati*) ſibi anteponi Joannem Kemp Archiepiſcopum Eboracenſem, ab Eugenio IV. purpura decoratum, cui propterea cedere recuſavit. Pontifex, ùt reſcivit quæſtionem inter eos de præcedentia motam, litteris ad Henricum datis, Cardinali præferentiam adjudicavit ex rationibus, quæ non niſi Romanas valent titillare aures. Primaria ratio hæc eſt: *Quòd hæc dignitas* (Cardinalitia) *tanto honore præfulgeat, nec tuæ fraternitati, nec cuiquam alteri moleſtum eſſe debet, quoniam ùt Sancti atteſtantur Patres, omnes Patriarchales, Archiepiſcopales, Epiſcopales, Cathedrales aliáſque dignitates Romana*

mana fundavit Eccleſia; ſicutque licuit uni Eccleſiæ amplam, alii ampliorem, & alii ampliſſimam, prout expedire judicavit, tradidit poteſtatem: omnes enim tanquam unius arboris rami ab una eadémque radice, & ut diverſi aquarum rivuli ab eodem fonte prodierunt, licet unus alio copioſior. Poſt hæc Pontifex concludit his ex Evangelio verbis: *Amice non facio tibi injuriam. Nunquid mihi non licet de meo facere quod volo?* Epiſtolam edidit Raynaldus *ad an.* 1439. *n.* 40. In ea Cardinalitiæ dignitatis eminentiam ſummopere celebrari dicit Benedictus XIV. *Tract. de Synodo Lib. III. Cap.* 10. *n.* 1.

Ad III. Qui Cardinales dicunt in curanda univerſali Eccleſia ſummi Pontificis *Coadjutores*, & in judicando Chriſtiano orbe *Conjudices*, non loquuntur ex ſpiritu Eccleſiæ; rectiùs dixere Galli tempore Conſtantienſis Concili *Tom. III. Febr. pag.* 166. ſcilicet: „ Quòd Cardinales ſint *Papæ Coadjutores*, ſicut dicit, qui ex adverſo appellat, nihil eſt: ſuper „ falſo ſe fundat: quia Epiſcopi ſunt Papæ Coadjutores, & ſu„ pra Cardinales jure divino; Cardinales verò ſunt tantum„ modo Papæ Conſultores. " Ad IV. Si comparatio Cardinalium cum pluribus Canonicis Germaniæ juſta eſt quoad pluralitatem beneficiorum eſt eccleſiaſticorum redituum, culpâ id accidit Romanæ Curiæ ſine legitima cauſa diſpenſantis; qua de re tot in ipſa Germania publicæ querelæ ſæculi XV. & XVI. vidend *Tom. I. Febr. pag.* 326. 467. 469. 473. 479. 481. 492. 494. Quòd autem Curia importunitati ſupplicantium hac in parte non reſiſtat, ejus culpam non minuit. Vid. *Tom. II. pag.* 585.

Ad V. Dum quæſtio movetur de Cardinalibus Romæ reſidentibus, & Papæ Senatum conſtituentibus, nemo dubitabit, quin juſta ſit querela Granatenſis Archiepiſcopi Didaci de Alaba, quòd ſoli Itali eundem ſenatum conſtituant: juſtitiam, æquitatem & bonum Chriſtianitatis poſtulare, ut illi ex omnibus nationibus æquali præter propter numero aſſumantur.

Digitized by Google

Quod autem ad eos Cardinales attinet, qui in miniſteriis & aulis Regum ſunt, aut etiam in provinciis reſident, nemo rerum, quæ in publico geruntur, gnarus negabit, eos non ſolùm ex officio ſuæ Purpuræ ſe ſe Romanæ Sedi addictiores exhibere, ſed etiam ex conditione ſui ſtatûs, in quem ex elatione primæ Sedis ſemper aliquid ſplendoris defluit. Exempla hujus rei antiquiora jam allegata ſunt, recentiora memorare odioſum eſt. Similium præjudiciorum non æque facilis, imò nulla foret occaſio, ſi juxta votum illuſtriſſimi Didaci omnes ex ſingulis nationibus indifferenter aſſumpti Cardinales Romæ reſiderent, nec plures crearentur, quàm ad conſtituendum Papæ Senatum deſiderantur. Nunc cùm res eo, quo ſcimus & videmus, loco ſunt, & quousque in eodem ſitu perſtabunt, minimè mirandum, quòd nullus Monarcha Catholicus patiatur præferri aliorum recommendationes, habentes ſpeciem nominationis, ad Purpuram Cardinalium non reſidentium, tum quòd hæc ſit ſpecies prærogativæ Regibus ex uſu debitæ, tum quòd hi Cardinales ſaltem ad electiones ſummorum Pontificum valeant convenire, & quidem inſtructi mandatis magnorum Principum, à quibus nominati ſunt.

IV.

Capite ſecunde Diſſertationis X. adverſarius in eo occupatur, ut à Romana Curia omnem ſuſpicionem aut inculpationem humanæ cupiditatis, quam illi à Febronio impingi quæritur, averruncet. Hunc in finem illud maximè agit, ut computum ineat illarum pecuniæ ſummarum, quæ in ſingulos annos Datariæ Apoſtolicæ obveniunt primùm ex Diſpenſationibus matrimonialibus; deinde ex Annatis Eccleſiarum Metropolitanarum, Cathedralium & aliarum Conſiſtorialium Germaniæ; & qualiter demum eædem pecuniæ in pios Eccleſiæ uſus vertantur. Quod ad primum attinet, unum habeo quod huic calculo opponam, illud ſcilicet quod Pius V. ſuo Datario, pro ſimili diſpenſatione magnam pecuniæ ſummam in pios uſus

ver-

vertendam offerenti ex Tridentino repoſuit: *Rarò, ex cauſa, & GRATIS Tom. I. Febr. pag.* 325. Noverat quippe Sanctus Pontifex, nullum eſſe pium uſum pecuniæ, non legali titulo acquiſitæ.

De *titulo*, quo Annatæ ex majoribus Eccleſiis Germaniæ ſolvuntur, diximus, quantùm ſtatis, *Diſſert. VII. Cap.* 2. *à num.* 11. nunc paucis agemus de *modo* ſeu *rigore* quo illæ exiguntur, ut mininum dicam, ultra terminos æquitatis. Facem hìc nobis præferet clariſſimus Zallwein *Tom. IV. pag.* 413. „ Primò quidem, inquit ille, exiſtimo, Romanam Curiam „ omnino vi Concordatorum, adeóque *ex pacto ſtrictè obli-* „ *gatorio*, eſſe devinctam ut pro caſu, quo ipſæ Eccleſiæ va- „ riis calamitatibus ſunt attritæ & conquaſſatæ, Annatarum vel „ remiſſionem, vel moderationem admittat, ita tamen, ut „ Pontifici hæ neceſſitates decenter, & pro majori reverentiâ „ ſummæ Sedi exhibendâ ſupplicando exponantur; atque adeo „ remiſſionem Annatarum *non meræ Gratiæ ſed juri ſtricto,* „ *ac Juſtitiæ commutativæ ex pacto reſultanti*, inniti: cùm „ utique Germani obligationem ſatis certè gravem ſolvendi „ Annatas aliter in ſe ſuſcipere noluerint, quàm ſub conditio- „ ne, ſi etiam Curia Romana conditiones, quas ſibi Germani „ fuere ſtipulati, obſervaverint. " Porro iter conditiones in Concordato expreſſas etiam illa eſt: *Ne Eccleſiæ ſecundùm qualitatem rerum, temporum & regionum nimiùm prægraventur.* Per hanc rerum, temporam & regionum qualitatem, graves belli aliáſque ſimiles calamitates intelligi, quisque facille perſpicit, & Acta Imperii publica loquuntur.

Pergit Zallweinius: „ Secundò idem dicendum eſſe „ exiſtimo in caſu neceſſitatis publicæ totius Imperii Romano- „ Germanici, ſi hæc neceſſitas redundet in Eccleſias particu- „ lares. E. gr. ſi Germania aut Imperator invadatur ab hoſte „ vicino Germaniæ infeſto ac infenſo, & ſtatus etiam Eccle- „ ſiaſtici ingentem pecuniarum vim atque copioſum militem

„ ſuppeditare, aut ſe ipſos defendere debeant, atque ad vim „ hoſtium à finibus Eccleſiarum propulſandam pecuniis egeant, „ ita ut perſolutio Annatarum ipſis accideret aut impoſſibilis, „ aut certè difficillima. Nam ſimiles caſus, ſi non literæ „ Concordatorum, certè menti Concordantium & paciſcen- „ tium eſſe conformes, vix dubitare licet, dummodo, ùt „ dixi, Annatæ à Pontifice remiſſæ in neceſſitates Eccleſia- „ rum impendantur. “

Celebrem hunc Salisburgenſis Univerſitatis Rectorem in his præivit clariſſimus Academiæ Wirceburgenſis Pro-Cancellarius Barthelius *Diſſert. III, de Concord. Germ. Cap. V. n.* 38. Quis poſt hæc ignorat, quoties hoc & ſuperioribus ſæculis Germania in-et externis bellis aliiſque calamitatibus tum univerſim preſſa, tum plures diœceſes pecuniis exhauſtæ & ære alieno gravatæ fuerint; attamen quàm raró, aut ferè nunquam, gravium Annatarum etiam petita remiſſio aut minutio à Rom. Curia obtenta fuerit. Unam tantùm habuit, quam laudaret, ſub Innocentio XI. vir multæ lectionis & plurium gravium negotiorum eccleſiaſticorum geſtione notus, laudatus Barthelius *l. cit n.* 42. Cavet ſuâ ex parte Zaccaria, ne de hac ſpecie minutionis jurium Datariæ mentionem faciat; de eo tamen non prætermiſit *pag.* 80. lectorem monere, quòd in ampliſſimis Germaniæ diœceſibus Moguntina, Treverenſi, Colonienſi, Monaſterienſi, Conſtantienſi, Wormatienſi, Auguſtana, Salisburgenſi & Herbipolenſi, nulla eorum beneficiorum, quæ vigore Concordatorum alternativæ menſium ſubjecta ſunt à RR. Pontificibus nunc conferantur; ſed illa quoque, quæ menſibus Apoſtolicis vacant, ab earum Archiepiſcopis atque Epiſcopis tribui: quo deinceps privilegio cæteri quoque gaviſuri ſunt Germaniæ Epiſcopi, quos ad Cardinalatum evehi contigerit. Verùm debuiſſet addere quod hìc ad rem maximè facit (etenim hoc Capite de *cupiditate auri* R. C. agebatur) ſcilicet, quòd omnibus horum Archiepiſcoporum & Epiſcoporum indultis inſerta ſit clauſula, vigore cujus ii,

ii, quibus ſic ex indulto in Germania providetur, tenentur Romæ eorundem beneficiorum novam proviſionem intra novem menſes petere & obtinere, idque ſub pœna nullitatis. Quare hoc? Ne per talia indulta vel in obolo Curia defraudetur; ſiquidem pro nova hac proviſione eædem expenſæ Romæ faciendæ ſint, acſi beneficium ibidem ex integro conferretur, & nulla ab Indultario proviſio præceſſiſſet.

V.

Adverſariæ Diſſertationis X. Capite 3. expenditur thema de *Libertate Eccleſiaſtica*, circa quod varia Febronii aſſerta taxantur. Ponderemus ſtrictim Ex-Jeſuitæ cenſuras, ſæpe verborum captationes. Primùm, *ait* 104. Libertatis Eccleſiaſtcæ nomen per ſe ſanctum eſt ac venerabile; at poſtquam Proteſtantes & Janſeniſtæ eo abuti cœperunt, id nominis Romanæ Eccleſiæ ſuſpectum atque adeo inviſum evaſit. Sicut qui Eccleſiaſticæ Libertatis nomine & re ad privatum in cauſis fidei judicium, proinde ad occaſionem hæreſeos & alias corruptelas abutitur tolerandus minimè eſt; ita nec illi aſſentiendum, qui Libertatem Eccleſiaſticam eo fine proſequitur, ut ſibi ſuperioritatem ultra leges aſſerat, & aliis indebitam ſervitutem imponat. In medio virtus eſt: Ex Canonibus & legibus æſtimanda authoritas & reſpectiva ſervitus. Fruſtra quis hìc voce *Libertatis*, qua ipſa Scriptura utitur, terretur, aut alios in ſuum commodum terrere ſtudet. Dum dixi Canonibus æſtimandam libertatem, ſtudio ab illis excluſi Decretales Iſidori.

Ut hoc jus Iſidorianum Febronius efficaciter è ſolio deturbet, uſus eſt graviſſimorum Auctorum ineluctabili Præſidio & inter hos *Tom. I. pag.* 638. viri celeberrimi Stephani Baluzii in Præfatione ad Antonii Auguſtini Libros de Emendatione Gratiani: ubi „ ſæculo, ait, Caroli M. quaſi aliqua fatali ne-„ ceſſitate, cùm mutarentur regna, mutatum quoque eſt Jus „ Eccleſiaſticum, id eſt, antiquo Juri, quod per ſeptingentos

„ & am-

„ & ampliùs annos valuerat, ſucceſſit Jus novum ex ſuppoſi-
„ titiis ſanctiſſimorum Romanæ Urbis Epiſcoporum epiſtolis,
„ *ab IMPUDENTISSIMO illo NEBULONE Pſeudo-Iſidoro*
„ prolatis, compactum. “ Dum hanc Baluzii expreſſionem Febronius imitatur, mirum quantum Zaccariæ bilem, aut potiùs fallacem ejus animum commovet. Sic enim ille *pag.* 108.
„ O rem incredibilem! hæc ſcribi à Catholico homine potuiſ-
„ ſe. Num *Nebulones*, iique *impudentiſſimi*, omnes à nono
„ ſæculo Romani Pontifices, qui ad Iſidoriani Juris normam
„ Conſtitutiones ediderunt? *Nebulones* Epiſcopi omnes, qui
„ turpibus legibus ſe ſe ſubjecerunt? *Nebulones* Tridentini Patres,
„ qui plurima ex Iſidoriano jure intacta voluerunt? Etenim
„ Pſeudo-Iſidoro jus certè non fuit, Eccleſiam ignoratarum
„ eò usque turpium legum dictaturâ gravare; jus tamen cer-
„ tè fuit recenti Eccleſiæ, ejus Pontificibus, ejus Conciliis
„ antiquo juri in rebus ad variam diſciplinam ſpectantibus no-
„ vum ſufficere. “ Si exclamationibus hìc locus foret, dicerem ego potiore jure: O puerilem & ineptum declamatorem! An non ex communi, imò communiſſimo Doctorum decreto *Iſidorus Mercator* criminis falſi convictus & damnatus eſt? An non ex primariorum Canoniſtarum & Theologorum, Petri Couſtant, Gregorii Zallwein, Zegeri van Eſpen, Petri Gibert, Stephani Baluzii, Sebaſtiani Berardi, Claudii Fleury & aliorum (Vid. *Tom. II. Febr. pag.* 105.) ſententiâ, falſo Iſidori occaſionem & anſam præbente, à Pontificibus, Epiſcopis & Conciliis bonâ quidem fide, attamen ex errore, jus vetus in novum, primæva Eccleſiæ diſciplina in aliam mutata eſt? Qui ob inſuperabilem ignorantiam artis criticæ inſtrumentum à falſario confictum pro vero habens, illud bonâ fide in judicio tanquam legitimum pro ſe producit, non ideo falſarius aut nebulo eſt. Verùm de eo ſemper quæſtio remanet, an & quousque ille error jus pariat. Non de eo agitur inter nos, aut veriùs non dubitatur, quin Pontifici, Epiſcopis, Conciliis, Eccleſiæ ſit poteſtas novum jus condendi, diſciplinam veterem pro bono Eccleſiæ mutandi; ſed quæritur, an teneat

quod

quod ſic ex errore non in melius mutatum fuit: an diſciplina recens, an verò antiqua & primæva, ſit lapis lydicis, ad quem probari debeat authoritas Romani Pontificus.

VI.

Febronius *Tom. I. Cap.* 8. §. 9. aſſeruerat cum Petro de Marca, Benigno Boſſuetio, Claudio Fleury & Ludovico de Hericourt, Libertates Eccleſiæ Gallicanæ non niti ſpeciali aliqua conceſſione, ſed eſſe portiones priſtinæ & univerſalis libertatis ac diſciplinæ Eccleſiaſticæ, in qua Galli firmiùs ſtetere adverſùs novitates & impetitiones Romanæ Curiæ; inde ille intulit, hanc Gallorum in ſervanda adverſùs clancularias Romanorum invaſiones originaria & naturali Eccleſiæ libertate genuinis Canonibus conformi, vigilantiam & ſolertiam aliis quoque Eccleſiis prodeſſe poſſe & debere. Ut verò probè noſcatur, in quo hæ Libertates conſiſtant, & quòd revera genuinis Canonibus atque ita ſpiritui Dei & Eccleſiæ conformes ſint, proinde omnibus Eccleſiis conveniant, recitabimus eas ex Fleurii *Inſtit. Jur. Eccleſ. Part. III. Cap.* 25., & quidem ex autographo, non ex informi traductione. Sic autem ille:
„ Toutes les Libertés Gallicanes roullent ſur ces deux maximes: Que la puiſſance donnée par Jeſus-Chriſt à ſon Egliſe, „ eſt purement ſpirituelle; & ne s'étend ni directement, ni „ indirectement, ſur les choſes temporelles. Que la plenitude de puiſſance qu'a le Pape, comme Chef de l'Egliſe, „ doit être exercée conformement aux Canons reçus de toute „ l'Egliſe: & que lui même eſt ſoûmis au jugement du Concile univerſel, dans les cas marqués par le Concile de Conſtance. Ces maximes ont été déclarées ſolemnellement „ par le Clergé de France, aſſemblé à Paris en 1682, comme „ étant l'ancienne doctrine de l'Egliſe Gallicane. On en tire „ pluſieres concluſions, qui ſont autant d'articles de nos Libertés. "

Ex primo horum principiorum Galli deducunt ſequentia ſuarum Libertatum Gapita apud Fleuryum *l. cit.* " Le Roi ne „ tient ſa puiſſance temporelle que de Dieu ſeul. Il ne peut „ avoir d'autres juges de ſes droits que ceux, qu'il établit lui- „ même. Perſonne n'a droit de lui demander compte du „ gouvernement de ſon Royaume. Et quoiqu'il ſoit ſoûmis „ à la puiſſance des clefs ſpirtuelles, comme pécheur: il ne „ peut en ſouffrir aucune diminution de ſa puiſſance com- „ me Roi . . . . . De la diſtinction des Puiſſances „ ſuit la diſtinction des jurisdictions: & delà vient qu'en „ France on ne ſouffre point, que les Eccléſiaſtiques en- „ treprennent ſur la jurisdiction temporelle. Si on ne le „ ſouffre pas aux Eccleſiaſtiques François, encore moins „ aux Etrangers; & au Pape, dont les prétenſions ſont plus „ grandes ſur le temporel des Princes. Nous n'en recon- „ noiſſons point non plus dans les Nonces, que le Pa- „ pe envoye au Roi, & nous ne les regardons que comme les „ Ambaſſadeurs des Princes étrangers . . . . . Nous ne re- „ connoiſſons point, que le Pape puiſſe accorder aucune grace „ concerne les droits temporels. Comme de legitimer les „ bâtards, ou reſtituer contre l'infamie, afin de rendre les „ impetrans capables de ſucceſſion, de charges publiques, ou „ d'autres effects civiles. Par la même raiſon on n'a point „ d'égard aux Proviſions de la Cour de Rome, en ce qui eſt „ contraire aux droits des Patrons laïques. Nous ne ſouf- „ frons point, que le Pape faſſe aucune levée de deniers en „ France ni ſur le Peuple, comme aumône pour des Indul- „ gences; ni ſur le Clergé, emprunte, ou autrement: ſi ce „ n'eſt de l'autorité du Roi & du conſentement du Cler- „ gé. . . . . "

„ De même les perſonnes conſacrées à Dieu ne laiſſent „ pas d'être des hommes & des citoyens, ſoûmis comme les „ autres, au Roi & à la Puiſſance ſéculiére, en tout ce qui re- „ garde le temporel: non obſtant les Priviléges qu'il a plus

„ aux

„ aux Souverains de leur accorder. . . . . . De-la vient, que
„ les Eccleſiaſtiques, qui ſont Officiers du Roi, ne peuvent
„ alleguer leur privilége pour pretendre être exempts de ſa
„ jurisdiction, quant à l'exercice de leur charges. De là
„ vient encore, que le Clergé ne s'aſſembler que par la per-
„ miſſion du Roi: & que les Evêques, quoiqu'ils fuſſent man-
„ dés par le Pape, ne peuvent ſortir du Royaume ſans congé.
„ Car les Evêques par le credit, que donne leur dignité, &
„ pas les biens temporels, qui y ſont attachés, tiennent dans
„ l'Etat un grand rang, même temporel. & le Pape, comme
„ Souverain d'une partie d'Italie, eſt un Prince étranger, dont
„ les interêts d'Etat peuvent être oppoſés à ceux de la Fran-
„ ce. . . . . "

VII.

Atque hæc de primo Libertatum Eccleſiæ Gallicanæ principio. De altero idem Auctor ita proſequitur: „ L'autre ma-
„ xime, que la Puiſſance ſuprême du Pape doit être exercée
„ *ſuivant les Canons*; eſt fondée ſur ce que dit Jeſus Chriſt:
„ Les Rois des nations les dominent, & ceux qui ont la puiſ- Luc. XXII.
„ ſance ſur eux, ſont appelles bienfacteurs. Et ſaint Pierre ℣. 25.
„ parlant aux Paſteurs: Conduiſez le troupeau de Dieu, non I. Pet. 5.
„ en dominant ſur votre partage, mais vous rendant l'exem- ℣. 3.
„ ple du troupeau du fond du cœur. Par ou nous appre-
„ nons, que le gouvernement de l'Egliſe n'eſt pas un *Empire*
„ *deſpotique*, qui n'a pour loi que la volonté du Souverain;
„ mais un gouvernement de charité, ou la puiſſance n'eſt em-
„ ployée qu'à faire regner la raiſon; où l'autorité du Chef ne
„ paroit point, tant que les inferieurs ſont leur devoir; mais
„ éclate et s'élève au-deſſus de tout, pour les y faire rentrer;
„ & leur faire obſerver les regles. Il doit, comme dit ſaint Gregor. Paſtoral. Part.
„ Gregoire, dominer ſur les vices, plûtôt que ſur les per II. C. 6. Lib.
„ ſonnes. " I. Epiſt. 24. Lib. II. Ep. 32.

 „ Nous

„ Nous ne tenons donc en France pour Droit Canoni-
„ que, que les Canons reçus d'un conſentement univerſel par
„ toute l'Egliſe Catholique: ou bien les Canons des Conci-
„ les de Erance, & les anciennes coutumes de l'Egliſe Galli-
„ cane. Ainſi nous recevons premiérement tout l'ancien
„ Corps des Canons de l'Egliſe Romaine, apporté par Char-
„ lemagne, mais depuis oubliê pendant long-tems. Les
„ Canons recueillis par Gratien, entant qu'ils ont autorité
„ par eux-mêmes; car on convient que la compilation ne
„ leur en donne aucune. Les Decretales, non ſeulement
„ *des cinq livres de Gregoire* IX. mais pluſiers *du Sexte* & *des*
„ *Clementines*, qui ne ſont contraires ni à nos Libertés, ni
„ aux Ordonnances des Rois, ni aux Ordonnances des Rois,
„ ni aux uſages du Royaume: Ce qui en retranche au moins
„ la moitié. Les Conſtitutions plus nouvelles ont bien moins
„ d'autoritè parmi nous. "

„ Quant aux Conciles œcumeniques, il faut diſtinguer
„ les matiéres *de Diſcipline*, & les matieres *de Foi*. Pour *la*
„ *Foi*, quiconque ne s'y ſoûmet pas, eſt hérétique; pour *la*
„ *Diſcipline*, les Reglemens des Conciles ne ſont pas égale-
„ ment reçûs. On a laiſſé de tout tems à chaque Egliſe
„ une grande liberté de garder ſes anciens uſages. Ainſi il
„ ne faut pas s'étonner, ſi ayant reconnu *le Concile de Trente*
„ pour legitime & œcuménique, nous n'avons pas encore ac-
„ cepté ſes *Decrets de diſcipline:* quoi qu'à vrai dire, il n'a
„ pas tenu au Clergé de France; il a temoigné le déſirer par
„ pluſiers Actes ſolemnels. "

„ Nous ne croyons dont point, que *les nouvelles Conſti-*
„ *tutions des Papes*, faites depuis trois cens ans, nous obli-
„ gent, ſinon entant que notre uſage les a approuvées. De-
„ là vient que nous ne recevons que *trois ou quatre des Règ-*
„ *les de la Chancellerie de Rome.* Que les Bulles qui ſont ap-
„ portées en France, hors celle du ſtile ordinaire, comme les
„ provi-

„ proviſions des Benefices, ne peuvent être publiées ni exe-
„ cutées qu'en vertu des Lettres du Roi, & aprés avoir été
„ examinées au Parlement. Que nous ne croyons pas être
„ ſujets aux cenſures de la Bulle *in Cœna Domini*; ni aux De-
„ crets de la Congregation *du ſaint Office*, c'eſt à dire, de *l'In-
„ quiſition de Rome*; ni à ceux de la Congregation *de Indice*
„ des livres défendus: ou des autres Congregations, erigées
„ par les Papes depuis un ſiécle, pour leur ſervir de conſeils
„ dans les affaires de l'Egliſe ou de leur Etat temporel: Nous
„ honorons les Decrets de ces Congregations, *comme des con-
„ ſultations de Docteurs graves:* mais nous n'y reconnoiſſons
„ aucune juriſdiction ſur l'Egliſe de France. „

„ De-là vient encore que nous ne recevons point de
„ diſpenſes, ni contre le droit naturel & divin, ni contre la
„ diſpoſition expreſſe des Canons, quand ils défendent de
„ diſpenſer: ni contre les louables Coûtumes & Statuts parti-
„ culiers des Egliſes, confirmés par le ſaint Siége. De-là
„ vient encore que nous ne ſouffrons point que le Pape trou-
„ ble l'ordre des juriſdictions: en recevant des appels ſans
„ moyens, ou évoqant les cauſes en premiere inſtance; ni
„ qu'il tire les parties de leur Pays, pour pourſuivre les cau-
„ ſes dévoluës au ſaint Siége. Il eſt vrai que dans la Colla-
„ tion des Benefices, nous nous ſommes plus conformés au
„ droit nouveau; accordant au Pape la prévention & tout ce
„ qui eſt compris dans le Concordat; dont toutefois pluſiers
„ articles favorables au Pape ne ſont pas obſervés, comme
„ les Reſerves ôtées par le Concile de Trente. Mais nous
„ avions réſiſté à pluſieres nouveautés, que le Concile a ré-
„ tranchées: & nous apportons pluſieres reſtrictions à ce
„ droit de Collation, qui n'ont pas lieu dans les autres Pays.
„ Car nous ne ſouffrons point, que le Pape donne aux étran-
„ gers ni Benefice en France, ni Penſions: comme il fait ſur
„ les Bénéfices d'Eſpagne nonobſtant les Loix du Pays. Il ne
„ peut augmenter les taxes des Benefices en France ſans le

„ conſentement du Roi & du Clergé. Nous ne prenons „ point de *Bulles* pour les petits Bénefices, mais *des ſimples* „ *ſignatures*, dont les fraix ſont beaucoup moindres. “

Hæc ſunt quæ Galli *Libertates* ſuæ Eccleſiæ appellant. Zallwein *Tom. IV, pag.* 344. *ſeqq.* & poſt eum Zaccaria *Tom. IV, pag.* 110. *ſeqq.* eas ex Fleurio mutilas tranſcripſerunt, non animo illas *probandi*, ſed earum uſum *carpendi*. Inter ea, quæ à Benedictino & Jeſuita prætermiſſa ſunt, illud primum eſt, quòd uterque ſiluerit *fontes & principia*, è quibus hæ Libertates emanant: ſcilicet 1.) quòd omnis Eccleſiaſtica poteſtas ſit *merè ſpiritualis*: 2.) quòd uſus authoritatis Rom. Pontificis, tanquam Capitis Eccleſiæ, debeat *regulari ex Canonibus* ab univerſa Eccleſia receptis. Tam hæc principia ſunt ſolida & convincentia, ut nullius non præoccupati aciem valeant effugere & aſſenſum declinare. Quod ad corollaria & ſequelas attinet, quas ex eisdem Gallicana Eccleſia deducit, eæ omnium in ſana Theologia & Jure Canonico prudentum approbationem haud difficulter merebuntur; quia ex memoratis principiis naturaliter defluunt. His ſtantibus rectè à Febronio concluſum fuit, eadem principia, easdémque illationes, tanquam primævis Canonibus & vero ſpiritui Eccleſiæ (antequam ejus diſciplina per falſa Iſidori obnubilata eſſet) conformes, omnibus peræque Eccleſiis pro norma ſervire poſſe imò debere.

VIII.

Quæ bini memorati Scriptores Libertatibus Eccleſiæ Gallicanæ opponunt, ad duas claſſes reducuntur: Alia concernunt *Clerum* reſpectivè ad Statum & *Magiſtratum civilem*, à quo illum haud raró gravari, & Eccleſiaſticam Libertatem multis modis infringi queruntur: Alia ad illud genus *domeſticæ libertatis* pertinent, qua Gallia ſe *reſpectu Romanæ Curiæ* gaudere gloriatur. Prima harum claſſium propriè hujus loci & præſen-

præſentis Tractatûs non eſt; attamen aliqua de ea etiam deinde ponderabimus: altera objectum & materiam præſentis diſquiſitionis conſtituit; & de ea perſtat graviſſimorum Galliæ ſcriptorum, *Tom. I. Febr. pag.* 679. *ſeq.* relatorum aſſertio, in antiquis & ſinceris Canonibus genuinum ejus fundamentum ſubſiſtere.

Verùm poſtulant imprimis bini viri adverſarii *in compendio* ſibi exhiberi antiquos illos Canones, quibus ſe inhærere Galli gloriantur; Recipiunt, inquiunt illi, Canones Synodorum *pro ſuo arbitrio*, rejiciunt Decreta Pontificum *pro libitu*. Si Fleurium, quem impugnare velle videntur, probè inſpexiſſent, vidiſſent Gallos minimè incerto jure vagari. Enarrat ille juſto ordine Canonum Collectiones, quibus utuntur. Et primo quidem loco recenſet Codicem Canonum ab Hadriano I. Carolo M. traditum, & ab hoc in Gallias apportatum, quem ex egregio Mſto Bibliothecæ Eccleſiæ Metropolitanæ Colonienſis iterum edidit Harzhemius *Concil. Germ. Tom. I. à pag.* 131. *ad pag.* 235. Eundem Codicem tribus antè ſæculis à ſe in Colonienſi Eccleſia viſum memorat Card. Cuſanus *Lib. II. Cathol. Concord. Cap.* 3.

Canones à Gratiano collectos Galli recipiunt pro eâ authoritate, quam illorum quisque pro ſe obtinet; in quo illi quidem ab aliis Eccleſiis vix differunt. Quantum ad Libros Decretalium, etiam hos in authoritatem admittunt: ſed quatenus principiis Eccleſiæ Gallicanæ non repugnant; qua exceptione eorum ferè medietatem extra uſum poni Fleurius teſtatur. Sed hic, inquient adverſarii, verificatur, quod ſuprà dictum eſt: Canones à Gallis *pro arbitrio* recipi. Verùm hoc arbitrium regulatur à præmemoratis duobus generalioribus ſolidisque principiis, quibus omnes Gallicanæ Eccleſiæ Libertates inniti, & ex iis juſtas illas, quas innuimus, concluſiones quaſi prono alveo profluere vidimus; à quibus inclyta Natio ſe non ſinit deturbari per ullas Pontificum Epiſtolas. Quòd Gallicana Eccleſia recentiores Pontificum conſtitutiones citra

citra ſuum beneplacitum & acceptationem, pro legibus minimè habeat, vetus & nova eſt hujus & aliarum Eccleſiarum diſciplina Vid. ſuprà *Diſſert. VI. Cap.* 1. *n.* 3. 4. Si poſt hæc Adverſarii per repetitionem urgeant, necdum ſibi, prout poſtulabant, *in compendio* eos exhiberi Canones, quibus ſe vivere Galli prætendunt; reſpondemus, culpam, ſi quæ eſt, eorum eſſe, qui novam regiminis formam in Eccleſiam invehere volentes, eam integris Decretalium Collectionibus, quæ magno delectu & expurgatione egent, obruerunt: *omnes* & *ſingulas* illas *Decretales* à nulla Natione recipi: nullam teneri ſuas honeſtas conſuetudines dimittere, ut *abſolutæ Monarchiæ Romanæ*, quam pleræque dictarum Decretalium ſpirant, locum faciat: à Gallis eas omnes, & meritò ſequeſtrari, quæ hanc Monarchiam ſapiant: Suarum Libertatum probationes domeſticis monumentis ſervari, conſignatis magnâ parte in variis editionibus notiſſimi libri *Traité des Libertés de l'Egliſe Gallicane*, in Collectionibus Edictorum Regiorum &c.

Zaccaria Libertates Eccleſiæ Gallicanæ porro exploſurus, ut eis quandam ſpeciem ſervitutis adfricet, amiſſam per ſuum Concordatum cum Romana Sede libertatem electionis *pag.* 124. in medium producit, quam Capitula & Eccleſiæ per integri ſæculi & ampliùs laborem non potuerunt recuperare, quâque hodienum carent. Sed non advertit vir cœteroquin acutus, eam non eſſe ſervitutem Eccleſiarum reſpectu Sedis Romanæ, ſed reſpectivè ad Regem; hàncque ſervitutem à Clero Gallicano deberi Leoni X., qui ut Regem Franciſcum I. à Pragmatica ſanctione avocaret, & Annatas per Baſileenſe Concilium abrogatas reciperet, jus nominandi ad Epiſcopatus & Abbatias ei obtulit: obtulit, inquam, rem non ſuam; atque hac eſca Eccleſias Galliæ contra nativam ſuam libertatem Regi in novam ſervitutem addixit per privationem canonicæ electionis: addixit autem & ſibi quoad annatas, in Baſileenſi Synodo & Pragmatica Sanctione meritò ſublatas. Hujus ſervitutis impatiens Gallia, adverſùs eam per integrum ſæculum & ultrà

Digitized by Google

ultrà totis viribus reluctata, tandem vi majori cedere coacta fuit. Vid. van Eſpen *J. E. U. Part. I. Tit.* 13. *Cap.* 3. *n.* 10. Zallwein *Opp. Tom. III. pag.* 265. *ſeqq.* Natal. Alexander *Hiſt. Eccleſ. Tom. VIII. pag.* 613. *ſeq.*

Statuunt quidem etiam Zallwein & Zaccaria Libertatis Eccleſiæ Gallicanæ impedimenta & præjudicia in jure *Placiti*, & appellatione ab *Abuſu*; ſed in his potiùs præſidium Libertatis quærendum eſſe, dicemus *Cap. ſeq.*.

IX.

Iidem duo Scriptores, volentes omni modo Cleri Gallicani immunitatem attenuare, prætendunt illum minùs, quàm alibi, *in perſonalibus* à ſæcularium poteſtate ac jurisdictione exemptum, *in realibus* contra Canones & priſtinum morem gravatum eſſe. Liceat dicere, has adverſarias aſſertiones ùt plurimùm procedere ex defectu ſufficientis notitiæ eorum, quæ olim in Gallia non invitis ſacris Canonibus geſta ſunt: & quæ modò in ea aguntur: Vidimus ſuprà *num.* 6. perſonas Deo ſacratas in iis, quæ *temporalia* reſpiciunt, Regi ac poteſtati ſæculari, æque ac alios homines atque cives, ſubjectas, non obſtantibus privilegiis, quæ eis indulgere Principibus placuit.

Quod ad Clericorum *perſonalia* attinet: quæ purè Eccleſiaſtica ſunt, etiam in criminalibus, utì ſimonia, culpa in adminiſtratione Sacramentorum admiſſa &c. ea ad ſolius judicis Eccleſiaſtici cognitionem in Gallia referuntur. In delictis, quæ ordinem ſocietatis civilis turbant, & pœnam corporis afflictivam promerentur, judex Eccleſiaſticus & Civilis conjunctim cognoſcunt, relictâ nihilominus Eccleſiaſtico præferentiâ. Vid. Fleury *Part. III. Cap.* 14. Hericourt *Part. I. Cap.* 19. *n.* 20. *ſeqq.* Ducaſſe *Pratique de la Jurisd. Eccleſ. Part. II. Cap.* 11. Nihil in his quo Libertati Eccleſiæ detractum dici queat.

In realibus, non videntur qui modernos Galliæ mores carpunt, & de læſa immunitate Eccleſiaſtica queruntur, priſtinum & originarium rerum ac bonorum Eccleſiæ ſtatum ſat habere perſpectum. Explicans S. Joan. Chryſoſtomus naturam & cauſam propter quam tributa ſolvuntur, ita fatur *Homil. XXIII. in Cap.* 12. *Rom.* „ In maximis tibi benefacit „ Magiſtratus, dum & pacem & adminiſtrationem politicam „ procurat. Nam innumera bona civitatibus per Magiſtra„ tus proveniunt, quæ ſi tuleris, omnia peſſum ibunt, ità ut „ neque urbes, neque agri, neque domus, neque forum, „ aut aliquid aliud conſiſtere queant, potentioribus imbecil„ liores devorantibus . . . . . omiſſis quæ ſingulatim recen„ ſeri poterant beneficiis per Magiſtratum urbibus exhibitis, „ utpote ordinatâ diſciplina, pacifico convictu, reliquisque „ miniſteriis, ùt ſunt militum, eorùmque quæ ad Remp. at„ tinent, miniſtrant, ex uno probat univerſum, quaſi dicat: „ Quòd bene Magiſtratus tibi faciat, tu ipſe teſtaris merce„ dem illi ſolvens . . . . . Cur enim vectigalia Regi damus? „ Numquid tanquam proſpicienti? Numquid tanquam præſi„ denti curæ tuitionisque mercedem perſolventes? Atqui ni„ hil illi ſolviſſemus, niſi ab initio utilem nobis talem fuiſſe „ præfecturam cognoviſſemus. Verùm propterea ab antiquis „ temporibus communi omnium ſententiâ Principes à nobis ſu„ ſtentari viſum eſt, ob id quod ſui ipſorum negligentes, com„ munes res curant, univerſùmque ſuum otium ad ea impen„ dunt quibus non ſolùm ipſi, ſed & quæ noſtra ſunt, ſalvan„ tur. " Ex hac vectigalium ac tributorum deſtinatione idem S. Pater infert, illa ab Eccleſia & Clericis, ne Epiſcopis quidem exceptis, pendi debere, neque in eo quidquam eſſe, quod aut Religioni præjudicium ferat, aut Statum Eccleſiaſticum dedeceat; ſic enim loquitur *cit. Homil. XXIII. in Cap.* 13. *Rom.* „ Facit autem hoc ideo (Apoſtolus) ut oſten„ dat Chriſtum leges ſuas non ad hoc induxiſſe, ut politias „ evertat, ſed ut ad melius inſtituat . . . . . Oſtendens quòd „ iſta imperentur *omnibus*, & *Sacerdotibus* & *Monachis*, non „ ſolùm

„ ſolùm ſæcularibus, id quod ſtatim in ipſo exordio declarat,
„ cùm dicit: Omnis anima poteſtatibus ſupereminentibus ſub-
„ dita ſit, etiamſi Apoſtolus ſis, ſi Evangeliſta, ſi Propheta,
„ ſive quisquis tandem fueris. Neque enim pietatem ſubver-
„ tit illa ſubjectio . . . . . Noli itaque talem ſubjectionem tur-
„ pem tibi putare. " Non mutant prædia & alia bona naturam ac conditionem, cùm à laicis ad Eccleſias tranſeunt. *Si tu vis obnoxius non eſſe Cæſari*, inquit S. Ambroſius in Expoſitione Evangelii ſecundùm Lucam Lib. IX. n. 35. *noli habere quæ mundi ſunt; ſi habes divitias, obnoxius es Cæſari. Si vis nihil Regi debere terreno, relinque omnia & ſequere Chriſtum.*

Sanè Eccleſias ſub Chriſtianis Imperatoribus publicas præſtationes exactè ſolviſſe compertum eſt. Teſtatur Valentinianus Imp. in Epiſtolà ante annum 367. ad Eccleſias Aſiæ exaratâ de fidelitate Epiſcoporum Illyrici in exſolvendis his oneribus, apud Theodoretum *Hiſt. Eccleſ. Lib. IV. Cap.* 8. ubi:
„ Qui cùm noxios omnes dæmonas per orationem abigere ſtu-
„ deant, & *publicas præſtationes juxta leges inferre norunt*, &
„ Imperatoriæ poteſtati neutiquam contradicunt; ſed ſincerè
„ tum ſummi Regis ac Dei mandatum cuſtodiunt, tum no-
„ ſtris legibus obſequuntur. " Theodoſius Imperator Clericos equidem à nonnnullis *perſonalibus* præſtationibus liberavit; attamen tum *Lib. XVI. ſui Codicis Tit.* 2. *Leg.* 15. tum alibi á *prædiis Eccleſiarum* cenſus & vectigalia ad ærarium publicum deportari omnino voluit. Juſſit etiam *Lib. XV. Tit.* 3. *Leg.* 6. ut Clerici & Eccleſiæ ad ſumptus viarum & pontium contribuant.

Eundem uſum ſub prima & ſecunda ſtirpe Regum Franciæ continuatum cernimus, niſi ubi una ſubinde vel altera Eccleſia ex ſpeciali Principis gratia à publicis oneribus eximebatur. Sic legimus apud Flodoardum Hiſt. Eccl. Remen. Lib. II. Cap. 11. *Suggerens, qualiter ipſa Eccleſia . . . . . à tempore Domni Remigii & Clodovæi Regis . . . . . ab omni functionum*

ctionum publicarum jugo liberrima ſemper extiterit. Deinde: *Præceptum etiam immunitatis à Childeberto Rege ſuper teloneis & quibuſdam tributis Eccleſiæ Remenſi obtinuit.* Hæc ad exceptionem pertinent: etenim in regula, cùm de manu laica prædium ad Eccleſiam tranſiret, tributum ei inhærens ſimul ad Eccleſiam transferebatur. Ita Capitularium *Tomo I. pag.* 611. *n.* 2. „ Quicumque terram tributariam, unde tributum „ ad partem noſtram exire ſolebat, vel ad Eccleſiam vel cuili„ bet alteri tradiderit, is qui eam ſuſceperit, tributum, quod „ inde ſolvebatur, omnimodò ad partem noſtram perſolvat, „ niſi fortè talem firmitatem de parte Dominica habeat, per „ quam ipſum tributum ſibi perdonatum poſſit oſtendere. " Statutum eſt Capitularium Tom I. pag. 457. n. 1. ut *quicunque beneficium habere videntur, omnes in hoſtem veniant.* Tam hoc eſt generale, ut etiam Eccleſiæ & Clerici in hunc cenſum veniant. Sic eod. Tom. I. pag. 498. n. 7. *Ut non ſolùm beneficia Epiſcoporum, Abbatum Abbatiſſarum atque Comitum, ſive Vaſſallorum noſtrorum, ſed etiam noſtri Fiſci deſcribantur, ut ſcire poſſimus quantum etiam de noſtra in uniuscujusque legatione habeamus. Item* Tom II. pag. 199. n. 13. *Ut ſi Infideles ſe adunaverint ad devaſtationem regni noſtri, Fideles noſtri tam Epiſcopi, quàm Abbates & Comites, & Abbatiſſarum homines, ſed & ipſi Comites, & Vaſſi noſtri, ſeu cæteri quique Fideles Dei ac noſtri id uno Miſſatico ſe in unum adunare procurent, ut Miſſi noſtri de ipſo Miſſatico providentiam habeant, qualiter unusquisque Epiſcopus vel Abbas, ſeu Abbatiſſa cum omni plenitudine & neceſſario hoſtili apparatu, & ad tempus ſuos homines illuc transmiſerit.* Add. eod. Tom. II. pag. 17. n. 8. Quæ extraordinariè Regi offerebantur, ea æqua proportione prædiis imponebantur, ita ut & Eccleſiæ ſuam ad illa ratam conferrent. cit. Tom. II. pag. 11. Cap. 4. Add. Tom. I. pag. 257. Ad operas publicas Clerum eo tempore contribuiſſe, minimè dubitandum; ſic etenim Capitul. Tom. II. pag. 338. n. 32. diſpoſitum legimus: *De Pontibus verò vel reliquis his ſimilibus operibus, quæ per antiquam conſuetudinem Eccleſiaſtici homines & per juſtitiam*

cum

Digitized by Google

cum reliquo populo facere debent, hoc præcipimus, ut Eccleſiæ Rectores eos interpellent, & eis, ſecundùm quod poſſibile fuerit, portio deputetur, & per alium exactorem Eccleſiaſtici homines ad opera non compellantur. Si verò opus ſuum conſtitutâ die adimpletum non habuerint, liceat Comiti pro pœna poſtpoſiti operis eos pignorare juxta æſtimationem, vel qualitatem impefecti operis, quouſque perficiatur; Comes autem, ſi neglexerit, à Rege vel à Miſſo eſt judicandus.

Qualiter ſub tertia quoque ſtirpe Reges Franciæ, Philippus I, Ludovicus VI, Philippus Auguſtus, & Philippus Pulcher, Clerum pro rata bonorum ad publica ſervitia contribuere fecerint, videri poteſt in noto Opere *Libertés de l'Egliſe Gallicane Chap.* 39. Mezerai *Abregé de l'Hiſtoire de France Tom. I. pag.* 364. &c. Poſſem hæc ulteriùs proſequi, & monſtrare ad hæc usque tempora, qualiter Clerus regni pro rata ſuarum facultatum (quanquam ſeriùs ſub molliore titulo *Doni gratuiti*) tam pacis quàm belli tempore concurrerit, niſi longior eſſe metuerem in materia, quæ hic incidenter ſolùm tractatur. Quare Lectorem remitto ad Opus anno 1765. iteratis typis in Gallia editum hoc titulo: *Traité des droits de l'Etat & du Prince ſur les Biens poſſédés par le Clergé.*

X.

Aliam eámque graviorem Eccleſiæ Gallicanæ ſervitutem è proprio illius ſinu prodeuntem ex Zallweinio depromit Zaccaria *pag.* 129. dicens, eòusque in Gallia prævaluiſſe exceſſivum Parlamentorum dominatum, ut contra Canones Eccleſiæ, contra tot Regum edicta, præcipuè illud Ludovici XIV. de anno 1695. ſuas manus ſacramentorum adminiſtrationi ingerere minimè erubuerint; nihil minas, nihil exilia curando, adeo ut tandem ipſi Regi cedendum fuerit.

Non probabo omnia, quæ hac in parte noviſſimis temporibus in cauſis *Janſenii* & *Queſnelli*, nec non circa Bullam *Unigenitus* à Parlamentis geſta ſunt; hoc dico: haberi in Gal-

lia circa Sacramenta, & jus excluſivum Eccleſiæ de eorum adminiſtratione, de Votis ſolemnibus, de Officio divino, de Eccleſiaſtica Diſciplina, & rebus aliis purè ſpritualibus cognoſcendi; jura aperta & ſat diſtincta, ſignanter Articulum XXXIV. memorati Edicti horum omnium declarativum. Enimverò ad probum horum juriumintellectum duo diſtinguenda ſunt: Debent quæ ad *ſubſtantiam* Sacramenti referuntur, diſtingui ab iis, quæ ad *externam* & *publicam* eorundem *adminiſtrationem* pertinent. Cùm de iis agitur, quæ eſſentiam Sacramenti, ejus materiam & formam conſtituunt: dum certis in caſibus examinandum venit, an hic & nunc adſit Sacramentum, nec ne: ſi ſtatuendum ſit de diſpoſitionibus ad Sacramentum dignè ſuſcipiendum requiſitis; omnibus illis caſibus cognitio ad Eccleſiam & ad Epiſcopos privativè pertinet. Quando econtra exoriuntur caſus, quibus convenit impedire, ne Paſtores ſuo miniſterio in damnum & præjudicium Statùs publici abutantur, exigendo e gr. ad receptionem Sacramentorum certas conditiones ſeu diſpoſitiones inuſitatas, communi tranquillitati adverſas, non poterit ab horum cognitione poteſtas & authoritas civilis penitùs excludi.

Talium cauſarum nonnullas Pariſienſe Parlamentum expreſſit in ſua ad Regem Monitione (*Remontrance*) de 24. Julii 1731, his verbis: „ S'il étoit quelques Eccléſiaſtiques „ dans le Royaume, qui vouluſſent entreprendre d'introdui- „ re l'infallibilité du Pape, & les autres maximes Ultramon- „ taines, qui n'ont jamais été admiſes en France; s'ils ſe prê- „ toient la main pour autoriſer toutes les Bulles qui n'ont point „ eté reçuës comme contraires aux maximes du Royaume; „ ſi nous avions la douleur de voir renaître de nos jours ces „ tems malheureux où on oſoit attaquer de front l'indepen- „ dance abſoluë de nos Rois de toute autre Puiſſance de la „ terre, ou les Papes ſe croyoient permis de délier les Peu- „ ples du ferment de fidélité qui les attache inviolablement „ à leur Souverain, de les affranchir, ſous des vains prétextes „ de

„ de Religion, ou d'obéiſſance qu'ils lui doivent indiſtincte-
„ ment & à toute épreuve; s'ils oſoient ſe ſervir de la voie
„ publique de la Prédication, ou de la voie ſecrette & impé-
„ nétrable de la Confeſſion, pour ſéduire les Peuples, pour
„ exclure de toute participation aux Sacremens ceux des ci-
„ toyens qui ne voudroient pas adopter des maximes ſi perni-
„ cieuſes, ſe flatteroit-on d'arrêter les plaintes, d'étouffer
„ la voix des Magiſtrat, de rendre leur zéle innutile, & l'au-
„ torité Royale impuiſſante pour remédier à des ſi grands
„ maux? Et ſeroit-il des Evêques François qui oſaſſent le pré-
„ tendre ſous le prétexte ſi frivole, qu'il s'agiroit de matieres
„ ſpirituelles dont il n'appartient jamais qu'à eux de connoî-
„ tre. "

Repeto, à me non probari ſingula, quæ circa præmiſſa à Parlamentis acta fuerunt; hoc aſſero, dari in Gallicana Eccleſia genuina principia, quibus ea omnia ad normam Canonum ex una parte, & ad libram ſanæ Politices ex altera regantur. Cæterùm Rex noviſſimis his temporibus luculenter & efficaciter monſtravit, non ſibi ſed Parlamentis cedendum eſſe, cùm de illius aut horum reſpectiva authoritate agitur.

XI.

Ab hoc diverticulo revertamur ad Canones, quos à Gallis dicunt adverſarii admitti & reſpectivè repudiari *pro arbitrio*; nos, *cum ſano judicio.* Queruntur imprimis Galli, nec ſine ratione, quòd Raymundus à Pennafort, Hiſpanus, Collector quinque Librorum Decretalium, in Pontificum reſcriptis ea ſtudio & in odium nationis prætermiſerit, quæ ad illius regni decus & gloriam pertineant. Horum nonnulla, in anterioribus Collectionibus expreſſa, in illa Gregorii IX. neglecta enuntiant *Memoires du Clergé Tom. IX. pag.* 36. In hac etiam Collectione plures Decretales ex Iſidoro Mercatore deſumptæ noſcuntur. Eò pertinet illa Lucii I. in *Cap.* 1. *de Elect.* alia Aniceti

ceti in *Cap.* 6. *de Temp. ordin.* &c. Capitulum 1. *de His quæ fiunt à Præl.* adſcribitur Concilio *ad Valentiam.* Attamen Antonius Auguſtinus, Petrus Crabbe, & alii non minoris nomini Critici obſervant, illius tenorem in nulla ad Valentiam Synodo, ſive Galliæ ſive Hiſpaniæ inveniri; & ipſe Innocentius III. in *Cap.* 8. *eod. tit.* illius tenorem adducit tanquam procedentis à Lesne M. In *Cap.* 13. *de Judiciis* (de quo inferiùs plura) Innocentius III. ex *Can.* 35. *Caus. XI. Quæſt.* 1. refert legem quaſi *Theodoſii*, quæ tamen, ſi gnuina eſt, potiùs *Conſtantino* debetur; at plures viri primariæ eruditionis eam non immeritò habent pro ſuppoſititia. Vide Jac. Godefredum iu ſuis Annotationibus ad hanc Legem *Tom. VI. pag.* 304. Baluzium in Notis ad Capitular. *Tom. II. pag.* 1232. Sed hæc & plura ſimilia quibusdam minutiora videri poterunt. Gravioris momenti ſunt, quæ in hac Decretalium Collectione adverſùs *temporalem* Principum *poteſtatem*, nec non adverſùs jura Epiſcoporum ſanciuntur, quæque eapropter à Gallicana non ſolùm Eccleſia, pro præclara ſua libertate & eminentioribus ejuſdem luminibus, repelluntur, ſed & digna ſunt, quæ ab omnibus Chriſtianis nationbus ſequeſtrentur.

In *Cap.* 13. *Qui filii ſint legitimi* Innocentius III. probare nititur, quòd Roma *ex divina inſtitutione* ſit univerſi Chriſtiani orbis Metropolis, hoc utens argumento: „ Locus, quem „ elegit Dominus, Apoſtolica Sedes eſſe cognoſcitur: cùm „ enim Petrus urbem fugiens exiviſſet, volens eum Dominus „ ad locum, quem elegerat, revocare, interrogatus ab eo, „ quo vadis? reſpondit: venio Romam iterum crucifigi: quod „ intelligens pro ſe dictum, ad locum ipſum protinus eſt re„ verſus. " Hanc hiſtoriam (veriùs dicam fabulam) Soto *Lib. IV. Sentent Art.* 5. meritò indignam reputavit, quâ doctrina fundaretur. Sed nec unum illum in eodem Capitulo carpendum. Hoc pejus, quòd ſibi Pontifex adſcribat jus legitimandi ſpurios, etiam *quoad effectus civiles*, ſic ajens: *Cùm in ſpiritualibus diſpenſetur, conſequenter intelligitur in temporalibus diſ-*

diſpenſatum. Et poſtea: *Paulus enim, ut plenitudinem poteſtatis exponeret, ad Corinth. ſcribens ait: Neſcitis quoniam Angelos judicabitis? quantò magis ſæcularia?*

Idem Pontifex in *Cap. 6. de Majorit. & obed.* longum inſtituit diſcurſum, quo ſuperioritatem Presbyteratûs præ ſæculari poteſtate ſtabilire nititur; inter alia utens argumento ex Libro Geneſis, ubi Deus *duo luminaria* feciſſe dicitur, luminare majus, ut præeſſet diei, & luminare minus, ut præeſſet nocti: Sic dicit; *Deus duas inſtituit dignitates, quæ ſunt Pontificialis auctoritas, & Regalis poteſtas, ſed illa quæ præeſt diebus, id eſt ſpiritualibus major eſt: quæ verò carnalibus, minor: ut quanta eſt inter ſolem & lunam, tanta inter Pontifices & Reges differentia cognoſcatur.* Quaſiverò doctrinæ Religionis ex allegoriis probandæ eſſent. Abſurdas ſequelas, quas ex hoc Capitulo deducunt quidam Decretaliſtæ, ſic caſtigat Theologus Hiſpanus Franciſcus de Victoria *Relat. I. Seſſ. 5. Quæſt.* 1. „ Patet error multorum JCtorum & Archiepiſcopi Panormitani, Angeli . . . . . qui putant, quòd Papa eſt Dominus „ orbis propriè, dominio temporali, & quòd habet autoritatem & jurisdictionem temporalem in toto orbe ſupra omnes „ Principes. Hoc ego non dubito eſſe manifeſtè falſum. Ego „ puto eſſe merum commentum in adulationem & aſſentationem Pontificum. Unde & cordatiores JCti contrarium tenent . . . . . Nec divus Thomas hoc dominum, qui tamen ſtudioſiſſimus fuit auctoritatis Pontificiæ, unquam tribuit ſummo Pontifici. Neque ſolùm falſum eſt hoc, ſed „ ludibrio dignum . . . . . Sed hæc tamen propoſitio non „ omnino eſt eadem cum prima, quia fieri poſſet, ut ad Papam ſpectaret conſtituere Reges, licèt non eſſet ipſe Dominus, ſicut Imperator facit Duces, etiamſi non ſit dominus „ illorum. Sed dico, quòd nec hoc modo inſtitutio Regum „ vel fuerit vel eſſe poſſit à ſummo Pontifice. Et planè hoc „ eſt ficticium. Sed Gloſſatores Juris hoc dederunt Pontifici, „ cùm ipſi eſſent pauperes rebus & doctrinâ. .

In *Cap.* 13. *de Judiciis* idem Papa Innocentius declarat, quòd licèt ſibi non competat jus cognoſcendi *in cauſa feudali*, præſertim inter Reges, qui ſuperiorem non recognoſcunt, attamen valeat judicare *de peccato*; etenim inquit, *nullus, qui ſit ſanæ mentis, ignorat, quin ad officium noſtrum ſpectet de quocunque mortali peccato corripere quemlibet Chriſtianum: & ſi correctionem contempſerit, per diſtrictionem Eccleſiaſticam coërcere.* Hoc deinde ait multò magis ad Reges pertinere & ad pacta per eos pacis fœdera juramento firmata, attamen non ſervata, ex quo dubium non ſit, quin poſſit ipſe *de juramenti religione cognoſcere, ut rupta pacis fœdera reformentur.* Hic eſt ille Achiles *indirectæ* poteſtatis Pontificiæ in temporalia Regum; hoc medio ſibi viam Papa aperit omnia jura ſæcularium Principum invadendi. Romanorum Theologorum ea de re mentem *adcuratiſſimè* expoſiturus Z ccaria *Tom. IV. pag.* 213. ſic fatur: „ Spiritualis poteſtas non ſe miſcet temporalibus negotiis, ſed ſinit omnia procedere, ſicut antequam eſſent conjunctæ, dummodo non obſint fini ſpirituali, aut non ſint neceſſaria ad eum conſequendum. Si autem tale quid accidat, Spiritualis poteſtas poteſt & debet coërcere omni ratione, ac viâ, quæ ad id neceſſaria eſſe videbitur. . . . . Quantùm ad perſonas, non poteſt Papa, ùt Papa, ordinariè temporales Principes deponere, etiam juſtâ de cauſâ, eo modo quo deponit Epiſcopos, id eſt, tanquam ordinarius judex: tamen poteſt mutare regna, & uni auferre, atque alteri conferre, tamquam ſummus Princeps ſpiritualis, ſi id neceſſarium ſit ad animarum ſalutem. Quantùm ad *leges*, non poteſt Papa, ùt Papa, ordinariè condere legem civilem, vel confirmare aut infirmare leges Principum, quia non eſt ipſe Princeps Eccleſiæ politicus: tamen poteſt omnia illa facere, ſi aliqua lex civilis ſit neceſſaria ad ſalutem animarum, & tamen Reges non velint eam condere; aut ſi aliò ſit noxia animarum ſaluti, & tamen Reges non velint eam abrogare . . . . . Quantum ad *judicia*, non poteſt Papa, ùt Papa, ordinariè judicare de rebus tem-

„ pora-

„ poralibus . . . . . At nihilominùs in caſu, quo id animarum ſaluti neceſſarium eſt, poteſt Pontifex adſumere etiam „ *temporalia judicia*, quando nimirum non eſt ullus, qui poſſit judicare; ùt quum duo Reges ſupremi contendunt, vel „ quando qui poſſunt & debent judicare, non volunt ſententiam ferre. “ Non hic tempus & cartam inſumam refellendæ huic *indirectæ* Pontificum poteſtati in perſonas & temporalia Regum, quod centum fecere ex primariis, Galliæ Theologis atque JCtis; unum dicam cum Ill. Boſſueto *Lib. VI. Cap.* 2. ſcilicet, *indirectæ* poteſtatis nomine idem juris contineri quod *directæ*, ut nempe Pontifices de omnibus regnis ſive Chriſtianorum ſive infidelium, ſuo jure decernant, cùm è re Eccleſiæ eſſe judicaverint.

Poſtulat quidem cum ſuis Romanis Zaccaria *pag.* 215. ad depoſitionem Principis à Papa faciendam, ut per eum Religio *evidentiſſimo* periculo exponatur; at pauló poſt, nempe *pag.* 217. addit: *Judicare autem, an Rex* ſubditos *pertrahat ad hæreſim, atque adeo an corrigi poſſit, nec ne, non ad populos illi ſubjectos pertinet, ſed ad Pontificem.* Denique *pag.* 220. ſubjungit, conſultius Principum rebus vitæque eſſe, ſi eorum ſalus à Pontificis potiùs, quàm à populorum ſententia dependeat. Poſt hæc quærat *pag.* 209. noſter Ex-Jeſuita, quænam ſint illa periculoſa principia, quæ Religioſi, in Congregationes collecti, Romano Pontifici immediatè ſubjecti, in Concionibus & Confeſſionali populis inſtillare valeant. Adde ſuprà *num.* 10.

Parcior ero in recenſendis reliquis Decretalibus, quibus temporalia Principum invaduntur. In *Cap.* 34. *de Elect.* poſtquam Innocentius III. dixiſſet (falſò ſanè, quod nullus modernorum Publiciſtarum Germaniæ ignorat) Electores Germaniæ jus ſuum eligendi Imperatorem à ſummo Pontifice obtinuiſſe; addit, huic competere jus electum Regem Romanorum examinandi, approbandi, inungendi, conſecrandi; ſi tamen dig-

nus ab eo inveniatur: Electoribus negligentibus eligere, Papam ſupplere: datâ paritate vocum, Papam poſſe gratificari cui vult. Idem Innocentius in *Cap.* 10. *de Foro compet.* docet, vacante Imperio poſſe appellari à judicibus civilibus ad Epiſcopos & ad Papam; quod idem eſt acſi diceretur, poſt mortem Imperatoribus Imperium ad Papam reverti; id quod deinde Clemens V. & Joannes XXII. aperte declarârunt. Mitto Commentatores in has aliásque Decretales, qui concluſiones adhuc magis abſurdas ex eisdem collegerunt, ita ut non immeritò dixerit magnus Cujacius ad Cap. 10. de Sent. & re judic. *nullos Doctores ineptiores eſſe, quàm qui in jus Pontificium ſcripſere.* Huic concordat quod ante trecentos & ampliùs annos nonnemo ſcripſit apud Petrum de Marca Lib. III. Cap. 6. n. 4. *In Eccleſia Græca multi ſunt Canoniſtæ, hoc eſt ſcientes Canones generalium Conciliorum, in Latina nulli ſunt Canoniſtæ, ſed multi Decretaliſtæ.*

XII.

Si ſic Decretales Gregorii IX. in multis *ſæculari Poteſtati* præjudicant, atque eo titulo primo Capiti Libertatum Eccleſiæ Gallicanæ repugnare deprehenduntur; inveniuntur illæ non minùs variis aliis titulis genuinis *Epiſcoporum juribus* graves. Sic vult ſæpe laudatus Innocentius III. in *Capitulis* 17. *&* 18. *de Elect.* controverſias, quæ ſuper Epiſcoporum Electionibus moventur, apud ſuam Curiam ventilari; quando conſtat eas antè ad Metropolitani cognitionem pertinuiſſe. Idem Papa in *Cap.* 2. *de Translat. Epiſcopi.* prætendit cauſas Translationis, Depoſitionis & Reſignationis Epiſcoporum, quæ olim in Provincialibus Synodis finiebantur, non niſi apud ſe agi debere. In *Cap.* 28. *de Præb.* Innocentius ſuæ Sedi reſervat diſpenſationes ſuper pluralitate beneficiorum: in *Cap. pen. de Filiis Presb.* Honorius III. diſpenſationem ſuper irregularitate ex defectu natalium &c. Omnes hæ ſunt innovationes in præjudicium originariorum jurium Epiſcopalium. Plures alios Cano-

Digitized by Google

Canones in Corpore juris multùm offendentes indicavimus ſuprà *Differt. VI. Cap.* 3. *n.* 3. 4.

Lugendum ſanè & non immeritò aſpernandum opus eſt Corpus Legum, in quo harum multæ apocryphæ; non paucæ corruptæ; plures dubiæ & obſcuræ; extra genuinum Conſtituentium ſenſum redditæ, ſive quorundam ſubtractione verborum, ſive talium additione; falſis fontibus adſcriptæ; genuino ſtatui Eccleſiæ parum aut nihil accomodæ &c. Nullus in Europa ſtatus Civilis eſt, qui ex parte legislativa tantâ confuſione laboret; una Civitas Dei, in qua omnia ad ſupremæ Majeſtatis cultum & animarum ſalutem comparata eſſe debent, caret Corpore Legum fixarum & utilium.

Pariſienſis Parlamenti Advocatus *de la Combe* in Collectione Jurisprudentiæ Canon. & Benef. *Præfat. pag. XI. edit. an.* 1755. inter Decretales Gregorii IX. omiſſionibus & verborum mutationibus corruptas recenſet *Cap.* 9. *de Conſuetud. Cap.* 3. *de Appellat. Cap.* 2. *de Judiciis Capitulum* 6. *de Probat.* comparatum *Capitulo* 26. *de Teſtibus*: Inter obſcuras: per omiſſionem earum, quæ in anterioribus Collectionibus immediatè præcedebant aut ſequebantur, *Cap.* 3. & 4. *de Conſtitut*: Inter falſas per ſectionem unius in plures, & hoc medio illas extra genuinum ſuum ſenſum ponendo, *Cap.* 1. *de Conſtitut. Cap.* 3. & 4. *Ut lite pendente*; per additionem verborum ſenſum mutantium, *Cap.* 2. *de Elect. Cap.* 2. *de Judiciis*, per alterationem primitivorum fontium, è quibus deſumptæ prætenduntur, *Cap.* 5. & 13. *de Teſtamentis*; per deſignationem falſorum fontium, *Cap.* 5. *de Adulter Cap.* 2. *de Clerico excommunicato*: Denique inter planè apocryphas, *Cap.* 1. *de Elect. Cap.* 3. *de Pecul. Cleric. Cap.* 1. 2. & 7. *de Accuſat. Cap.* 3. 4. 5. 6. & 7. *de Simonia. Cap.* 1. *de Hæretic. Cap.* 1. *de Cleric. excomm. Cap.* 7. *de Regular. Cap.* 5. *de Jurejurando.*

Hæc & ea, quæ mox referemus, debuerunt meritò Eccleſiam Gallicanam circumſpectam reddere, ne omnia promiſcuè

Digitized by Google

miſcuè Decreta & Conſtitutiones Romanæ Sedis & earum Collectiones acceptaret, ſed priſtinæ ſuæ diſciplinæ non immemor cum maturitate & judicio procederet, aliqua ſuo ſyſtemati non incongrua adoptando, alia reſpuendo. Si per hoc evenit quod Gallis Zaccaria objicit, ſcilicet eos incerto & arbitrario jure vagari (quod generatim dictum minimè verum eſt, reſpectu certarum partium Juris Romani admitti poſſet) fuit ea non Gallorum, ſed Romanorum culpa, qui multis legibus novis, ad elationem ſuæ Sedis adinventis, Eccleſiam obruerunt, in quarum acceptatione multo delectu opus fuit.

Radicem & anſas illius juris novi, per quod primævum ſuâ ſede ùt plurimùm deturbatum, & politicum Eccleſiæ Syſtema tantùm non everſum fuit, ita ut vetera novis, nova antiquis vix conveniant, ſic expreſſit de Marca *Lib. III. Cap. 6. n.* 4. „ Summum caput, in quo jus novum ab antiquo differt, in eo jam conſtitui, quòd ſuprema poteſtas, quam in plerisque cauſis judicandis Synodi Provinciales obtinebant, penitùs extincta ſit, & ad ſolum ſummum Pontificem revocata, & ea quæ in Canonibus condendis verſatur, ſit adeo imminuta, ut Pontifici ſoli Conſtitutionum condendarum onus incubuerit, quibus earum rerum formam præſcribebat, de quibus apud illum erat diſceptandum. Hinc ſecutus eſt novus judiciorum Eccleſiaſticorum ordo ad cognitiones per reſcripta in provinciis. Unde tot Conſtitutiones emanarunt de Reſcriptis, de Judicibus delegatis, de Officio Judicis ordinarii, de Dilationibus, Exceptionibus, Sententiis & Appellationibus & de toto; ut generaliter loquar, Judiciorum ordine..... Ex alio deinde capite nova Eccleſiaſticæ Politiæ facies ſuborta eſt, ſcilicet ex beneficiorum ab ordinationibus diſcretione ..... Conſtitutum quidem fuit in Concilio Lateranenſi, ne Clerici ordinarentur abſque titulo, ſaltem patrimonii; ſcilicet ne in opprobrium Cleri mendicare cogerentur. Sed hoc decreto non eſt reſtituta vetus diſciplina, quæ Clericos per manuum impoſitionem ſuis Eccleſiis

Digitized by Google

„ cleſiis addicebat. Separatio iſta & diſcretio ordinationis ab „ Eccleſiæ ſeu beneficii collatione, & pinguiſſimorum redi- „ tuum copia, novas in jus Canonium regulas invexit, anti- „ quo Juri prorſùs incognitas, de beneficiis acquirendis, con- „ ſervandis, & amittendis, quæ ferè utramque paginam novi „ juris faciunt. "

„ Matrimoniorum impedimenta novis interdictis ad tuen- „ dam honeſtatem publicam introducta, & revocatæ ad ſolam „ Eccleſiam earum cauſarum cognitiones, & cognitionum, „ quæ hac de re habentur, adſtrictus forenſibus formulis or- „ do, novam Juri Canonico materiam ſubminiſtrarunt. Ex- „ communicationum infligendarum & pœnitentiarum publi- „ carum, quæ antiquo jure vigebant temperatus jure novo vi- „ gor novis Conſtitutionibus explicandus erat. Non omitten- „ dæ ſunt multiplices Monachorum ſpecies, & Religioſarum „ domuum diffuſa per Europam multitudo, quæ novis regulis „ & inſtitutis Pontificum curam ad ſe traxerunt. Quin & indultæ „ Monaſteriis & Canonicorum Capitulis exemptiones ab Epiſco- „ porum jurisdictione, & privilegia varia illis conceſſa varias „ cauſarum figuras à Pontificibus diſceptandas præbuerunt. "

Ex his apparet, quam in omnis Juris Canonici partibus Ordini Epiſcoporum exitiales ſint Decretalium Libri: ſcilicet in introducto novo Judiciorum Eccleſiaſticorum ordine; in Appellationibus à Synodis Provincialibus ad Romanam Curiam; in diſcretione beneficiorum à ſacris Ordinationibus, & ſubſecutâ illorum reſervatione; in exemptione & privilegiis Monachorum; in adinventis novis matrimonii impedimentis, eorùmque reſervatione; in novis excommunicationum formulis, pœnitentiarum & abſolutionum modis &c.

XIII.

Sunt, fateor, hodie Decretales, poſtquam Eccleſiæ Occidentis earum Syſtema generatim adoptârunt, malum quodammo-

dammodo neceſſarium; at minimè culpandæ majores ex illis Eccleſiæ, quæ ſub tutela Catholicorum Principum *a*) quod ex priſtina libertate, id eſt ex juribus Principum ac Epiſcoporum, reliquum eſt, cautè ſervant; *b*) ſtudioſè cavent, ne per novas Romanas Conſtitutiones novæ illis ſervitutes imponantur; imò *c*) illata antiquæ diſciplinæ (ne quid dicam de ſæcularibus Principum juribus) & per hoc Canonicæ libertati damna reparent e. gr. Exemptionem Regularium, Reſervationes beneficiorum, Appellationes extra regnum vel provinciam vel moderando vel penitùs abrogando. Eò tendere videtur apud P. de Marca *l. cit. n.* 5. Leſchaſſerii ſententia, *qui veram libertatem Eccleſiæ Gallicanæ antiquo jure metitur, quod Curiarum decretis in uſum PAULATIM revocari debere contendit.* Enimverò (ſic ibid. addit de Marca) *quod ad diſciplinam attinet, Decretalium conſtitutis locum damus cum bona Romanorum Pontificum venia, quæ noſtris rebus & utilitati publicæ accommodatæ ſunt.* Tandem ſic concludit Illuſtriſſimus Præſul *n.* 6. "
„ Sanè diſſimulandum non eſt, eam, quæ jure divino Epi-
„ ſcopis quæſita eſt Eccleſiæ adminiſtrationem, nullis De-
„ cretalibus ablatam fuiſſe; quamvis poteſtatis illius exercen-
„ dæ modus variis Conſtitutionibus variè pro temporum ratio-
„ ne præſcriptus fuerit. Itaque ſi ea tempora incidant, ut
„ regendæ Eccleſiæ neceſſitas Epiſcopos à regulis recentiori-
„ bus diſcedere cogat, nihil vetat quo minùs jus naturale &
„ divinum, omiſſis formulis, quæ novo jure præſcriptæ ſunt,
„ locum habeat. "

Quæ nunc de Gallis memoravimus, ea tanquam ex Jure Communi deſumpta, omnibus Eccleſiis communia ſunt. De Germania Adverſarius *Diſſert. X. Cap.* 2. quædam repetit, ſed quæ vix digna ſunt, ut referantur, minùs, ut refutentur. Sic ait *pag.* 132. *ſeqq.* „ Gravaminibus Germanorum tum in Con-
„ ciliis, tum in Concordatis plurima ex parte fuiſſe ſubven-
„ tum; & licèt multa Papæ fuerint reſervata, quæ Germaniæ
„ debent accidere difficillima, id tamen ab ea ægrè ferri non

„ debere

Digitized by Google

debere *propter reverentiam Primatûs*: Si quandoque Papæ querentibus aut gravatis medelam non tulerunt, id ex ſublimioribus cauſis credi oportere; interim ſuâ ex parte Pontifices ægrè non ferre, quòd Epiſcopi Germaniæ paſſim illorum bullas non recipiant: Querelam Germanorum de excommunicationum frequentia ſublatam eſſe à Martino V. in Concordato ſub finem Conſtantienſis Concilii cum illis inito: Abuſus Congregationis Indicis inde â Conſtitutione Benedicti XIV. ceſſare &c.

Qui Gravamina Nationis Germanicæ per Concilia & Concordata exhauſta aſſerunt, ii Acta Imperii publica non legunt. Non modò repetam quæ ex iisdem Actis de perdurantibus his Gravaminibus retulit Febronius *Tom. I. Cap.* 6. §. 13., hic tantùm Lectorem remitto ad noviſſimam lucubrationem Tomo III. Concordatorum Germaniæ integrorum inſertam ſub rubrica: *Hiſtoriſch-Pragmatiſche Erläuterung der Kayſerlichen Wahl-Capitulation, in ſo ferne dieſelbe Gegenſtände deren Concordaten berüret, aus denen Actis publicis.* Ex ea cognoſcet, qualiter inde ab ipſo Concordatorum ævo ad hæc uſque tempora neque fuerit; neque adhucdum in Germania ſit finis omnis generis querelarum de abuſibus Curiæ Romanæ & infractionibus Concordati. Quæ ex adverſo dicuntur de rebus *difficillimis* in *reverentiam Primatûs* ſupportandis, & de gravaminibus *ex ſublimioribus cauſis* non tollendis, ea mundum ſapiunt; quaſi unâ eadémque ratione Rempublicam & Eccleſiam Chriſtus voluiſſet conſtituere, qui in Evangelio aperté dicit: *Reges gentium dominantur eorum, vos autem non ſi..* Equidem non deſtituitur Germania ſuis adverſùs illa remediis; ſed promptiora & certiora ſunt ea, quibus Gallia utitur. Verùm de his alibi. De Romanâ Librorum cenſurâ egimus ſuprà *Diſſert. VI. Cap.* 3. *n.* 12. de Excommunicationum frequentiâ *Tom. III. Febr. pag.* 184. *ſeqq.*

XIV.

Occaſione veterum abuſuum Romanæ Curiæ, quos Nuntius Apoſtolicus in Comitiis Electoralibus anno 1742. Francofurti pro electione Caroli VII. Imp. celebratis ſolemniter renovavit, imò & auxit, non dubitat noſter Ex - Jeſuita *pag.* 135. *ſeqq.* rurſus in medium proferre & tueri fabulam *de Collegio Electorali per Romanum Pontificem inſtituto*; „ Quando hodie ex hiſtoria ſingularum Electionum *clariſſimum* eſt, omnes Imperatores ab Arnulpho I. ad Fridericum II. vel adhuc ab omnibus Germaniæ populis, vel ſaltem non à ſolis Palatinis, aut Archiepiſcopis & Ducibus, ſed etiam cæteris Principibus Eccleſiaſticis & ſæcularibus, Epiſcopis & Abbatibus, Landgraviis, Marchionibus, & Comitibus electos fuiſſe; electos fuiſſe; ita ut non nudus aſſenſus, ſed ipſa *Electionis* vox atque *Suffragium* ipſis æque ac Archiofficialibus tribuatur. Sed poſtea non niſi à paucis Principibus; ac ſpeciatim tandem à ſolis *Septemviris* iſtis, ſive *Archi-Officialibus Palatinis*, qui *ELECTORES* ab eo tempore ſalutantur, electiones Imperatorum peragi ſuevere: qui *mos* tandem in *jus* abiit, cujus *fundamenta* quidem circa *magni Interregni* tempora quærenda, *occaſio* verò & veſtigia jam ab antiquioribus temporibus repetenda ſunt. "

„ Scilicet id ferè ex hiſtoria & coævis monumentis colligendum videtur: etſi jus eligendi omnibus Principibus uſque ad Interregnum commune fuit, tamen *Procerum nonnullorum* majorem præ cæteris in eligendo auctoritatem fuiſſe aut prærogativam; ita ut nonnunquam, *præviâ* cum cæteris *deliberatione*, ex ipſorum *prætaxatione* & conſenſu, *ſoli electionem* perficerent ab omnibus dein approbatam; nonnunquam verò *ſeorſim* inter ſe *præconſultarent*; atque deinceps certas perſonas *omnibus* Principibus ad eligendum proponerent: unde occaſio tandem ipſis nata, jus eligendi ſibi ſolis vindicandi. Atque hi ſunt, qui *primi* electione,

„ & vel

„ & vel *ſex* vel *ſeptem* numero fuiſſe dicuntur, imò ſpecialiùs „ per *Officiales Palatinos*, tres nimirum *Archi-Cancellarios*, „ *MOGUNTINUM*, *TREVIRENSEM* & *COLONIENSEM*, tréſque vel quatuor ſæculares, *COMITEM PALATINUM*, qui *Dapifer*, *DUCEM SAXONIÆ*, qui *Mareſ-allus*, *MARCHIONEM BRANDENBURGICUM*, qui „ *Camerarius*, &, qui his tandem acceſſit, *REGEM BOHEMIÆ*, qui *Pincerna*, explicantur. "

„ Cauſa verò & occaſio devoluti tandem ad *SEPTEMVIROS* hoſce ſolos juris eligendi non alia fuiſſe videtur, niſi *Officia* tum Sacra tum *Palatina*; quorum virtute certi Proceres jam olim non ſolùm *inauguratione* Regum & Imperatorum fungebantur, ſed etiam in aliis Aulæ „ & Imperii negotiis regendis præcipuâ quadam auctoritate „ ac præeminentiâ gaudebant: Unde & in Electionibus plerumque primas partes habebant, tandémque nonnunquam „ ex conſenſu cæterorum ferè ſoli perficiebant. "

„ Quòd autém circa *Interregni* potiſſimùm tempora Collegii Electoralis jura invaluerint, cauſa fuiſſe videtur *turbidus* Imperii ſtatus, qui fecit, ut reliqui Principes, in propriam potiùs ſecuritatem ac libertatem intenti, electionibus „ ſe ſubducerent, atque curam Imperio proſpiciendi tandem „ ſolis Archi-Officialibus relinquerent. " Ità Dieter. Herm. Kemmerich *Introd. ad Jus Publ. Imperii Rom. Germ. Lib. IV. Cap.* 5. §. 10. *ſeqq.* qui & ſingula hæc aſſerta æqualium ſcriptorum teſtimoniis & genuinis monumentis firmat. Idem præſtant Struvius *Syntagmate Juris Publ. Cap. VII.* §. 5. 6. *Cap. XVI.* §. 7. *ſeqq.* Maſcov. *Princip. Jur. Publ. Lib. III. Cap.* 2. §. 3. *ſeqq.* atque omnes hodie alicujus nominis Publiciſtæ & Hiſtorici Germaniæ.

Non conveniunt inter ſe Romani, quis Pontificum Electores creaverit; attamen plerique hoc inſtitutum *Gregorio V.* tri-

Digitized by Google

tribuunt. Verum ingens adhuc iter ab hoc Pontifice uſque ad *magnum Interregnum*, id eſt ab anno 999. ad annum 1256., intra quod ſpatium XIV. Imperatores non à ſolis tribus Archi-Cancellariis & quatuor ſæcularibus Archi-Officialibus, ſed à pluribus ſimul Principibus, Prælatis, Comitibus &c. electos fuiſſe probant non modò mox nominati Publiciſtæ Germani, ſed & ipſe quem adverſarius pro ſe laudat Natalis Alexander *Hiſt. Eccleſ. Tom. VI. pag.* 375. Illud porro notandum, quòd nemo hactenus produxerit, aut ſe vidiſſe teſtetur bullam ſeu diploma, vigore cujus Pontifex Collegium Electorale inſtituiſſet. Exſtat tamen apud Goldaſtum *Conſtit. Imp. Tom. III. pag.* 371. Conſtitutio Ottonis ſeu III. ſeu IV. quà idem Imperator, Gregorio V. Papa conſentiente, Electorum Collegium ordinaſſe dicitur. Verùm Goldaſtus ipſe in *Reichs-Handlungen pag.* 16. hoc documentum pro figmento habet; atque id eo quidem juſtiùs, quòd Bohemiæ Regis in eo fiat mentio, qui eo ævo nondum extitit. Fuerit ea in tenebris ſæculi XIII. & XIV. quorundam opinio, qui etiam, licèt falſò, opinabantur, Imperium *per Leonem Papam III.* à Romanis ad Germanos translatum fuiſſe; non convenit illa ampliùs ei claritati & luci hiſtoricæ, in qua hæ res noſtrâ ætate poſitæ ſunt. Vid. Boſſuet *Lib. VI. Cap.* 36. 37. 38. 40. 41. Hahn *Teutſche Staats-Reichs und Kayſer-Hiſtorie Tom. I. Cap.* 1. §. 18. 19. *Tom. IV. Cap.* 2. §. 9. *Not. c.*

XV.

Progredimur ad quartum Caput adverſariæ Diſſertationis X. quod eſt *de Religioſorum cœtuum exemptione ab Epiſcopali auctoritate.* Hanc nos inter Romanæ Curiæ abuſus referimus, & in damnum Eccleſiaſticæ diſciplinæ vergere dicimus; Zaccaria in publicam univerſalis Eccleſiæ utilitatem multis nominibus cedere aſſerit. Ubi de damno aut reſpectivè de emolumento agitur, valet argumentum ab experientia, imò nullum eo validius eſt ad convincenda hominum ingenia. Utar

itaque

itaque hic, & bono quidem, uti arbitror, jure, argumento deſumpto ex Brevi Apoſtolico Clementis XIV. de 21. Julii 1773. pro ſuppreſſione Ordinis Secietas Jeſu. In eo recenſentur octo hujus extinctionis cauſæ, omnes illius, de qua agimus, Exemptionis filiæ. Verba Litterarum Apoſtolicarum hæc ſunt: „ Maximo ſanè animi noſtri dolore obſervavimus, „ tam prædicta, quàm alia complura deinceps adhibita reme- „ dia nihil ferme virtutis præ ſe tuliſſe & auctoritatis, ad tot ac „ tantas evellendas diſſipandáſque turbas, accuſationes, & „ querimonias in ſæpedictam Societatem, fruſtráque ad id la- „ boraſſe cæteros prædeceſſores noſtros Urbanum VIII. Cle- „ mentem IX. X. XI. & XII., Alexandrum VII. & VIII, Inno- „ centium X. XI. XII. & XIII., & Benedictum XIV., qui op- „ tatiſſimam conati ſunt Eccleſiæ reſtituere tranquillitatem, „ plurimis ſaluberrimis editis Conſtitutionibus tam (1.) circa „ ſæcularia negotia; ſive extra ſacras Miſſiones, ſive earum „ occaſione minimè exercenda, quàm (2.) circa diſſidia gra- „ viſſima ac jurgia adverſùs locorum Ordinarios, Regulares „ Ordines, loca pia, atque Communitates cujusvis generis „ in Europa, Aſia, & America, non ſine ingenti animarum „ ruina ac populorum admiratione, à Societate acriter excita- „ ta; tum etiam (3.) ſuper interpretatione & praxi Ethnico- „ rum quorundam rituum aliquibus in locis paſſim adhibitâ, „ omiſſis iis, qui ab univerſali Eccleſia ſunt ritè probati; vel „ (4.) ſuper earum ſententiarum uſu & interpretatione, quas „ Apoſtolica Sedes tanquam ſcandaloſas, optimæque morum „ diſciplinæ manifeſtè noxias meritò proſcripſit; vel aliis de- „ mum ſuper rebus (5.) maximi equidem momenti, & ad Chri- „ ſtianorum dogmatum puritatem ſartam tectam ſervandam „ apprimè neceſſariis: & ex quibus noſtrâ hac non minùs, „ quàm ſuperiori ætate plurima dimanarunt detrimenta & in- „ commoda; perturbationes nimirum ac tumultus in nonnul- „ lis catholicis regionibus; Eccleſiæ perſecutiones in quibuſ- „ dam Aſiæ & Europæ provinciis: ingens denique allatus eſt „ mœror prædeceſſoribus noſtris, & in his piæ mem. Inno- „ centio

„ centio Papæ XI, qui (6.) neceſſitate compulſus eò deve-
„ nit, ut Societati interdixerit novitios ad habitum admitte-
„ re; tum Innocentio Papæ XIII, qui eandem pœnam coa-
„ ctus fuit eidem comminari . . . . . Petri cathedram gu-
„ bernante Clemente XIII. Prædeceſſore noſtro longè diffici-
„ liora ac turbulentiora acceſſerunt tempora. Auctis enim
„ quotidie magis in prædictam Societatem clamoribus & que-
„ relis, quinimo (7.) periculoſiſſimis alicubi exortis ſeditioni-
„ bus, tumultibus, diſſidiis, & ſcandalis, quæ Chriſtianæ
„ charitatis vinculo labefactato ac penitus diſrupto, fidelium
„ animos ad partium ſtudia, odia & inimicitias vehementer
„ inflammarunt, eò diſcriminis ac periculi res perducta viſa
„ eſt, ut ii ipſi, quorum avita pietas ac in Societatem libera-
„ litas hæreditario quodam velut jure à majoribus accepta om-
„ nium ferè lingvis ſummopere commendatur, chariſſimi nem-
„ pe in Chriſto filii Reges Francorum, Hiſpaniarum, Luſita-
„ niæ atque utriuſque Siciliæ, ſuis ex regnis, ditionibus at-
„ que provinciis ſocios dimittere coacti omnino fuerint & ex-
„ pellere, (8). hoc unum putantes extremum tot malis ſu-
„ pereſſe remedium, & penitus neceſſarium ad impediendum,
„ quominus Chriſtiani populi in ipſo ſanctæ Matris Eccleſiæ
„ ſinu ſe ſe invicem laceſſerent, provocarent, lacerarent. “

Reducamus nunc ſingulas has ſuppreſſionis Jeſuiticæ cauſas ad ſuum fontem, ſcilicet ad Ordinis illius Exemptionem. Sæcularibus illis negotiis, & ſcandaloſis commerciis, de quorum exercitio, tum in Miſſionibus, tum extra eas, non in privatum unius alteriúsve Sacerdotis commodum, ſed in rem Collegiorum, Provinciarum, imò totius Corporis, Papa Jeſuitas inculpat, non potuiſſet eſſe locus, ſi quæque domus ſibi & ſeparatim vixiſſet ſub immediata inſpectione ſui legitimi Paſtoris, qui ex officio rationes cujusque Collegii examinaſſet. Multò minùs obtinuiſſent illa adverſùs proprios Epiſcopos diſſidia, de quibus ſanctiſſimus in ſuo Brevi queritur; quandoquidem ipſa illa Exemptio ab Ordinariis locorum, & ſola

& ſola quidem, eis animum dedit & materiam adverſùs ſuos Epiſcopos cum fidelium ſcandalo expoſtulandi, eorum mandatis reſiſtendi &c. Impios ſuos ritus Malabaricos & Sinenſes ſinguli ad juſſum ſummi Pontificis facilè dimiſiſſent, niſi ſub umbra Capitis & Corporis ſui Ordinis ſe tutos vidiſſent, imò ad negandam obedientiam ab illo accenſos. Idem eſt de laxis Jeſuitarum doctrinis, toties ab Ordinariis damnatis, (vide ſuprà *Diſſert. V. Cap.* 1. *n.* 9.) adverſùs quas proſcriptiones una quidem domus ne hiſcere quidem auſa fuiſſet, niſi ab aliarum diœceſium & provinciarum Sociis excitata. Similiter tumultus illi, perturbationes ac perſecutiones, in quibuſdam Aſiæ & Europæ Catholicis regionibus ex illorum dogmatibus orti, ſuum habuere à Capite influxum; quippe à cujus nutu univerſæ Societatis tanta moles movebatur. Seditiones, diſſidia & ſcandala, quibus tandem Reges Galliæ, Hiſpaniæ, Luſitaniæ, utriuſque Siciliæ moti ſunt ad Jeſuitas ſuis è regnis pellendos, ne naſci quidem, multò minùs ad eum, quo vidimus, gradum pervenire potuiſſent, ſi ſingulæ domus ſeparata habuiſſent commoda, unicè intentæ ſpirituali officio & bono illius diœceſis, cujus beneficio & legibus vivebant.

Dixit Febronius ex Benedicto Oberhauſer Benedictino Auſtriaco SS. Canonum in Fuldenſi Univerſitate Profeſſore, *Exemptione maximè perditam eſſe rem Regularem.* Hac aſſertione mirè commotus noſter Zaccaria: „ An id, inquit *pag.* „ 189. patienter feram à viro, qui nihil tot ſæculorum expe„ rientiâ edoctus, nihil ampliſſimis in ſuos *Benedictinos* ab „ Apoſtolica Sede collatis beneficiis commotus, nihil erga „ Tridentinam Synodum reverentiâ tactus confidentiſſimè ef„ futit? " Attamen cùm malum ab Exemptione Monachorum natum omnino negare non valeret, ſubjungit remedium ei allatum. Quod? Accipe: *Erectas per Gallias, Germaniam, Hiſpaniam, Italiam Monachorum Congregationes.* Remedium, uti jam vidimus, morbo nocentius. Non defuere ſanè Jeſuitis Congregationes, quas *Provincias* vocabant; in has univerſa

verſa Societas ſecebatur, ſingulas Provincias gubernabant totidem *Miniſtri Provinciales*, à quibus omnia ad *Generalem* Romæ ſub oculis ſummi Pontificis reſidentem & monarchicè regentem referebantur: & tamen haud potuere omni ſuo ſtudio, omni authoritate non unus vel alter Pontifex, ſed quotquot inde ab Urbano VIII. ſederunt, malo, quod Exemptio à jurisdictione Ordinarii, & immediata totius Corporis ad Romanam Sedem ſubjectio peperit & nutrivit, validum adferre remedium, niſi finaliter per plenariam Ordinis deſtructionem. Fateor, non omnia hæc omnibus Religioſis Ordinis vitia incumbere; ſed nec de eo hic agitur. Illud quæritur, quid in jure Religioſos gubernandi ſit inſtituto Chriſti conforme; qui regiminis modus aptior ad Monachos in officio continendos. Hoc ex prædictis claret, tot Pontifices non potuiſſe intra ſeſqui ſæculum adunatos & exemptos reformare, quos Epiſcopi disjunctos, & ſuæ jurisdictioni plenè reſtitutos, vel uno anno emendaſſent.

Reliqua, quæ in favorem exemptionum Ex-Jeſuita *hoc Cap. IV.* congeſſit, jam occupaverat ejus in hac arena ſocius P. Viator à Cocaleo; huic autem *Tomo III. Febr. à pag.* 167. *ad pag.* 179. deinde *pag.* 309. *ſeqq.* demum *pag.* 357. omnimodé ſatisfactum arbitror.

XVI.

Poſtremum Caput Zaccarianæ Diſſertationis decimæ varium vagúmque eſt, nulli determinatæ materiæ affixum, ſed paucas colligens reliquias eorum, quæ in Febroniano Opere ſuperſunt, adverſario diſplicentias; reducuntur autem ferè ea ad ſequentia. 1) Falſum inquit *pag.* 223. eſt quod Febronius de Rom. Pontifice inconſultis Epiſcopis ſtatuente garrit: contrarium monſtravit Benedictus XIV. in Feſtorum reductione. 2) Nullum alicujus momenti negotium Romam defertur, cujus procurandi gratiâ non patriarum rerum periti viri Romam mittan-

mittantur. Sunt etiam inter Cardinales, qui fuere illarum partium Nuntii. Adſunt præterea Romæ omnium ferè Nationum viri ſelecti. *pag.* 228. 3) Non judicant hodie Pontifices Concilia generalia neceſſaria aut opportuna; neque illa poſt Tridentinum à Nationibus petita ſunt. *pag.* 224. 4) Coadjutoriæ cum futura ſucceſſione, ubi nullum Coadjutor præſtat ſervitium, Leodienſibus tantùm & Weſtphalis conceduntur ad prævia teſtimonia idoneitatis Epiſcoporum. *pag.* 229. 5) Illegalis in Germania beneficiorum pluralitas non Pontificibus, ſed Germanis ipſis adſcribenda eſt. *pag.* 231. 6) Falſum eſt quòd Romæ in ſecundo gradu facilè & frequenter diſpenſetur. *pag.* 235.

Prompta eſt & æqua ad ſingula reſponſio. *Ad I.* Verum eſt quod de ſe ſcribit Benedictus XIV. *de Synod. Diœceſ. Lib. XIII. Cap.* 18. *n.* 12., ſe nunquam in ulla diœceſi ſtatuiſſe, aut indulſiſſe feſtorum dierum imminutionem, ſeu reductionem, niſi petentibus & inſtantibus Epiſcopis. At de eo non eſt quæſtio; ſicut nec de illis particularibus cauſis, quæ in Romanis Congregationibus tractantur, & in quibus vota aut ſaltem relationes Ordinariorum admittuntur, vel etiam poſtulantur; ſed de *generalibus* Conſtitutionibus; quippe in quibus multò majus Eccleſiæ commodum vel incommodum verſatur, & quæ tum hoc titulo, tum ex propria ſua natura Epiſcoporum ſuffragia ampliùs deſiderant. Ut extra laudati Benedicti XIV. labores Apoſtolicos non vagemur: habemus ejuſdem Bullarium quàtuor conſtans Voluminibus; quæ ad exemplum ſuorum prædeceſſorum Gregorii IX. Bonifacii VIII. & Joannis XXII. ad futurorum memoriam & faciliorem promulgationem Univerſitati Bononienſi inſcripſit. In hoc Bullario continentur Bullæ decretales ferè ter centum. Edicat nunc Zaccaria an aliquæ, & quæ ex his emanaverint acceptis præviè ſuffragiis Epiſcoporum diverſarum Nationum; dubito, an vel unam nobis monſtraturus ſit. *Ad II.* Solent equidem ex partibus Romam ad procuranda gravioris momenti negotia mitti viri rerum

patriarum experti; at quis probabit, ut judex ſe demum à ſollicitatoribus faciat inſtrui de ſingulorum provinciarum ſeu regnorum particularibus juribus, uſibus, commodis, neceſſitatibus; finaliter de æquo & bono. Nuntii omnes *Itali* ſunt, qui italica ſua principia & præjudicia cis Alpes, cùm veniunt, adferunt, & dum recedunt, trans Alpes reportant. Horum ſuffragia, quando ad Cardinalatum aſſumuntur, Ciſalpinis negotiis & juribus parum aut nihil proſunt. Satius eſt conſilium Didaci de Alaba, de quo ſuprà *Num. I. lit. i.* Hic ſuaſit, ut *reſpondente ad ſingulas Nationes numero*, Cardinales, ex ipſis his Nationibus aſſumpti, Romæ reſideant, & Senatum Papæ conſtituant. *Ad III.* Facilitati illi & promptitudini RR. Pontificum in Convocandis Conciliis generalibus, ubi eam Chriſtianæ Poteſtates concorditer potierint, quam laudat & appromittit Adverſarius *pag.* 225., obſiſtunt & porro obſtabunt monumenta à Febronio *Tom. I. pag.* 711. 811. *Tom. II. pag.* 470. 477. 478. indicata, & perdurantia identidem ejuſdem Curiæ motiva politica, in metu reformationis principaliter fundata. Quòd autem hodie à ſæcularibus Principibus & Curiis minùs urgeantur generalium Synodorum celebrationes, hujus duplex eſt ratio: *Prima*, ille modus in poſtremo univerſali Concilio ex parte Romanorum uſurpatus, de quo *Tom. III. Febr. pag.* 122. *ſeqq.* qui principibus æque ac Epiſcopis magnam talium Conciliorum nauſeam ingeſſit: *Altera*, quòd in moderno rerum ſtatu, & habito reſpectu ad difficultates & impedimenta res Eccleſiæ ex antiquo more reſtituendi, promptiora certioráque remedia tollendorum abuſuum inveniantur in auctoritate Regum & Principum, quà Defenſorum Ss. Canonum, Diſciplinæ Eccleſiaſticæ, quin & propriorum ſubditorum & jurium his competentium. *Ad IV. & V.* Curiæ citra dubium adſcribendæ veniunt illuſoriæ illæ Coadjutoriæ & improbæ beneficiorum pluralitates; utraeque ceſſabunt negatis Romanis diſpenſationibus. Sequantur Pontifices monitum divi Bernardi, & omnia ſana erunt & in tuto. Ita autem S. Pater Lib. IV. de Conſid. Cap. 6. *Oportet Pontificem eſſe ingenuum, quem nulla deor-*

Digitized by Google

deorſum trahat indigna affectio: Oportet rectum, quem nulla ſeorſum avertat ſiniſtra intentio: Oportet cautum, quem nulla ſubeat furtiva ſuſpicio: Oportet vigilem, quem nulla ab ſe abducat peregrina & curioſa cogitatio: Oportet firmum, quem nulla concutiat repentina turbatio: Oportet invictum, quem nulla fatiget vel continua tribulatio: Oportet amplum, quem nulla coarctet rei temporalis amiſſio. Ad. VI. Quotquot ſunt, quorum manibus vel oculis Romanæ expeditiones in cauſis Matrimonialibus tractantur, eorum fidem magnâ fiduciâ atteſtor, an in hujus generis diſpenſationibus imprimis generatim obſervetur ille Canon Tridentini: *Rarò & gratis*; deinde quoad ſecundum gradum ſpeciatim: *Non niſi inter magnos Principes & ob publicam cauſam!*

XVII.

Dum de Abuſibus, queis res Eccleſiæ perditæ fuerunt, nobis toties ſermo eſt, duo monenda veniunt: Primum: non hic agi neque quæſtionem eſſe de vitiis ſingulorum, privatorum, imò nonnullorum, quin & plurium Epiſcoporum, ſed de iis nævis, qui in univerſalis Eccleſiæ regimen directè influunt, & à Romano Primatu, ſeu illius minùs canonica geſtione immediatè procedunt: Alterum: adverſùs eosdem abuſus ab Eccleſia multoties, & ita quidem reclamatum eſſe, ut Pontifices plerumque de abuſibus & inde ſecuturis Eccleſiæ infortuniis antè monerentur, quàm prænuntiata à viris ſanctis; doctis, prudentibus, quin & integris Nationibus mala evenirent. Hæc probandi, ſe veriùs demonſtrandi ratio non poteſt iis ſubjecta eſſe dubitationibus quibus quandoque ſubſunt concluſiones deſumptæ ab eventu non præviſo. Probabimus has prædictiones, & ut ita loquar propheticas malorum denuntiationes, eventu heu nimiùm triſti firmatas, teſtimoniis Scriptorum & monumentorum in Operibus Febronii ſparſim allegatorum.

Digitized by Google

Regebant ſæculis XI. & XII. RR. Pontifices ad normam Dictatûs Gregorii VII. quem Romani etiamnum pro genuino & authentico habent. Vid. Bullarium magnum Rom. *Tom. XIX. pag.* 254. *edit. Luxemb.* Inde Pontificum dominatus in Epiſcopos, Concilia, Reges. Monuit Eugenium III. S. Bernardus & prædixit, hanc eſſe viam ad perdendum ipſum unà cum Dominatu Apoſtolatum, hæc ſcribens Lib. II. de Conſid. Cap. 6. „ Apoſtolis interdicitur Dominatus. J ergo tu, & tibi „ uſurpare aude aut dominans Apoſtolatum, aut Apoſtolicus „ Dominatum. Si utrumque ſimul habere voles, perdes utrum„ que.“ *Tom. III. Febr. pag.* 56. Eodem Zelo pro gloria Domûs Dei, & ſpiritu providentiæ animatus ſæculo ſequenti Durandus Epiſcopus Mimatenſis ſcripſit de Modo celebrandi Concilium generale pag. 69. ad Clementem Papam V. ab eo rogatus an. 1307. „ Proverbium vulgare eſt: Qui totum vult totum perdit, Ec„ cleſia Romana ſibi vindicat univerſa, unde timendum eſt, „ ne univerſa perdat. “ *Tom. II. Febr. pag.* 303. His admonitionibus & tantorum virorum præſagiis nihil territi RR. Pontifices, ducti ſpiritu mundi, in ſuo pergentes dominatu, unà cum eo ſaltem dimidium evangelici Apoſtolatûs, uti prædictum erat, hucusque amiſere. Sæculo XV. quod *Synodale* vulgò nuncupatur, ſperabant Principes & Epiſcopi, futurum ut per medium generalium Conciliorum Romana Curia reformaretur, poteſtas Pontificis ad juſtos & SS. Canonibus conformes terminos reduceretur, atque ita Eccleſia priſtino ſplendori reſtitueretur; verùm ſanctiſſima hæc conſilia Pontifices quibus valebant modis & viribus eludere conati ſunt. Cùm Eugenius IV Concilium Baſileenſe ſub umbra translationis adverſùm diſpoſitionem Canonum Conſtantienſium rumpere tentaret, dixit anno 1433. illius Concilii Præſes Cardinalis Julianus: „ Si in viridi & in decretis ita novis exiſtentibus Papa hoc fa„ cit; (*ſc. diſſolvendo Synodum*) quid faciet hinc ad centum „ annos, ſi Concilium cederet, & Papa obtineret. Nihil „ aliud dicere poſſemus, niſi quòd actum eſſet de Chriſtiana „ Religione. “ Papa obtinuit: Hoc malum exemplum (quod venenum

venenum dixit Jacobus à Paradiſo, ſcriptor coævus, Doctor Erfordienſis) diffuſum eſt in Eccleſias; & per hoc Pontifices omnem deinceps ex parte generalium Conciliorum declinarunt correctionem ac reformationem. Inde ſequenti ſæculo immanis illa Religionis ruina & fatalis Eccleſiæ ſciſſio, quæ (uti ex doctiſſimorum & omni virtute præditorum virorum ore & ſententia ſe ſæpe audiviſſe anno 1535. retulit Orthvinus Gratius nunquam eveniſſet, ſi juxta Juliani Chriſtianam admonitionem, Eugenius, Baſileam, uti ſpoponderat, adveniſſet; cujus uti & ſucceſſorum ejus negata ad Concilium univerſale ſubmiſſio prædictorum à Juliano malorum unica cauſa fuit & ſeminarium. *Tom. I. Febr. pag.* 513. *Tom. III. pag.* 225. *&* 354.

Eodem tempore, anno videlicet 1437. Andreas Epiſcopus Magorenſis in Gubernaculo Conciliorum Part. III. „ Illa, „ inquit, fides Chriſti, illa obedientia Romanæ Eccleſiæ, quæ in „ quibusdam parvulis angulis terræ & orbis, ſcilicet in quin„ que Nationibus, Italiæ, Franciæ, Teutoniæ, Hiſpaniæ & „ Angliæ remanſit concluſa, adhuc omni die paulatim perde„ tur . . . . . Et timendum eſt, quòd ante diem judicii, & in „ brevi, niſi ſuper eam fiat reformatio & reparatio, deſoletur „ & foras mittatur, & ab hominibus conculcetur. *Tom. I.* „ *Febr. pag.* 674. *& ſeqq.* " Hoc ſuum *Conciliorum Gubernaculum* Andreas inſcripſit Card. Juliano Concilii Baſileenſis Præſidi. Utriusque eadem fuit ſententia, idem fatale vaticinium, niſi Eccleſia reformetur *in CAPITE & in membris*: hoc eventus, proh dolor, magnâ parte probavit. Scilicet Eugenius Concilium, reparandæ Eccleſiaſticæ diſciplinæ inſtitutum, rumpendo, ſe illius authoritati ſubtrahendo, atque ita reformationem ſuæ Curiæ impediendo, effecit tum per ſe ipſum, tum ſuo exemplo, ut intra centum annos Catholica Religio in dimidia ſaltem Germaniæ parte, in regnis Magnæ Britanniæ, in fœderatis Belgii provinciis, in toto Septentrione deperiret, in Gallia adhucdum ſuperſint & impoſterum manſura ſint ubera hæreſum ſemina; & Deus ſcit, qui juxta dictum Epi-

 ſcopi

Digitized by Google

ſcopi Magorenſis ante diem judicii eventurum fuiſſet, niſi ipſimet Catholici Principes de conſilio Epiſcoporum & aliorum piorum virorum reformationi Eccleſiarum ſuorum Regnorum & Statuum intenderent, ſucceſſivâ reductione genuinorum Canonum, & abolitione Romanorum abuſuum, impediendo ne illi in ſuis terris ac provinciis vigorem atque executionem obtineant. A ſententia binorum jam laudatorum virorum parum diſtat illa Cardinalis de Alliaco Tract. de Neceſſitate reformationis Eccleſiæ Cap. 29. ubi: „ Expediret ut „ hæreſes & auctores earum de Bohemia & Moravia eradicarentur omni modo; ſed non video quòd id unquam bono „ modo fieri poſſit, niſi *Romana Curia* priùs ad ipſos veteres „ mores & conſuetudines laudabiles reducatur; quia lege cavetur, quòd à Capite edenda ſit ratio. " *cit. Tom. I. pag.* 673.

Progredimur ad ſæculum XVI. quo jam annuntiatæ prædictiones infeliciter impletæ ſunt. Antequam tamen vinculum unionis & Religionis effectivè rumperetur, præceſſit adhuc poſtrema monitio ex parte Germanorum his verbis: *Mitiùs ſummus Pontifex cum filiis ſuis Germanicæ Nationis agat, ne PROPEDIEM inſtar Bohemorum plerique ab Eccleſia deficiant Romana.* Ita in Remediis, quæ decem Gravaminibus Nationis Germ. anno 1510. Maximiliano Imperatori præſentatis ſubjunguntur. §. 8. *eod. Tom. I. pag.* 469. Advenit tandem fatale illud *Propediem*; pergebat nihilominus Romana Curia conformiter ad ſua principia populos gravare; præſertim Germanos. Quare Status Imperii *Sæculares* in Comitiis Norimbergenſibus anni 1525. ita ſanciunt: „ Si onera & gravamina „ *in præſtituto tempore* non fuerint abolita, Sanctitatem Pontificiam latere nolunt, eos prædicta gravamina diutiùs neque „ perferre velle, neque tolerare poſſe, ſed ſe ipſius rei iniquitate & neceſſitate compelli, ut pro ſua induſtria de aliis commodioribus viis & modis cogitent, quibus in priſtinam libertatem aſſeri poſſint. " *Tom. I. Febr. p.* 472. ſic, inquam, deliberabant & ſtatuebant Principes & Status *Laici*, quorum plurimi, cùm neque tunc, neque *præſtituto tempore* emenda

tio

tio ſequeretur, atque ita ſe à Romanis ludi viderent, quod prænuntiaverant executi ſunt, unà cum obedientiâ Romanæ Sedi hactenus præſtitâ etiam ejus fidem & religionem variis in articulis abjicientes: Scilicet tædio & execratione illius intolerabilis jugi; quod cuncta illâ ex Urbe prodeuntia ſuſpecta eis & inviſa reddebat.

Si Chronologicam talium prædictionum ſeriem accuratè ſervare vellemus, hoc loco veniret augurium Joannis Fabri Epiſcopi Viennenſis in in Auſtria, viri ſummis Pontificibus addicti & grati, de anno 1536. Sed ſervamus illud ad aliam prædictionum claſſem *Num. ſeq.* memorandam. Pauca tamen hæc ex ejus Commentario, tunc pluribus recenſendo, hic deſcribimus. *Art.* 71. „ Modis omnibus feſtinandum eſt, ne „ diutiùs differatur hoc *tandem* & feliciter inſtitutum Conci- „ lium (Mantuanum): alioqui & reliquiæ Catholicorum parvulæ „ poſtremò non ſupereunt; &, quod timendum eſt, ſeducen- „ tur etiam, ſi fieri poteſt, electi &c. " Non minùs alii viri. Interim augebatur numerus eorum qui à Romana Eccleſia deficiebant. Probi & perſpicaces augurabantur defectionem multò majorem, niſi remedia ſemper dilata *tandem & promptè* ad manum ſumantur. Sic Claudius Eſpencæus Opp. pag. 480. „ Nemo non videt in quem ſtatum adducta ſit S. Sedes Apo- „ ſtolica, imò tota Chriſti Eccleſia; quam multa non multis „ ab hinc annis facta ſit ab ea diſceſſio; metuendum ne ma- „ jor fiat, ni *vel aliquando tandem* remedium adhibeat; ſi tan- „ tis quibus obruitur Eccleſia malis medendis allata mora fue- „ rit, hoc futura damnoſior, quo longior. " *cit. Tom. I. pag.* 479. Eſpencæo jungamus Gentianum Hervetum; uterque Tridentino interfuit; uterque eodem prophetico tono loquitur. Ita Hervetus in Oratione de reparanda Eccleſiaſticorum Diſciplina pag. 32. ,, Catholici unitem conſervantes deformatæ „ Eccleſiæ vicem deplorant, & ut ea reformetur, omnibus „ votis Deum obſecrant; quæ niſi fiant (nolo malè ominari) „ ſed vereor ne hic cancer in dies latiùs ſerpat, cui tollendo

nec

Digitized by Google

„ nec ferrum nec flamma ſatis fuerint. " *Tom. III. Febr. pag.* 256. Ambo culpam non adhibiti convenientis remedii, & non ſecutæ fundamentalis & Catholicæ Reformationis aperte in RR. Pontifices conjiciunt. Quis poſt hæc ignorat, quæ ab egregiis his viris tam apertè prænuntiata ſunt, ea ad unguem deinde impleta fuiſſe.

XVIII.

Hactenus illa ſpecie Prophetarum, qui Pontificibus quaſi in faciem toties prædixerunt illam Eccleſiæ ſciſſionem & tantùm non ruinam, quæ ex ipſorum facto deinde ſecuta eſt. Fuere autem & alii, qui ſummis Pontificibus prænuntiarunt, niſi Eccleſia, & Romana quidem ab ipſismet reformetur, alios, & eos quidem *bonos Catholicos*, futuros, qui ipſam emendent. Si dicam inter hos augures etiam Febronium numerari poſſe, exclamabit haud dubiè Zaccaria: *Num & Saul inter Prophetas?* ipſe inquam, qui ſui Antifebronii vindicati *Tom. IV. pag.* 454. Febronium *Pſeudo-Prophetam* vocavit, ideo, quòd hic, Tomo II. pag. 329. inſinuaſſet, rupta nuper inter Curiam Romanam & Regem Luſitaniæ omni relatione (vid. *eod. Tom. II. p.* 580. *& ſeqq.*) illam huic tandem ceſſuram; quod & effectivè contigit, dum quod ſub Clemente XIII. ab ejus Curia in Regem & Regnum peccatum fuerat, domum ſub moderatiore regimine Clementis XIV. reparatum eſt. Verùm hæc temporaria ſunt.

Aliud hujusmodi Prophetiæ Specimen, ſed perdurantem habens effectum, exhibet Præfatio Tom. I. Febroniani in allocutione ad Clementem XIII. In ea jam anno 1763. illi denuntiabatur, caſu quo abuſus ſuæ Curiæ tollere Papæ renuant aut longiùs differant, ſæculares Poteſtates, authoritate ſibi ad tuendos ſubditos deſuper datâ, eorum defectum ſuppleturas eſſe; id quod Pontificibus æque parum gratum ac honorificum accidere poſſet. Quod prædictum jam nonnullis in partibus effectum

effectum eſt. A paucis annis Rex utriusque Siciliæ & Reſp. Veneta Regulas Romanæ Cancellariæ in ſuis Statibus abrogarunt; eadem Sereniſſima Reſpublica exemptionem Regularium à jurisdictione Ordinariorum ſuſtulit; Infans Hiſpaniæ Parmæ Dux Romanis appellationibus & beneficiorum captationibus modum poſuit. Plura exſpectamus.

Habuit in hoc vaticinationis genere Febronius præcurſorem verè egregium, de quo paulò antè, Joannem Fabrum Epiſcopum Viennenſem, fortiſſimum fidei Catholicæ adverſùs Lutherum & alios hæreticos Athletam. Cùm anno 1535. Paulus III. ab Imperatore preſſus, & de hujus aſſenſu, Generale Concilium *Mantuam* indixiſſet, miſit ad eum idem Epiſcopus ſua conſilia ſuósque ſenſus circa ea quæ præparationi talis Synodi opportuna judicavit, Pontifici admodùm accepta apud Raynaldum *an.* 1536. *n.* 37. *& ſeqq.* In his inter reliqua: „ *Art.* 54. Scit rurſus ſua Sanctitas, & Domini Deputati, „ quòd contra Sedem Apoſtolicam Centum Gravamina Ger„ manicæ Nationis ſunt edita ac vulgata: & cum *in hoc futu„ ro Concilio* plures abuſiones, maculæ, rugæ & nævi, qui„ bus magnâ ex parte facies Eccleſiæ defœdata & commaculata „ apparet, delendi, ac quaſi ſpongiâ abſtergendi ſint; *alio„ qui abuſibus non ſublatis è medio, nulla pax nulla denique „ unanimitas erit.* His autem in unoquoque Statu reformatis, „ fiet ſine dubio, ut is Chriſtus, qui in navicula Petri ventis & „ mari ſævientibus dormire videtur, ſurget, imperabit ventis „ & mari, & fiet magna tranquillitas in Eccleſia Dei. Ego au„ tem, ſi dignus ac idoneus ad conſulendum eſſe poſſem, ex „ puro corde ſuæ Sanctitati hoc conſilium darem, certè meo „ judicio *abuſiones Romanæ Curiæ* (magnum enim eſt diſcrimen „ inter Curiam Romanam & Romanam Eccleſiam) *priùs per „ ſuam Sanctitatem eſſent moderandæ*; non enim committere „ debet ſua Sanctitas, ut quilibet adverſarius garrulus & im„ pudens ſibi ejusmodi abuſionum tollendarum vendicet cen„ ſuram ac auctoritatem. Proinde hæc omnia ſunt *ante Con-*

 „ *cilium*

„ *cilium* per ſummum Pontificem deliberanda & facienda:
„ poterit enim nunc ſua Sanctitas illa Centum Gravamina Nationis Germanicæ in manus ſumere, ac illa per ſe ſuâ ſponte moderari ac mitigare, & quæ occurrerint abuſiones, tollere ſine inveſtigatorio: ſunt enim ejusmodi, ut mitigationem patiantur, & ſunt certa moderamina in promptu, quibus ſua Sanctitas ſe ſe gravatam conqueri jure vix poterit: *eſt enim longè melius multóque conſultius ſaſanctæ Sedi Romanæ*, *& Cathedræ Petri*, *ultrò ab abuſionibus*, *quæ irrepſerunt*, *cedere*, *quàm tandem cadere.* "

„ Art. 55. Si igitur ſua Sanctitas *Domum ſuam ac Curiam*, *ac ejus abuſiones ita reformaverit*, magnam apud omnes Nationes conſequetur laudem ac auctoritatem, eritque magna ſpes, ut etiam tota Germania, imò tota Eccleſia poſſit in tranquillum & orthodoxum priorem ſtatum redigi, eritque magnum documentum voluntatis ac modeſtiæ ſuæ Sanctitatis, non ſolùm apud hæreticos, verùm etiam orthodoxos: *ita enim fiet*, *ut facies Eccleſiæ*, *tot citatricibus deformata*, *poſſit ad ſuum decus reformari.* "

„ 56. Alioqui adverſarii ſemper, & usque ad raucedinem, Præſidenti ſummo Pontifici clamabunt: *Medice*, *cura te ipſum*: *qui alium doces*, *te ipſum non doces*? *qui in lege gloriaris*, *per prævaricationem legis Deum inhonoras*; *& quare aſſumis Teſtamentum meum per os tuum*? *Tu verò odiſti diſciplinam*, *& projeciſti ſermones meos retrorſum.* Hæc ſummâ neceſſitate adductus dico bono Zelo ac animo. Ita me Deus amet! hac ſolâ ratione perſuaſus, ut per omnia cultus Dei & Apoſtolicæ Sedis ſervetur, ut mala in futurum emerſura vitari, & in tempore præcaveri poſſint. "

Quot non ab eo tempore in Gallia edita à Regibus, Pontificibus minimè conſultis, Edicta abuſus Romanæ Curiæ reformantia! Quoties non eadem Curia nolens juxta monitum hujus

hujus Zeloſiſſimi Præſulis *cedere*, viſa eſt aliis in regnis in conſpectu ſimilium Edictorum reformatoriorum *cadere!* Sed inſiſtamus parumper hiſtoriæ reformationis abuſuum, quam Curia ipſa ſperari ſæpe fecit, nunquam perfecit.

XIX.

Ad præmiſſos tres Articulos, ex Joannis Fabri Libello de modo & ratione indicti Concilii celebrandi Paulo III. per Madurtium Cardinalem Tridentinum transmiſſo, Pontifex in hæc verba fecit reſponderi: *Hanc ob cauſam Sanctitas ſua aliquos & doctrinâ & ſanctitate vitæ inſignes Prælatos ad ſe vocavit.* Raynaldus *l. cit. n.* 38. Fuere hunc in finem delecti & vocati viri verè egregii Caſpar Contarenus, Joannes Petrus Caraffa, Jacobus Sadoletus, Reginaldus Polus &c. qui Pontificio mandato fideliter parentes dederunt inſigne illud Reformationis Conſilium, de quo *Tom. I. Febr. pag.* 473. & 501. Cùm in eo Romanorum nævi in Eccleſiaſtico regimine minimè reticerentur, non poterat non propoſita ab illis reformandi ratio diſplicere viris Curiæ, ad alia omnia, ſcilicet ad mundi mores & artes politicas factae. Igitur Pontifici perſuaſum eſt, ut rem iſtam *commodiori tempori* ſervaret; inſtare, inquiebant, Concilium, cui hujúsce rei deliberatio permittenda. Pallavicinus *Hiſt. Conc. Trid. Lib. IV. Cap.* 5. *n.* 3. At quàm hoc fuerit ſerium, mox videbimus. Fleurii Continuator *Hiſt. Eccl. Tom. XXVIII. Lib.* 138. *n.* 32. aliam addit rationem: Ne Romani in conſpectu orbis ſuam culpam viderentur agnoſcere, & per hoc haereticis materiam triumphi praeberent. Interim Concilium, quod Mantuam indictum fuerat, non obtinuit, propter cauſas ſeu praetextus, quos refert Raynaldus *ad an.* 1537. *n.* 1. *ſeqq. n.* 21, 22. *ſeqq.* Tum alia anno 1539. Synodus ad urbem Vicentinam vocatur; ſed & haec antequam inchoaretur, concidit. Anno 1540. Paulus III. rurſum nominat quoſdam Cardinales pro reformatione ſuae Curiae; ſed nullo iterum ſucceſſu. Vid. Raynald. *h. an. n.* 65. Anno ſequenti idem

Digitized by Google

Pontifex Nuntium ad Germanos mittit Cardinalem Contarenum, tum ut eos ab habendo Concilio Nationali avocaret, tum ut illis quaedam Reformationis capita proponeret. Exſtant hi Reformationum articuli apud Raynaldum *ad an.* 1541. *n.* 19. In his ne verbum de abuſibus Curiæ Romanæ, Germanam & alias mundi regiones affligentibus, aut de ſpe emendationis eorundem, Attamen de loco habendi Concilii Generalis tandem & finaliter cum Germanis conventum eſt. In Receſſu Imperii Spirenſi an. 1542. §. 128. urbem *Tridentinam* eum in finem placitam eſſe declaratur. Verùm antequam ad Concilium ipſum veniretur, novae iterut remoræ; novus rurſum in Germaniam Nuntius cum pollicitatione Concilii inchoandi ùt primùm pax inter Caeſarem & Regem Galliae reſtituta fuerit. Quod ad *Gravamina* attinet, habebat idem Nuntius in mandatís quod ſequitur: „ Et quia aliquis ſaecularis Princeps *de* „ *abuſibus*, quos eſſe in Dei Eccleſia, *& præcipuè in hac Ro-* „ *mana aula*, dicet, querelam faciet, Nuntius ſemper, quod „ verum eſt, affirmabit, ſuae Sanctitatis tempore non irrep- „ ſiſſe, nec ejus voluntatis eſſe, eos confirmare, quinimo, „ ut hi abuſus tollantur, valde deſiderare; *qua de cauſa Con-* „ *cilium ſemper maximopere optaſſe.* Sed animadvertat Nun- „ tius & abſtineat ſe à contentionibus circa iſtos abuſus, & „ circa fidei Catholicae dogmata, quia in praeſentia eorum „ iſtud non eſt ſuum negotium: & tantùm de his rebus loque- „ tur, quantùm ad modeſtè defendendam veritatem ſufficit; „ ſimúlque hoc modo animas illorum, cum quibus de his lo- „ qui oportuerit, aedificare curabit: " apud Raynaldum *an.* 1543. *n.* 49.

Germani tot morarum pertaeſi, eodem anno 1543. de habendo Nationali Concilio iterum non modò deliberarunt, ſed etiam in Spirenſi Dieta anni ſequentis de Reformatione & de negotio Religionis inter Catholicos & Proteſtantes varia proviſionaliter ſtatuerunt. Haec concluſa ſicut Papae meritò diſplicuerunt, ita eum produxere fructum, ut majore ardore ad

ad aperturam Concilii Tridentini progrederetur, quae etiam menſe Octobri an. 1545. ſecuta eſt. Attamen hìc mox plerisque illud ſingularè viſum, & per hoc non vulgaris diffidentiae materies data eſt, quòd jam ante inchoationem Synodi Pontificiis Legatis haec facultas conceſſa ſit: „ Concilium praedi„ ctum de eadem civitate Tridentina ad quamcunque aliam „ commodiorem & opportuniorem ac tutiorem civitatem, de „ qua ipſis videbitur, transferendi & mutandi, ac illud in „ civitate Tridentina ſupprimendi & diſſolvendi; nec non „ Praelatis & aliis perſonis Concilii hujusmodi, ne in eo ad „ ulteriora in dicta civitate Tridentina procedant, etiam ſub „ cenſuris & pœnis Eccleſiaſticis inhibendi. " Raynald. *an.* 1545. *n.* 2. Illud verò Germanis multò magis ſuſpectum, & hactenus tractatis adverſum apparuit, quòd Paulus III. in ſua ad Legatos inſtructione apud Raynaldum *d. an. n.* 47. declaraverit, ſe non permiſſurum, ut nævi ſuæ Curiæ in Synodo & per illam emendentur. Verba mandati hæc ſunt: „ de capi„ tibus Religionis, abſciſſo quocunque reſpectu, primùm tra„ ctabitis, damnantes non perſonas, ſed doctrinam, & non „ ſolùm generales propoſitiones, ſed etiam particulares, quæ „ nunc vigent, & hæreſum ſunt fundamenta. "

„ De Reformatione nec ante dogmata, nec ſimul cum „ illis omnino agetur, cùm hæc ſecundaria & minor cauſa „ congregandi Concilii fuerit; ſed tali circumſpectione in hac „ re utantur, ut occaſio aliis non ſit credendi, eam nos vel „ evitare, vel ad finem Concilii differre velle: imò declarent, „ quòd quando Concilium in re principali bene procedere „ cœperit, de illa, ſicut convenit, tractabitur. *In rebus,* „ *quæ ad Romanam Curiam pertinent, de quibus querelas af-* „ *ferunt, conſiliis Prælatorum & Provinciarum libenter aures* „ *porrigant, non quia Concilii ſit illas emendare, ſed quia* „ *Pontifex de illis optimè inſtructus remedia porrigat oppor-* „ *tuna.* "

Eo autem minùs Germanica Natio ſperare poterat, futurum, ut in Tridentina Synodo ſua Gravamina levarentur, quando Paulùs III. qui ipſe per Legatos in hac Synodo comparebat, Epiſcopos à jure per procuratores ſuffragandi prohibuit. Raynald. *anno* 1546. *n.* 7. Cui accedit, quòd nollet dari vel numerari ſuffragia per Nationes, uti in Conciliis Conſtantienſi & Baſileenſi factum eſt. His duobus modis pluralitatem votorum & hoc ipſo facultatem decidendi Epiſcopis Italiæ, utpote in multo majore numero comparentibus, pro quavis occaſione aſſeruit. Adde, quòd in hac Synodo adverſùs Cardinales (penes quos nervus Curiæ eſſe noſcitur) quidquam proponere, Epiſcopis permiſſum minimè fuerit. Raynald. *l. cit. n.* 68. Unde haud mirum ſæpeſatos Curiæ abuſus in eadem Synodo minimè ſublatos fuiſſe; de quo illi ipſi, qui Concilio interfuere, amarè queruntur.

XX.

Vidimus jam nævos Curiæ Romanæ, & gravamina inde prodeuntia, eáque tanta, ut eis integræ Nationes concuteren- & plurimorum animi ab illa alienari inciperent. Vidimus prædictiones, neque paucas neque obſcuras, ingentium malorum inde ſecuturorum, Eccleſiæ imminentium, & in Romanam quidem præcipuè redundaturorum. Vidimus plurimas easque urgentiſſimas, ſed infructuoſas, inſtantias Nationum, Principum, Epiſcoporum, aliorum magnorum virorum ad obtinendas eorundem gravaminum ſublationes. Vidimus prænuntiata mala evenire, interim graviora prædici, quæ pariter ſubſecuta ſunt: neque tamen omnibus his Romanam Curiam commoveri, in ordine & ad finem dimittendi ſuos abuſus, Chriſtianos & hactenus cum Romana Eccleſia in nexu ſubſiſtentes populos gravantes. Vidimus (quod complementum erat malorum) inconſutilem Chriſti togam tandem miſerè diſciſſam, anſam & materiam præbentibus continuatis ſemper iisdem abuſibus, qui multis intolerabiles viſi ſunt. Videmus etiam-

etiamnum, poſtquam his de cauſis integra regna ab Eccleſia Catholica defeciſſent, eos Principes, qui generoſè in fide perſtiterunt, cùm nihilominùs Romana Eccleſia, aut veriùs Curia, relativè ad alias Eccleſias maneret ùt antè, id eſt, has injuſtè gravans, rei manum efficacem admovere, & æquis Edictis reformatoriis ſucs ſubditos (ſalvis Romanæ Sedis veris juribus) adverſùs Romanorum injurias & violentias tueri. Dicant poſt hæc adverſarii, non eſſe in ea Curia abuſus, aut ſi qui fuerint, fuiſſe illos antequam res Eccleſiæ ad illa extrema devenerint, aut etiam poſtea, penitùs ſublatos, dicat Zaccaria, utì facit Tom. IV. pag. 54. *Febronium pro ſuo in Romanam Curiam odio ſæpe ſæpius cum ſpectris digladiari, atque abuſus ſomniantem videre, quos nemo vigil agnoſcat.*

Caput II.

De mediis & ſubſidiis vindicandæ Eccleſiaſticæ Libertatis. Zaccaria ſemper idem, ſemper errabundus.

I.

Maximum Eccleſiaſticæ Libertatis præſidium Febronius in eo poſuit, ut Epiſcopi *nativa* ſua jura defendant, & amiſſa recipiant. Primum, *defenſionem* ſcilicet, Zaccaria *Tom. IV. pag.* 241. concedit; *recuperationem* negat. Præjudicialis hac in re haud dubiè quæſtio eſt, in quo *nativa Epiſcoporum* & *reſpectiva* eorum *Primatis* jura conſiſtant. Nos ſanè putamus ex iis, quæ per omnes Tomos Febronianos hactenus diſputata ſunt, quid de hiſce juribus ſentiendum ſit, ſatis apparere. Non ſunt confundenda, inquit ille *pag.* 243., jura, quæ Epiſcopi à Chriſto Epiſcopatum inſtituente acceperunt, cum juribus quæ illis ab Eccleſia vel à Sede Apoſtolica collata ſunt; de illis ait *pag.* 245. certum eſt, Romanos Pontifices ea quæ juris divini ſunt, intacta relinquere. Nos imprimis negamus ordini Epiſcopali ab Eccleſia vel à RR. Pontificibus

ficibus quidquam attributum eſſe ultra id quod à Chriſto Epiſcopatum inſtituente acceperunt: dico *Ordini Epiſcopali*: aliud eſt de variis particularibus Epiſcopis ſeu Eccleſiis, quarum aliis data ſunt juraMetropolitana, aliis Patriarchalia, & ſimilia; idque originariè non à Pontificibus, ſed à Synodis & ab Eccleſia. Verùm de his non eſt in præſentiarum quæſtio: de veris & *originariis* juribus *omnium* Epiſcoporum modò tractamus, de his ſervandis & reſpectivè reſtituendis agimus, in ordine ad Eccleſias ab indebita ſervitute eximendas.

Dum de propris & *nativis* Epiſcoporum juribus per Romanos Pontifices minutis inter nos ſermo eſt, ad ea haud dubiè tempora recurrimus, quibus jam diœceſes erant diviſæ, ac cuivis Epiſcopo certus ac proprius fuit diſtrictus & diſtinctus populus; antè enim Epiſcopatum omnibus fuiſſe communem nemo negat. Ante illam diviſionem, *quoad Epiſcopale officium* & adhærentes ei functiones paſtorales, tantum ubilibet terrarum poterat noviſſimus Apoſtolorum quantum Petrus, tantum quilibet Epiſcoporum, quantum Romanus. At poſt Eccleſiarum diviſionem Canones ſollicitè caverunt, ne alter alterius terminos ingrediatur, & ſine illius conſenſu paſtoralia inter eosdem exerceat. His præmiſſis, videamus, an ita certum ſit, uti adverſarius prætendit, RR. Pontifices eas, quæ ex inſtitutione divina ſunt, facultates Epiſcopis intactas relinquere. Quæro itaque primò, An non quilibet Epiſcopus in ſua diœceſi ex inſtitutione & conceſſione divina jus habeat omnes ſuæ Paſtorali ſollicitudini ſubjectos pœnitentes ritè diſpoſitos à peccatis ſolvendi; cum iisdem in lege Eccleſiaſtica, V. G. in impedimentis matrimonii, ubi mens & anima legis relaxationem patitur & ſuadet, diſpenſandi; dignos ad quævis ſuæ Eccleſiæ munia miniſtros deputandi; in omnes ſuorum diœceſanorum actus Religionis intendendi, eos dirigendi, & prò re nata emendandi &c. Quæro deinde, an omnes & ſingulas has facultates Epiſcopis Papa intactas relinquat, quando Epiſcopis prohibet, & quidem ſub pœna nullitatis.

Digitized by Google

tatis, ut certos peccatores, ùt ùt ad pœnitentiam diſpoſitos, abſolvant, cùm ſimili modo quasdam utcunque legitimas diſpenſationes, ſpiritui legis conformes, & ad particulare tantùm animarum regimen pertinentes, neque *ad univerſale totius Eccleſiæ gubernium* quidquam relationis habentes Epiſcopis invitis interdicit; ſi ſibi per Regulas Cancellariæ appropriat jus plus quàm duas tertias omnium beneficiorum in aliorum diœceſibus conferendi; dum demum vetat, ne Epiſcopi quidquam ſumant inſpectionis, aut exerceant propriæ authoritatis circa ea quæ intra domos Religioſorum aguntur.

Vagus in ſuis principiis Adverſarius *pag.* 242. ex ipſa, inquit, Chriſti inſtitutione Epiſcoporum jura Romanis præſulibus ita ſubjici debent: ut in horum poteſtate ſit, quemadmodum res Chriſtiana poſcit, ea amplificare aut etiam coarctare; addit, poſſe illos etiam, ubi id neceſſitas aut certa utilitas exigit, Pontificalia in alienis diœceſibus exercere. Omnia hæc ſunt petitiones principiorum à nobis toties convulſorum; ſunt ſtudioſæ confuſiones jurium *Primatûs* cum juribus *Epiſcopatûs*, quæ duæ qualitates, licèt in eodem ſubjecto conjunctæ inveniantur, tamen inter ſe planè differunt, & diverſimodè operantur. Primatis jura per ſe nunquam eò tendunt, ut univerſo Epiſcoporum ordini ea jura tollat, quæ Chriſtus illi attribuit. Uſum jurium Epiſcopalium poteſt regere univerſalis Eccleſia; ſed & idem poteſt reſpectu jurium Pontificatûs. Vid. *Tom. II. Febr. pag.* 183. Conſtitutio Papalis *nova* circa uſum & exercitium jurium Epiſcopatûs citra acceptationem Eccleſiarum nulla eſt. Olim in ſæculis ignorantiæ Romani Pontifices ſibi reſervabant peccata tum volentibus Epiſcopis, tum invitis; reſervabant beneficia obmurmurantibus Eccleſiis & Nationibus: tandem has inter & Curiam Romanam, ob defectum ſufficientis notitiæ jurium Primatûs, ad Concordata ventum eſt, de quorum vigore hic non agitur: reſervet ſibi hodie Papa vel unicum hactenus non reſervatum peccatum, vel unicum non reſervatum beneficium, etiam extra terras Con-

 cordato-

cordatorum, & exſpectet, quid Eccleſiæ, quid Epiſcopi dicturi, quid acturi ſint. Vide interim *Tom. III. Febr. pag.* 203.

Quòd Pontifex *ex cauſa neceſſitatis* in aliena diœceſi Pontificalia valeat exercere, eò minùs hic in ſequelam trahi poterit, quia idem ex ſimili cauſa quilibet valet Epiſcopus; quinimo fatemur id à potiore & poſſe & debere primum in Eccleſia Pontificem. Vid. *Tom. I. Febr. Cap.* 3. §. 2. *Tom. II. pag.* 384. *Tom. III. pag.* 18. *ſeqq. Tom. IV. pag.* 108. *ſeqq.* Verùm hæc nihil faciunt ad minuendum aut tollendum jus Epiſcopi excluſivum in ſua diœceſi Pontificalia exercendi, cùm ipſe id agere vult & poteſt.

Cùm ab his ad illud demum dilabimur quod ad *recuperationem libertatis*, per Decretales Iſidori contaminatæ, potiſſimùm pertinet, audimus Zaccariam *pag.* 246. dicentem: „ Quum „ Apoſtolica Sedes, atque adeo Eccleſia univerſa Jus *Pſeudo-* „ *Iſidorianum* ex divina legum ferendarum ſibi credita pote- „ ſtate cooptaverit, improbare illud nequeunt Epiſcopi, quin „ cathedram adverſùs cathedram erigant, atque à cathedra „ Petri ſe ſe tandem divellant. “ Egregia Hercle ratiocinatio! Miſeram omnino Eccleſiam! quæ in receptis per errorem diſciplinæ nævis perpetuò debebit hærere, neque ex his niſi per conſenſum Rom. Pontificis (qui ipſo noſtro Ex-Jeſuita fatente & probante, Jus Iſidorianum ſemper tuebitur) extricare ſe poterit. Aliter cogitabant tot particulares & inſignes Eccleſiæ, quæ noviſſimis temporibus Bullam Cœnæ & Regulas Cancellariæ abrogarunt, Romanis appellationibus fines poſuerunt, exemptiones Regularium ſuſtulerunt &c. Attamen (ſic ille *ibid.* quid hoc eſt niſi ſchiſmati viam, eámque latiſſimam pandere? Vehementer iterum hic fallit aut fallitur declamator noſter: Eccleſiæ, quæ ea quæ jam ennarravimus bona ſtatuerunt, nihil minùs fecerunt quam ſchiſma cum Eccleſia Romana; ſi autem ipſe putat hanc tale procuraturum, peræque graviter errat, neque Romam noſſe videtur, qui in ipſa Roma moratur.

II

Digitized by Google

II.

Alterum quod pro aſſerenda Eccleſiarum libertate Febronius propoſuit, quódque Zaccaria *Diſſert. XI. Cap.* 2. oppugnat, eſt jus Epiſcoporum, Conſtitutiones RR. Pontificum, antequam publicentur, examinandi, & eas pro re natâ retinendi. Ut explicatiùs hac de quæſtione agamus, in partes eam ſecabimus. *PRIMA* reſpicit bullas & diplomata Pontificia in cauſis *privatorum* emanantia; hæc fatetur & agnoſcit adverſarius juxta Canones Concilii Provincialis Colonienſis, nec non Lugdunenſis ſub Gregorio X. à Febronio *Tom. II. pag.* 584. memoratos, examini, diſcuſſioni & retentioni Epiſcoporum ſubjici. *ALTERA* eſt de *Bullis Dogmaticis.* De his, ait ille, ſe alibi diſſeruiſſe: nempe quòd Epiſcopi de eis certâ ratione judicare poſſint, *attamen abſque diſſentiendi facultate.* Quàm abſona & contradictoria ſit hæc aſſertio, nos opportuno loco monſtravimus, nec opus eſt jam dictis plura addere; addemus tamen pauca ex Antonii Pereria Theologi Oliſiponenſis Defenſione Tentaminis Theologici de Auctoritate Epiſcoporum tempore ſciſſuræ Oliſipone ex typograhia regia an. 1770. In ea ille *pag.* 80. „ S. Columbanus Bobienſis Abbas ad Papam Bonifacium Tom. XII. Biblioth. Patrum pag. 30. ſcripſit: *Tamdiu poteſtas apud vos erit, quamdiu recta ratio permanſerit. Ille enim certus regni cœleſtis clavicularius eſt, qui dignis per veram ſententiam aperit, & indignis claudit.* Hanc Columbani Epiſtolam Boſſuetus Lib. XIV. Cap. 25. cæteris monumentis adjungit, quibus probaretur, *viris ſanctis bonisque fraudi non fuiſſe, quòd Romani Pontificis recta etiam ſententiis pronuntiato non ſtatim adhæſerint, antequam ſcilicet Catholicæ Eccleſiæ auctoritas acceſſiſſet.* Et Capiti ipſi XXV. hoc argumentum aſſignavit: *Bonifacius III. ſeu IV. eâdem cauſâ ſancto Columbano Presbytero ſuſpectus.* Baluzius verò in Notis ad Cypriani Epiſtolam LXXIII. poſtquam ex Columbano retuliſſet eandem illam ſententiam, *Tamdiu poteſtas apud vos erit &c.* hæc continuò adjunxit:

Digitized by Google

„ *Hæc inſinuanda ſunt Romanis. Multi enim Romani Pontifi-*
„ *ces ab hac regula diſceſſerunt.* “

„ Profectò ſi quæcunque Eccleſiaſtici Antiſtites docent
„ ac præcipiunt, cœco quodam impetu amplectenda & ſe-
„ quenda eſſent: non hæc, dum de tempore celebrandi Pa-
„ Paſchatis controverſia moveretur, in Decretum Victoris
„ Rom. Pontificis ſcriberet Polycrates Epheſinus, quæ apud
„ Euſebium Lib V. Cap. 24. legimus: *Quinque & ſexaginta*
„ *annos natus, nihil moveor iis, quæ nobis ad formidinem in-*
„ *tentantur. Qui enim majores me ſunt, dixerunt; Obedire*
„ *oportet Deo magis quàm hominibus.* Non ſcriberet Grego-
„ rius M, quæ à Gratiano memorantur Cauſa II. Quæſt. 7.
„ *Admonendi ſunt ſubditi, ne plus quàm expedit ſint ſubjecti; ne*
„ *dum ſtudent plus quàm neceſſe eſt hominibus ſubjici, compellan-*
„ *tur eorum vitia venerari.* Non hæc ſcriberet Auxilius Pres-
„ byter ſæculo X. quæ in Dialogo *Infenſor & Defenſor* inſcrip-
„ to leguntur Cap. XIV. *Quòd aliud ſunt Pontificales Sedes,*
„ *aliud Præſidentes: Quòd honor & dignitas uniuscujusque Se-*
„ *dis regulariter obſervanda ſunt: Præſidentes autem ſi obviave-*
„ *rint, per devia ſequendi non ſunt; hoc eſt ſi contra fidem, vel*
„ *Catholicam Religionem jubere cœperunt.* Non hæc ſcriberet
„ Gratianus, quæ ad Cap. 1. Diſt. XIX. ſatis obvia & aperta
„ ſunt in Decreto. Cùm enim multa ibi de Pontificiarum
„ Sanctionum auctoritate, déque obedientia illis exhibenda
„ eſſet locutus in hunc modum proſequitur: *Hoc autem intel-*
„ *ligendum eſt de illis Sanctionibus vel Decretalibus Epiſtolis, in*
„ *quibus non præcedentium Patrum Decretis, nec Evangelicis*
„ *præceptis aliquid contrarium invenitur.* “

„ Non hæc ſcriberet Joannes Gerſon, quæ leguntur in
„ Tractatu de Statu Prælatorum Conſid. IV. Tom. II. pag. 532.
„ *Status Epiſcopalis ſubeſt rationabili voluntati Papæ ad utilita-*
„ *tem Eccleſiæ ùt dictum eſt. Hæc autem rationabilitas videtur*
„ *attendenda ſeu regulanda maximè per determinationes Conci-*

„ *liorum*

„ *liorum Generalium, præſertim jam factas de conſenſu & aucto-*
„ *ritate ſummorum Pontificum.* Non denique hæc ſcriberet
„ Jll. Boſſuetus Lib. I. Cap. 1. *Quid ſi quis jam dixerit, eo quòd*
„ *Romano Pontifici jure divino ab omnibus obedientia vera debe-*
„ *ri fide Catholica credatur; quidquid ille ſcripſerit, edixerit,*
„ *juſſerit, quocumque in negotio, in jure, in facto, in Eccleſia,*
„ *in Republica, nihil niſi obediendum eſſe; neque umquam obripi*
„ *poſſe, aut mala ſuaderi occupatiſſimo licèt; ſed ſtandum ubi-*
„ *que jubentis voluntati, in eóque verum repoſitam eſſe pietatem.*
„ *Inſaniet. inquis certè. Ergo illi obedientiæ tam juſtæ, tam*
„ *neceſſariæ, ſua quoque adhibenda cautio eſt. Quænam illa ſit,*
„ *quouſque pateat, quid Concilia, quid Canones, quid ipſi Ro-*
„ *mani Pontifices, quid denique Scriptura; & Scripturæ inter-*
„ *pres Traditio poſcat, quoniam ambigua res eſt, pacificè &*
„ *amicè quærere; non ſtatim omnia clamoribus miſcere nos de-*
„ *ceat.* “

„ Et rurſus Lib. III. Cap. 10. *Obedire certè Rom. Pontifici*
„ *dicebas neceſſarium cum hac cautione, niſi contra divina præ-*
„ *cepta, contra Canones ſummè neceſſarios, contra publicam Ec-*
„ *cleſiæ tranquillitatem aliquid edixerit. At quantò æquior erit*
„ *excuſatio, ſi contra ipſam fidem? At enim id poſſibile non eſt.*
„ *Aſſertionem tuam audio probationes requiro: volvis nos in cir-*
„ *culum uno verbo, principium petis. Papæ obediendum eſt in*
„ *fidei negotio, quia eſt infallibilis: infallibilis eſt, quia obedien-*
„ *dum ei eſt in fidei negotio. Nos clarè, Decreta ejus de fide*
„ *eandem ac reliqua, habere exceptionem; nempe hanc, niſi con-*
„ *tra Dei leges ac Traditionem edixerit.* “

TERTIA pars quæſtionis de examine & retentione Apoſtolicarum Litterarum eas reſpicit, quæ ad *Diſciplinam* pertinent. Duplici fine earundem examen ab Epiſcopis poteſt inſtitui: primùm: an expediat in ſingulari aliqua Eccleſia Pontificiam quampiam Conſtitutionem evulgare? Hanc, inquit Zaccaria *pag.* 267. nemo Epiſcopis negaverit, Alterum exa-

Digitized by Google

men; quod eſt circa Pontificiæ Conſtitutionis æquitatem & ſanctitatem, ille Epiſcopis omnino denegat; nos illud eis vindicavimus *Diſſert VI. Cap.* 1. *n.* 4. Hic modò addimus ſeu breviter repetimus quæ ex graviſſimis jàm laudatis ſcrìptoribus retulimus, ad res Diſciplinæ non minùs quàm Fidei pertinentia, & examen Epiſcopale Litterarum Apoſtolicarum indicantia, imò poſtulantia. Sic S. Columbanus de durante Pontificis poteſtate loquens *quamdiu ait recta ratio permanſerit, & veram ſententiam* Papa protulerit: S. Gregorius M. de non præſtanda obedientia, Superioribus *qui vitioſa imperant:* Auxilius de Pontificibus *in devia aberrantibus, contra fidem & Catholicam Religionem jubentibus*: Gratianus de *Decretalibus Epiſtolis, quæ Patrum Decretis & Evangelicis præceptis contrariantur:* Gerſon de ſubjectione Epiſcoporum *voluntati Papæ rationabili* tantùm, & *Canonibus Conciliorum generalium conformi*: Boſſuetus, in Pontificum Edictis prævié inquirendum, *quid Scriptura, quid Traditio, quid Canones poſcant. Decreta Pontificum hanc habere exceptionem niſi contra Dei leges ac Traditionem edixerint.*

III.

His ſuccedunt quædam Adverſarii criſes in ulteriora à Febronio propoſita media ſervandæ Eccleſiaſticæ Libertatis; ſed quæ vix aliquas & ulteriores merentur noſtra ex parte animadverſiones. Sic cùm noſter Auctor hunc in finem etiam propoſuiſſet *aptam inſtructionem populi*, Zaccaria *Diſſert. XI. Cap.* 3. ei opponit Epiſcoporum Paſtoralem, quam anno 1770. occaſione publicationis Jubilæi evulgavit Epiſcopus *Tricaſtinus* adverſùs ſimilem Epiſtolam Epiſcpi *Sueſſionenſis*, in qua ille Collegas Galliarum Epiſcopos monuerat, ut de quatuor celeberrimæ Declarationis an. 1682. articulis fideles ſegniter inſtruendos curarent. In hoc negotio ſunt duo extrema: ſcilicet *nimium*, & *non ſatis.* Locutus eſt Febronius de *apta* inſtructione populi; in qua hæc conſiſtat, non definivit. Nos

circa

circa illam obſervamus ſequentia: 1.) Omnibus animarum Curatoribus cavendum eſſe, ne populis circa Rom. Pontificis authoritatem inſinuentur principia quæ *num. præced.* vidimus à Boſſueto meritò Boſſueto meritò exploſa. 2.) Hunc ipſum Boſſuetum Epiſcoporum Galliæ Sydus, vidimus ſuprà *Differt. I. Cap. 4. n. 12. cùm id temporum & rerum circumſtantiæ poſtularent*, etiam è publica cathedra populos adverſùs nimietates Romanæ Curiæ erudientem & munientem. 3.) Scimus, edicto regio omnibus Galliæ Univerſitatibus & Academiis mandatum eſſe, ut in eis laudatæ IV. Propoſitiones, Eccleſiaſticarum Libertatum vindices ac tutrices, ſingulis annis doceantur & publicè defendantur. 4.) Nemo ignorat, Procuratores & Advocatos regios, quotiescunque ſive per Pontificias Bullas, ſive per editos libros in Libertates Eccleſiæ Gallicanæ impingitur, illico inſurgere, eos Curiis regiis denuntiare, illósque ab his non ſolùm proſcribi, ſed & præclaras eorundem Advocatorum poſtulationes (*Requiſitoirs*) debitis munitas momentis, & his conformia Parlâmentorum arreſta ad omnium notitiam publico dari; idque haud infrequenter. Talia aliis Nationibus dare pro exemplo, imò ſuadere, non eſt, uti adverſarius per calumniam contendit, Apoſtolicam Sedem contemptui tradere, ſed eam monere, ut ab infundatis ſuis prætenſionibus abſtineat. Plura his non addimus; illud tamen ſilendum minimè: in eodem, quod ille profert & Febronianæ doctrinæ ſiniſtrè applicat Tricaſtinenſis Epiſcopi Paſtorali Mandato *pag.* 283. notum illud Opus *Defenſio Declarationis Cleri Gallicani* Boſſueto tribui, quod hactenus Ex-Jeſuita perperam negaverat. Idem non multò pòſt, ſcilicet *pag.* 300. agnoſcit *Ballerinius*, unus ex præcipuis Zaccariæ heroibus.

Totum Caput quartum adverſariæ Diſſertationis XI. declamatorium eſt, nihil ſolidi argumenti exhibens adverſùs ea, quæ in prioribus tribus Febronii Voluminibus, præſertim in tertio, quem Jeſuita nondum viderat, à pag. 114. ad pag. 149. diſputata, & pluribus graviſſimis auctoritatibus probata ſunt,

ſunt, ſcilicet 1.) licèt Papæ competat jus generale Concilium convocandi, hanc tamen regulam plures exceptiones pati. 2.) Concilium debere omni ex parte eſſe liberum. 3). Caſu quo Pontifex Concilio præſidere renuat, poſſe alium à Synodo Præſidem deputari. 4.) Tali Synodo cæterà ordinatè procedenti Papam ſubjici. Hic audio Adverſarium *pag.* 289. ingerentem: „ Pontiféxne ſibi perſuadeàt, non hic de juribus „ ſuis divinis, ſed de meris prætenſionibus agi? Quid ſi con„ trà infringi jura divina *certus ſit.*, meráſque eſſe prætenſio„ nes, quas qui Concilium ſupra Pontificem extollunt, in „ medium adferunt? nec Concilium cogi velit, niſi antea ſe „ Pontificis poteſtati obnoxios fore Epiſcopi polliceantur? " In admiranda hac Jeſuitica certitudine quis ſibi polliceatur à tali Concilio, minimè libero, reformationem Romanorum abuſuum? Igitur cùm illos in perpetuum tolerare Eccleſiæ haud teneantur, ad promptiora recurrendum eſt, quibus Catholicæ Nationes nuper uſæ ſunt ad abrogandas Regulas Cancellariæ, Appellationes Romanas, Exemptiones Regularium &c. Si autem hæc potuerunt ſæculares Poteſtates quare id ſub earundem Poteſtatum præſidio & tutela non valebunt Synodi Nationales.

Quintum & ultimum Caput Zaccarianæ Diſſertationis XI. tractat de Pontificia Excommunicatione. Quæ Febronius tradidit de excommunicatione *injuſta & nulla*, ea ille de *omnibus* Romanis cenſuris non metuendis Auctori noſtro per ſummam calumniam affingit. Conſulat interim æquior Lector ea etiam quæ adverſario nondum viſa, à nobis hac de materia porro notata ſunt *Tom. III. pag.* 185. *ſeqq.* 203. *&* 216. *Tom. IV. Diſſ. VI. Cap.* 1. *n.* 11. *ſeqq.* Quibus unum illud addimus ex Gerſonii Diſcuſſione illius aſſertionis: *Sententia Paſtoris etiam injuſta timenda eſt & tenenda Opp. Tom. II. col.* 425. „ Stat, aliquas ſententias Paſtoris vel Papæ non eſſe tenendas, „ imò nec timendas, veluti errorem intolerabilem; & hoc „ multipliciter poteſt venire; cùm Paſtor . . . . imò Papa . . . .

„ poſſit

Digitized by Google

„ poſſit abuti ſuâ pόteſtate, v. gr. ſi ſententiet *in præjudicium*
„ *juſtæ libertatis* . . . . . ùt ſi excommunicare velit illos,
„ qui ſuo Regi & ſuis edictis rationabilibus obediunt. Nota-
„ vit hæc Innocentius . . . . & habetur fundamentaliter ex
„ infallibili lege divina & naturali. "

IV.

Pergit Zaccaria totâ ſuâ Diſſertatione XII. reliqua, ùt ipſe ait, *Febroniana adminicula* ad reſtituendam Eccleſiaſticam Libertatem exagitare. Et quidem Capite I. de deſiderata hunc in finem *ſæcularium Principum protectione* agens; nihil, inquit, Principibus in cauſis Dei relictum præter obſequii gloriam: Nulla penes Principes ſpiritualis authoritas eſt, ſiquidem ligandi & ſolvendi poteſtatem, & paſcendarum ovium curam Petro præcipuè & Apoſtolis Chriſtus commiſerit: Non poſſunt Reges judicare vel ſtatuere de rebus Eccleſiaſticis, ſed tantùm in executionem Eccleſiaſticarum legum coërcere ſuâ auctoritate debent eos, qui Sacerdotio minimè parent: Eis *Defenſio*, non *Cuſtodia* Canonum demandata eſt; itaque tueri Diſciplinam Eccleſiaſticam debent, non reformare; at in Cuſtodia Canonum veros à falſis ſecernere Eccleſiæ eſt, non Principum &c.

Omnibus his poſtulatis bonus Jeſuita aërem verberat, extra rhombum ſaltat. Debent certè Principes ſæculi tutelam & defenſionem ſacris Canonibus, Eccleſiæ univerſali, Eccleſiæ Romanæ; debent eam non minùs particularibus ſuorum regnorum Eccleſiis & Clero ſibi ſubjecto. *Manus Regia murus eſt Eccleſiæ, pax Clericorum, ſalus populi, vita vaſallorum, caput ſubditorum, tutor Reipublicæ, propugnaculum & præſidium Chriſtianæ Religionis*: ita Salgado de Protectione Regia. *Præludio II. n.* 77. Innumera in Hiſtoria Eccleſiaſtica proſtant exempla, quibus apparet, ipſam Eccleſiam etiam purioribus ſæculis facto oſtendiſſe, Clericis jus eſſe recurrendi ad Prin-

Digitized by Google

cipes adverſùs Superiorum Eccleſiaſticorum gravamina. Rectè jam laudatus Salgado *Prælud. III. n.* 91. *ſeqq.* „ A temporali jurisdictione deducta fuit exemptio Clericorum, . . „ . . . quæ inducta fuit ad utilitatem Cleri & Eccleſiæ, non „ ad ejus ruinam, damnum & detrimentum; prout contingeret, ſi per violentias gravatus & vi oppreſſus à Judicibus „ (*Superioribus*) Eccleſiaſticis non haberet recurſum ad Regem & Principem temporalem, ad cujus exhibitionem tenetur jure naturali & divino, quod *inviolabile* eſt. " His concordat quod ſcripſit Cævallos *de Cognitione per viam violentiæ Tom. I. Gloſſa* 6. *n.* 61. *pag.* 84. nempe: „ Fortior & „ potentior eſt defenſio naturalis (vim vi repellendo) quàm „ Clericorum exemptio, de jure poſitivo vel divino introducta: quia Jus Divinum nunquam tollit Jus Naturale: Unde „ ſi concurrat exemptio Clericorum cum defenſione naturali „ ipſorum, & non poſſit utrumque ſervari; debet Jus Naturale prævalere, & defenſio eſt facienda, licèt utendo terminis defenſionis Jus Pontificium & Clericorum exemptio „ violetur. " Solidas has doctrinas Hiſpanorum juvat firmare & illuſtrare Gabrielis Pereiræ Luſitani Tractatu *de Manu Regia Prælud. I. num.* 6. 7. ita ſcribentis: „ Manu regiâ duo „ jura univerſalia diſpenſantur, quibus Regia Majeſtas præfulget: jurisdictionis & protectionis: primum in proprios ſubditos exercetur, modò contentioſè, modò voluntariè: ſecundum etiam in non ſubditos dirigitur, quos tanquam „ Reipublicæ membra Princeps protegit, defendit, & à quacunque injuria tuetur, quando ejus auxilium imploratur; „ hæc extrajudicialis eſt, quæ defenſioni ſoli incumbit, & „ etiam non ſubditis convenit, prout in omnibus violentis „ inter Eccleſiaſticos commiſſis. Hoc namque Reges habent „ magnificum, quod nulla rapiet dies, prodeſſe miſeris, ſupplicèsque fido lare protegere . . . . . Nec dum opitulatur „ oppreſſis, contra Eccleſiaſticam libertatem agit, imò pro „ ipſa, quia præ oculis habet noſter Princeps invictiſſimus „ Eccleſiarum decorem & honorem. "

Porro

Porro violentiarum, in ordine ad impetrandam manum ſeu protectionem Regiam, quatuor ſpecies enumerat Cevallos *Tom. I. Gloſſ. 5. n. 1. ſeqq.* ſcilicet 1.) Violentia ablativa; quando aliquid accipitur per vim: 2.) Expulſiva, cùm aliquis expellit alium è re ſua, quam juſto poſſidet titulo: 3.) Turbativa, quando quis perturbat aliquem in ſua poſſeſſione: 4.) Compulſiva, ſi quis compellit alterum ad relinquendam rem; quam juſto titulo poſſidebat. Quòd & qualiter hæ violentiarum ſpecies poſſint & debeant applicari legitims juribus, quibus Epiſcopi Occidentis à Romanis Pontificibus ſucceſſivè exuti fuerunt, latiùs expoſitum eſt *Tom. II. Febr. pag.* 98. *ſeq.* 103. *ſeqq.* Iis quæ ibidem tradita ſunt, juvat modò pro exemplo addere ſequentia: 1.) Epiſcopi de jure ſunt omnium Eccleſiaſticorum officiorum ſuæ diœceſis nati collatores. Sæculo XII. cœpere RR. Pontifices illos in hujus juris poſſeſſione per varias reſervationes turbare, & per ſucceſſivas harum multiplicationes, duas ſaltem collationum tertias ſibi appropriare. *Tom. I. Febr. pag.* 561. 2.) Qui olim beneficia obtinebant: ab omni Annatarum præſtatione erant liberi; poſtquam Pontifices plurimam partem beneficiorum ſuæ collatoni reſervaſſent, eos, quibus providebant, per retentionem bullarum & aliis mediis coëgerunt, ut unius anni fructus illis ſolverent. *cit. Tom. I. pag.* 571. *ſeqq.* 3.) Ante ſæculum XIII. Ordinarii erant in legitima poſſeſſione plenariæ jurisdictionis Eccleſiaſticæ in Regulares; hanc eis deinde abſtulere Pontifices. *eod. Tom. I. pag.* 601. *ſeqq.* 4.) Appellationes ad Romanam Curiam non fuerunt in uſu ante receptionem falſarum Decretalium. *Tom. II. Febr. pag.* 443. Hanc ſervitutem populis contra nativam libertatem Romani ſeriùs impoſuerunt &c.

Sempérne & ſine remedio Principes ſui Cleri tutores & defenſores has violentias tolerârunt? Minimè gentium. Recentiora quædam exempla Regiæ protectionis adverſùs has ſimiléſque ablativas, turbativas, compulſivas & expulſivas violentias damus ſequentia: *a*) Ante tres quatuórve annos Rex

Rr 2 utrius-

Digitized by Google

utriusque Siciliæ & Sereniſſima Reſp. Veneta Regulas Cancellariæ abrogarunt, collationes Epiſcopis & aliis legitimis collatoribus reſtituendo. Taceo antiquiores adverſus Pontificias reſervationes Nationum oppoſitiones Hiſpanorum, Gallorum, Germanorum, Anglorum, de quibus videri poteſt clar. Barthel *Diſſert. I. de Concord. Germ. Cap.* 2. *Sect.* 5. *b*) Dux Parmenſis Infans Hiſpaniæ, precibus ſuorum ſubditorum inclinatus anno 1768, publico edicto prohibuit, ne ulla cauſa Eccleſiaſtica ſine prævio ſpeciali ſuo regio aſſenſu & obtentâ veniâ in appellatorio extra provincias ſuorum ſtatuum, ſignanter Romam deportetur. *c*) Ampliſſimus Senatus Sereniſſ. Reip. Venetæ ſuſtulit omnes Regularium exemptiones. Idem ſe facturam minata eſt Auguſtiſſima Romanorum Imperatrix Regina Hungariæ Maria Thereſia. *d*) Annatæ ſæpius fuere prohibitæ, ſignanter in Sanctione Pragmatica; eas omni die à Principibus Sæcularibus interdici poſſe, *Tom. III. Febr. pag.* 238. monſtratum eſt &c.

Videor mihi hic audire noſtrum Ex-Jeſuitam & ſocios ejus opponentes, eas, quas mox indicavimus Epochas Romanarum appellationum, reſervationum & exemptionum non eſſe juſtas, cùm & ante illas nonnulla harum exempla inveniantur. Bene eſt: eò certior erit uſus noſtri remedii, *Regiæ* ſcilicet *manûs*, cui propriè non datur locus ob leve, remotum aut incidens tertii præjudicium, ſed tum quando damnum aliquod publicum & generale Reipublicæ ſive Eccleſiaſticæ ſive ſæcularis enaſcitur, quemadmodum demum evenit per ſeriùs inductas *generales* illas reſervationes, quibus præviæ *ſingulares* quaſi viam paraverant. Aptè in hanc rem Salgado *cit. Tract. Part. I. Cap.* 7. *n.* 62. „ Præjudicium juris tertii eſt „ cauſa legitima, ut Senatus Regius queat licitè litteras Apoſtolicas retinere; eo ſcilicet caſu, quando ex earum executione violentia inducitur . . . . . ita tamen ut non procedat hæc litterarum retentio ex quolibet levi, remoto aut incidente tertii præjudicio, ſed tantùm quando ex earum exe„ cutione,

„ cutione, contra privatum intentatâ, infertur atque conſecu-
„ tivè inducitur damnum aliquod publicum, cederéve poteſt
„ in detrimentum Reip. Eccleſiaſticæ aut temporalis; tunc ve-
„ rificabitur in præjudicio juris tertii lædente jus naturale;
„ quoniam illud omne quod in legem naturalem aut divinam
„ committitur, violentia eſt. "

Gravius videri poſſet quod Zaccaria *pag.* 317. *& ſeqq.* objicit, ſic à ſæcularibus manum poni ſuper altare; addens *pag.* 333. pudendum eſſe Febronio, quod à Principibus petat, ut Eccleſiaſticam diſciplinam reforment ii, quibus non niſi illius tutela commiſſa eſt. Verùm non noſcit vir ille vim & naturam remedii de quo hic agitur. De eo ità Cævallos *cit. Tom. I. Gloſſa 6. pag.* 86. „ In cognitione per viam violentiæ nul-
„ la eſt intromiſſio in Eccleſiam, ſed defenſio ipſius, charita-
„ tivum ſubſidinm Eccleſiaſticorum & vi oppreſſorum: & aliàs
„ tam ipſi, quàm tota Reſp. plurima damna pateretur, prout
„ experientia rerum magiſtra docet, & vetuſtas hujus antiquæ
„ cognitionis ſuadet. " Idem dixerat antè *pag.* 78. „ Judex
„ Regius in articulo violentiæ non cognoſcit de juſtitia cauſæ
„ principalis, neque habet jurisdictionem directè neque indi-
„ rectè, principaliter neque acceſſoriè, niſi in ordine ad tol-
„ lendam vim, quæ aliter tolli non poteſt. " Huic concor-
„ dat Salgado *Prælud. V. num.* 3co. ubi: „ Jura prohibentia
„ laicis, ne de Clericis cognoſcant, loquuntur de cognitio-
„ ne judiciali & jurisdictionali, quod veriſſimum eſt, non
„ tamen de defenſione naturali & protectione vi oppreſſorum
„ abſque umbra jurisdictionis, cujus cognitio ex materia &
„ forma extrajudicialis eſt. "

Nihil adverſùm hæc principia Juris naturalis poſſunt Bulla Cœnæ (etiamſi ea adhuc ſubſiſteret) & quæcunque prohibitiones Pontificnm; quoniam, ùt notavit Cævallos *Gloſſ. VI. n.* 43. *pag.* 75. etiamſi Pontifex expreſſè Regibus imperaſſet, ut non cognoſceretur per viam violentiæ per Senatum regium

in caſibus in quibus de jure licitè & rectè cognoſcere poſſunt; non tenerentur dictis mandatis obtemperare. Cui addit Pereira *de manu Regia Cap. X. n.* 5. caſu, quo recurrens ad Principem in caſu violentiæ excommunicaretur, iterum & de novo uſurpari Regiam jurisdictionem; addit: neque talem poſſe excommunicari quòd frivolè videatur ſupplicaſſe, vel quòd non obtinuerit in ſupplicatione; dummodo cauſa talis qualitatis ſit, ut propter violentiam ejus cognitio ad tribunal regium pertineat. Ex his principiis venit reſolvenda cauſa Ducis Parmæ & Placentiæ & Miniſterii ejus, de qua *Tom. II. Febr. à pag.* 446. *ad.* 458.

Si, inquit Zaccaria *pag.* 334. à tot ſæculis Eccleſia Iſidorianos Canones ùt veros adoptavit, ſuâque legum condendarum poteſtate munivit, quò jure Principes antiquam Diſciplinam revocabunt? Antè, ſc. *pag.* 333. idem dixerat, falli Febronium, dum Principibus *Cuſtodiam* Canonum attribuit, ſolam illorum *Defenſionem* eis competere. Verùm 1.) fallitur Jeſuita ipſe, ſi credat Eccleſiam Iſidorianos adoptaſſe Canones; tolerat illa pro tempore errores diſciplinæ, & ipſiſsmet circa hanc vitia Romanæ Curiæ, ſed ſemper ad emendandum diſpoſita, utprimùm remotis obſtaculis occaſionem nacta fuerit. 2.) Si eadem Curia hactenus talibus innixa erroribus pergat injuriam & violentiam inferre eis, quos jure Patronatûs & Collationis ſpoliat, quos ex remotiſſimis Occidentis partibus Romam ad litigandum venire compellit; quos ibidem ingentes pecuniarum ſummas pro redemptione Bullarum ſolvere cogit; quibus nativam in proprios diœceſanos jurisdictionem aufert &c. non tenetur eapropter nec poteſt Princeps ſuos ſubditos adverſùs hæc & ſimilia gravamina genuino juri contraria indefenſos relinquere. 3.) Principes ſic oppreſſis manum Regiam porrigentes, & per hoc (uti ſuprà ex Pereira vidimus) pro Eccleſiaſtica libertate ſeriò agentes, illud tandem efficient, ut genuinis Canonibus ſuum decus & uſum reſtituant, Româ ipſâ volente, nolente. 4.) Si multo tempore illa tolerata

ſunt

ſunt, non eò minùs gravare pergunt, & omni datâ occaſione emendanda ſunt, quia communi publicóque abuſui nunquam præſcribitur. 5.) Non *Defenſio* ſolùm ſed & *Cuſtodia* Canonum ad Catholicorum Principum jus & officium pertinet. Juſtinianus Imp. Novellâ 137. Cap. 1. *Si leges civiles*, inquit, *quarum poteſtatem nobis Deus pro ſuâ in homines benignitate credidit, firmas ab omnibus cuſtodiri ad obedientium ſecuritatem ſtudemus, quantò plus ſtudii adhibere debemus circa ſacrorum Canonum & divinarum legum CUSTODIAM, quæ ſuper ſalute noſtrarum animarum definitæ ſunt.* Reges à Chriſto *Cuſtodiæ* Canonum præfectos, tradit de Marca *Lib. IV. Cap. 6. n.* 2. Adverſarius ipſe *pag.* 370. refert & adoptat locum ex Zallweinio, in quo Salisburgenſis Doctor docet, „ quòd provocationes ad Imperatores revera in uſu primitivæ Eccleſiæ fuerint, „ non ut ipſi forent *judices* in cauſis Eccleſiaſticis, ſed ut quà „ *Executores & CUSTODES Canonum* ſuam auctoritatem interponerent. " Plura mitto.

V.

Remedio de Regia Protectione affine eſt illud *Appellationis ab abuſu*; imò hæc illius noſcitur eſſe filia. Adverſùs hoc remedium diſputat Zaccaria *Diſſert. XII. Cap.* 3. vanis certè ratiociniis: Canonibus, inquit, vetitum eſt, ne contra Epiſcopale judicium & inconſultis Sacerdotibus liceat ſæcularia judicia expetere: Ante tria adhuc ſæcula has appellationes in Gallia nondum fuiſſe receptas: Concilium Tridentinum *Seſſ. XXV. Cap.* 3. eis reſiſtere &c. Non hic ex condicto diſſeram de hac materia, quam primarii Galliæ JCti funditùs excuſſerunt; pauca ſolùm referam ex Petri de Marca *Lib. IV. Cap.* 1. *n.* 1. „ Quia condendæ legis auctoritas non in ſola *pro-* „ *mulgatione* verſatur, ſed in rerum conſtitutarum *executione*, „ quæ eſt id quod ultimum in juriſdictione, vocant Juriſconſulti „ hinc fit; ut quæ pro tuitione Eccleſiaſticæ Diſciplinæ leges fe- „ runtur,

Digitized by Google

„ runtur, executioni mandari debeant ab Epiſcopis, vel etiam ali-
„ quando à Principibus, aut à Magiſtratibus, quibus auctoritatem
„ ſuam ipſi delegaverint. Id hodie apud nos in foro ſolenni-
„ bus quibusdam formulis expeditur, quæ *Appellationes tan-*
„ *quam abuſu* vulgò dicuntur: adverſùs quas *imperitiores re-*
„ *rum noſtrarum* de novitate præſcribunt, ac ſi res ipſa anti-
„ quiori origine non cenſeretur quàm iſtud forenſe vocabu-
„ lum; cùm tamen æquis rerum æſtimatoribus facilè perſua-
„ deri poſſit rem ipſam, id eſt, tuitionis Eccleſiaſticæ execu-
„ tionem, iisdem initiis cum Regia poteſtate in Eccleſia Chri-
„ ſtiana coaluiſſe. Quod eo ordine à nobis demonſtrabitur,
„ ut primò doceatur quibus finibus auctoritas illa apud anti-
„ quos Principes Romanos, quorum pietas commendatur,
„ olim coërcita fuerit, deinde quid eo jure ad Galliarum Re-
„ ges usque ad hæc noſtra tempora derivatum fuerit . . . . .
„ Quare quæ à me in hoc negotio proferentur, ùt fidei rei
„ geſtæ narratione conſtabunt ita non aliò tendent, quàm
„ ut demonſtretur, uſum fori non omnino alienum eſſe à priſ-
„ ca Diſciplina & à majorum noſtrorum ſenſu, ſi intra debi-
„ tos fines contineatur. "

Audiſti, Pater Zaccaria, rerum Gallicarum *imperitiores* cenſeri qui *Appellationes ab abuſu* novitatis arguunt; in horum claſſe cùm ipſe verſeris, non debebas te immiſcere rei, cujus minimè capax æſtimaris. Idem argumentum laudatus illuſtriſſimus Præſul toto Libro IV. proſequitur, in quo, cui vacat, animum ad ſatietatem paſcere poterit. Hic ſolùm, quod ex Trid. *Seſſ. XXV. Cap.* 3. adverſarius tanquam plauſibile aliquid & convincens adduxit, interpretabor ex viri doctiſſimi Hieronimi de Cævallos Tractatu *de Cognitione per viam violentiæ*, cujus hæc ſunt verba in Prologo ad Regem Catholicum *num.* 178. „ Huic reſolutioni non obſtat decretum S.
„ Concilii Trid. Cap. 3. Seſſ. 25. in his verbis: *Nefas ſæcu-*
„ *lari Magiſtratui, prohibere Eccleſiaſtico judici, ne quem ex-*
„ *communicet*, & ibi: *cùm non ad ſæculares ſed ad Eccleſiaſticos*
„ hæc

„ *hæc cognitio pertineat.* Ubi conſtituitur non licere judici
„ ſæculari prohibere, ne Eccleſiaſticus judex quemquam ex-
„ communicet; quia hujusmodi cognitio non ad ſæcularem,
„ ſed ad Eccleſiaſticum judicem ſpectat. Nam ùt ex verbis
„ clarè conſpicitur, in eos ſolùm fulminat, qui injuſtè juris-
„ dictionem Eccleſiaſticam retardant, aut Eccleſiaſticos
„ judices ab excommunicando cohibent in caſibus qui-
„ bus de jure permittitur, ita ut ſermo ſit de cognitio-
„ ne principali cauſæ Eccleſiaſticæ, quæ directè ad ju-
„ dicem Eccleaſticum attinet, ex alio decreto ejusdem
„ Concilii *Cap.* 20. *Seſſ. XXV. de Ref.* in verbis: *immu-*
„ *nitatem & jurisdictionem impediunt.* At in his caſibus nihil
„ per te (Rex) aut per tuos Magiſtratus agitur, niſi ſolùm
„ per viam violentiæ & extraordinariæ cognitionis intactis me-
„ ritis cauſæ principalis, principaliter aut acceſſoriè jurisdi-
„ ctione Eccleſiaſticâ nullatenus violatâ. Sic decretum illud
„ viri doctiſſimi interpretantur . . . . . Quia verba illa, *Vio-*
„ *lare jurisdictionem Eccleſiaſticam*, adoptari nequeunt ad cog-
„ nitionem per violentiam, in caſibus à jure permiſſis. Imò &
„ illam probare videtur præfatum Concilium *Cap. Seſſ.*20.*XXV.*
„ *de Immunitate Eccleſiæ*, ubi Reges ac Principes alloquens,
„ illis facultatem hanc tollendi violentias videtur impertiri il-
„ lis verbis: *Qui res Eccleſiæ ſuâ imprimis authoritate ac muni-*
„ *ficentiâ auxerunt, nedum ab aliorum injuriâ vindicarunt &c.*“

Refert deinde idem Auctor & convenientibus auctoritatibus probat *l. cit. num.* 186. *ſeqq.* uſum hujus remedii in Hiſpania, Luſitania, Ducatu Burgundiæ, regno Neapolitano, Ducatu Milevitano, Sabaudia, in Senatu Mantuano, in regno Galliæ, in provinciis Flandriæ, in regno Galleciæ, in Comitatu Barchinonis aliàs Coſetana Provincia, in regnis Arragoniæ & Navarræ, denique in aliis Chriſtianorum provinciis, quorum Principes in temporalibus ſuperiori non ſubjacent. Hæc ſcripſit Toleti Cævallos anno 1617. Nos his diutiùs non immorabimur; aliqua tamen addemus de ejusdem remedii uſu in Germania.

Univerſitatis Wirceburgenſis Pro-Cancellarius Barthel, utcunque adſuetus portare utroque humero, ſcripſit *Diſſert. II. de Corcordatis Germ. Cap. 3. Sect. 3. n. 9.* „ Quandoquidem „ Imperatori & Regibus Chriſtianis à Deo, Sede Apoſtolicâ „ & Romanis Pontificibus ac legibus poſitivis commendata „ eſt protectio Clericorum & Eccleſiæ; Imperator porro ſpe- „ ciali titulo ſolemnis & juratæ Capitulationis ad Concordato „ rum Germaniæ conſervationem adſtringitur; ne vana & inu- „ tilis remaneat hæc ſuprema protectionis poteſtas, nedum Ordi- „ nariis, Capitulis & Clericis Germaniæ integrum eſt, eandem „ puncto gravaminum attentatorum & præfatorum Concordato- „ rum infractionis, per viam diſcreti recurſus implorare; ſed & „ Imperator interpellatam hanc ſuam ſupremam protect onem „ iisdem, quatenus illorum jura, privilegia & libertates in- „ violatè conſervet, & rationabiliter provideat, ne quid ulla- „ tenus contra ea attentetur, & ut, ſi quid attentatum fuerit, „ revocetur, impertiri liberè poteſt; imò tenetur . . . . . „ Innoxia porro hujus recurſûs una & altera ratio pateſcit ex „ fine: eò quòd primò tantùm abſit, ut immunitas Eccleſia- „ ſtica inde lædatur, aut ab Imperatore impediatur, ut ea- „ dem potiùs hac ratione egregiè juvetur & conſervetur; enim- „ verò cùm ea, quæ in favorem inducta ſunt, non debeant „ vergere in præjudicium & damnum eorundem; evidens eſt, „ quòd hæc exceptio ipſis Clericis non auferat jus implorandi „ protectionem Cæſaream, quâ valeant ſe defendere adver- „ ſûs vim & violentiam, quam in juribus & libertatibus ſuis „ patiuntur. Accedit, quòd ſupremæ protectionis Cæſareæ „ poteſtati Clerici haud ſubducantur, quia propterea, quòd „ Clerici ſint, cives & partes quædam reipublicæ politicæ „ exiſtere non deſinunt, maximè in Imperio Germanico, ubi „ plura bona Eccleſiaſtica & beneficia, quæ poſſident, imme- „ diata & mediata Imperatori & Imperio ſingulari temporali- „ tatis nexu devinctâ ſubditáque manent. Altera itidem ra- „ tio clara eſt, quòd nequaquam ſummi Pontificis veneranda „ ſupremáque auctoritas exinde offendatur, ſed inverecundiæ

„ impe

Digitized by Google

„ impetrantium à ſummo Pontifice per ſub-vel obreptionem, „ quæ ipſe bene conſultus haud concederet, unicè occurra- „ tur, quatenus literarum ejusmodi executio ſiſtatur, quæ non „ niſi cum præjudicio jurium Imperii & Concordatorum in- „ fractione obtineret: neque ægrè ferendum, ſi Cæſarea Ma- „ jeſtas invocato ſupremo protectionis officio efficaciter utens, „ quando remonſtrationes reſpectivè & dehortationes aliáve „ media leniora non proficiunt, improbos hóſce oratores & „ impetratores, verè indignos Imperii cives, qui adverſùs „ Concordata & clara Patriæ jura ſupreptitiis & commentitiis „ graſſantur Pontificum reſcriptis, quæ ſuâ importunitate con- „ tra eorundem intentionem extundere ſoliti ſunt, mediis „ coërcitivis e. gr. denegatæ protectionis, Cæſareæ indigna- „ tionis, compeſcat, aut aliis & ſeverioribus pœnis per illos, „ ad quos de jure petinet, pro gravitate contumaciæ compeſ- „ ci curet. " Adde *Tom. I. Febr. pag.* 812. *ſeqq.*

Itaque in Germania contra violatores Eccleſiaſticæ liber- tatis, & adverſùs eos qui huic contrariis Litteris Pontificiis utuntur, ſequentia ſuppetunt & practicantur juris remedia *Appellationi tanquam ab Abuſu* analoga: 1.) Recurritur ad ſu- prema Imperii tribunalia, maximè ad Conſilium Imperiale Au- licum ubi vi ſupremæ authoritatis judiciariæ ſubditi Imperii ad ſua officia compelluntur. 2.) Agunt ibidem vel pars læſa, vel Fiſcus Imperii, vel uterque ſimul, ad obtinenda mandata Cæſarea caſſatoria & inhibitoria ſine Clauſula, de non violan- do Leges Imperii, de deſiſtendo ab illicito recurſu ad Curiam Romanam vel ad Nuntiaturam, de non evocando ſubditum Imperii, de non exequendo citationes, mandata, cenſuras in- competenter & nulliter impetratas &c. 3.) His mandatis fre- quentiùs adjungitur citatio ad videndum ſe incidiſſe in pœ- nam violatæ jurisdictionis Imperii. 4.) Si contumacia perdu- raverit; ſequeſtratio & privatio omnium temporalium, imò & bannum Imperii ſuccedet. 5.) Quòd ſi contra Curiam Roma- nam ſeu ejus Nuntios directè agendum ſit, imploratus Augu-

„ ſaria ſunt, in manus ipſorum collocavit; cúmque perſpi-
„ cuum proinde ſit, hoc jus Principi vi ſuæ auctoritatis & of-
„ ficii competere, indubitata conſecutio eſt, Imperatori quo-
„ que in Imperio Germanico illud ipſum vi Cæſareæ poteſta-
„ tis æque ex ſupremo & univerſali Advocatiæ ac protectio-
„ nis jure præprimis competere; ejuſdem verò remiſſum adeo
„ & diſcretiſſimum uſum, & inde liberiorem ac expeditiorem
„ Conſtitutionum ac Bullarum Pontificiarum in Germania cur-
„ ſum, non niſi ſummæ humanitati & venerationi, quâ Im-
„ perator & Status Imperii Catholici Sedem Romanam & ſum-
„ mum Chriſti Vicarium præ reliquis nationibus colunt, ad-
„ ſcribendum eſſe. "

Dixerat Febronius Regii hujus Placiti uſum eſſe in *Gallia*, *Hiſpania*, *Luſitania*, *Sabaudia*, regnis *Neapolis* & *Siciliæ*, in *Belgio*, in *Germania*, & quondam in *Anglia*, cùm eſſet Catholica. Zaccaria *pag.* 340. *in Not.* adverſùm hæc: „ Quæ „ de univerſali apud has gentes Placiti Regii jure *à Febronio* „ dicuntur, vel falſa ſunt, vel plus æquo amplificata. " Ut igitur fidem Febronii liberemus, vadibus opus eſt; ecce illos; Pro *Germania* jam dedimus Caſparum Barthel; cui addimus Zegerum van Eſpen Tract. de Placito Regio Part. II. Cap. 1. §. 2. Auctorem Concordatorum Germaniæ integrorum Tom. III. pag. 251. ſeqq. Pro *Hiſpania* damus Didacum Covarruviam Cap. 35. Practic. Quæſt. n. 4. Cui adjungi poſſunt alii pene innumeri, præcipuè Franciſcus Salgado ſpeciali Tractatu *de Supplicatione ad Sanctiſſimum*. Pro *Luſitania* Gabrielem Pereira de Manu Regia Part. II. Cap. 62. n. 2. ſeqq. Pro *Neapoli* Borellum in Tract. de Præſtantia regis Cath. Cap. 50. n. 19. Zerollam in Praxi Epiſcop. §. *Litteræ Apoſt.* Jacobum de Graffiis in Deciſionibus aureis Princ. 18. n. 120. Pro regno *Siciliæ* Marium Cutelli R. C. Siciliæ Senatorem in Cod. Leg. ſicul. ad Legem Martini Nota 64. Pro *Sabaudia* Antonium Faber ad Codicem Lib. VII. Tit. 28. Def. 4. Pro ditione *Florentina* Angelum Conſil. 23. Pro Ducatibus *Parmæ*, *Placentiæ* & *Guaſtallæ*

ſtallæ edictum Sereniſſimi Infantis de 16. Jan. 1768. Tom. II. Febr. pag. 447. Generatim pro cunctis *Italiæ* ditionibus Antonium Amato Variarum Reſolut. Tom. II. Reſolut. 82. n. 28. ſeqq. Franc. Salgado de ſupplicat. ad Sanctiſſ. Part. I. Cap. 2. n. 37. Pro Ducatu *Brittaniæ* Argentreum Lib. II. Hiſt. Cap. 14. Pro *Belgio* Auſtriaco Covarruviam Pract. Quæſt. Cap. 35. n. 4. Guicciardinum, Van Eſpen, Stockmans &c. Pro *Gallia* poſt tot Edicta Regia JCtos hujus regni omnes, & Adverſarium ipſum. Demum univerſim pro omnibus Chriſtiani orbis Principibus Joannem Driedorium alióſque apud Salgado l. cit. n. 25.

Porro, inquit Barthel *cit. Sect.* 3. *n.* 4. iidem Pragmatici jus hoc Placiti Regii paſſim Juri Gentium adſcribunt, utpote apud omnes ferè gentes ex juris naturalis inſtinctu probatum. „ Quapropter (ſic rectè Van Eſpen in Præfatione Tractatûs „ *de Promulgatione Legum Eccleſiaſticarum*) ſat mirari non po- „ tui *ſtupendam hominum quorundam ignorantiam*, ne dicam „ *irreligioſam temeritatem*, qui non verentur tanquam Liber- „ tati Eccleſiaſticæ contrarias, & ſacram Pontificum auctorita- „ tem evertentes vel ſaltem enervantes publicè traducere Le- „ ges Principum, quibus vetant, Decreta quæcunque ſive „ Reſcripta è Curia Romana emanantia per ſuas Provincias „ divulgari, vel quacunque ratione executioni mandari, niſi „ priùs ab iis, qui vice Principis per Provincias juriſdictioni præ- „ ſunt, viſa & examinata fuerint, & eorum publicatio, & exe- „ cutio conveniens judicata ſit; quod in Belgio hodie *Jus placi-* „ *ti*, in aliis nonnullis regnis *Jus Pareatis* vel *Exequatur* nuncu- „ pari ſolet. “ Cave hic iterum Pater Zaccaria, Tu, qui *pag.* 351. ſuſtines, obſcura eſſe Placiti Regii initia, nec Principibus ſæculi ſat glorioſa: qui *pag.* 343. *& ſeq.* dixeras, illud eſſe purum putúmque fœtum Politicorum Regiæ dignitatis aſſentatorum, hujus quidem ampliandæ, Eccleſiaſticæ verò poteſtatis deprimendæ ſtudio animatorum: Cave, inquam, ne *ſtu-*

pendæ

pendæ ignorantiæ & *irreligioſæ temeritatis* ab Eſpenio arguaris; ab Eſpenio inquam, cujus Opera quantò Romanis (à quibus tamen Benedictum XIV. excipio) magis diſplicent, tantò plus eruditioribus Ciſalpinis probantur. Huic Doctori Lovanienſi opponis Salisburgenſem, quem frequenter tibi à me objici aſſeris. Ego Zallweinii ſupra commune Canoniſtarum Germaniæ, præſertim Jeſuitarum, emergentis, labores multùm laudo probóque; neque tamen eum hac in parte tot egregiis omnium Nationum Juriſconſultis, quorum ſententiam univerſalis gentium uſus probavit. præferre valeo, futurus Romanis ipſis malus Conſiliarius, ſi ſuggererem conſilia, in præſens ſpecioſa, eventu turbida, & effectu caſſà futura.

Minas Adverſarius *pag:* 361. verbis JCti Belgæ Peckii mihi intentat, ſcilicet *confuſionem in magno illo die cum iis, qui timorem* Dei *non habent, licèt fortè valeant apud eos, apud quos quidquid lubet, licet, & qui Eccleſiam oderunt, eámque Principibus ſæcularibus libenter in omnibus ſubjicerent*; *in magno illo die, quum ad judicandum eos veniet, cujus ſponſam hic contempſerunt & injuria affecerunt.* His ego oppono *ſtupendam* illam (de qua mox dicebamus) quorundam *hominum ignorantiam*, nec non *irreligioſam temeritatèm*, qua non verentur conformem illum Catholicarum gentium conſenſum & conſequentem ſæcularium Curiarum praxim invidiæ & odio in Eccleſiam adſcribere Nemo neſcit, ordinem publicæ diſciplinæ, ſive pacem & tranquillitatem temporalis Reipublicæ conſervari poſſe, ſi Principi reſcire non liceat quid in Rempublicam ſibi commiſſam aliunde invehatur, quidque etiam ſub velamine ac prætextu Religionis divulgetur, & populo per modum Legis imponatur. *Quod ſi quis contendat à Principibus ſæcularibus hanc tollere poteſtatem, ſtatim, non quidem ſerò, comperiet experimento manifeſtiſſimo, quantum calamitatis Reipublicæ invexerit*: ita Covarruvias *cit. Quæſt.* 35. *n.* 3. *p. m.* 495. Cùm hoc diffiteri non poſſit Adverſarius, ideo *pag.* 365. pro ſervanda his in circumſtantiis tranquillitate & ſalute Reip. atque hac cum

Digitized by Google

cum authoritate Rom. Pontificis concilianda, conſilium dat, ſuâ è penu deſumptum, conſilium ſanè heteroclitum: „ An „ non, inquit, Reip. ſatis conſultum; ſi imperantibus liceat, „ quemadmodum cerè licet, ſi quid diſcriminis jure metua- „ tur. Epiſcopos in conſilium vocare, auditisque illorum „ ſententiis Romanum Pontificem de iis, quæ timentur, in- „ commodis certiorem facere atque ab illo exſpectare præſi- „ dium? " Quæro ego, an interim, dum ſuper hoc diſcrimine Romæ deliberatur Pontificia Conſtitutio ſeu Bulla in regno publicari debeat, an retineri? Quæro ſecundò, an prudens & rationabile ſit à Romana Curia exſpectare deciſionem politicæ quæſtionis de commodo vel incommodo ex tali publicatione Reip. eventuro? Ad has quæſtiones quisque ſapiens ſine præventione reſpondeat: & tum de ſublimi conſilio P. Zaccariæ ſtatuat. De cætero ab eo plurimum abſumus, ut probemus abuſus, qui ex malignitate abutentium hoc à remedio juris oriri poſſent, & fortè ſubinde oriuntur. Interim ſi Reges & Magiſtratus poſſunt hoc jure abuti, poterunt id pariter ſuâ ex parte Superiores Eccleſiaſtici, publicando quæ publicari minimè deberent.

VII.

Hæc hactenus de Placito Regio & ejus uſu *univerſim*; An autem *dogmaticæ* etiam *Bullæ* in *Gallia* & in *Belgio* ſint ſub lege & obligatione Placiti (quod Febronius ſuſtinuerat) hoc Zaccaria abſolutè negat; videamus an cum ratione & fundamento. Pro *GALLIA* primùm loquatur Hericourt *Part. I. Cap.* 15. *n.* 8. „ Quoique nos Rois n'entreprennent point „ de décider *les queſtions de Foi*, dont ils laiſſent le jugement „ aux Evêques, on ne peut publier aucune Bulle dogmatique „ ſans Lettres Patentes verifiées au Parlement, 1.) parce que „ ces Bulles degmatiques peuvent contenir des clauſes con- „ traires aux droits de la Couronne & de l'Egliſe de France, „ 2.) parce que les Souverains devant travailler ſuivant léten-

„ duë

„ duë de leur pouvoir à faire executer ce que l'Egliſe décide „ par rapport à la doctrine, il eſt à propos que ces deciſions „ ſoient confirmées par l'autorite Royale, afin qu'elles ſoient „ regardées *comme des Loix de l'Etat.* Il faut cependant di„ ſtinguer deux temps, dans lesquels les Lettres Patentes „ pour permettre la publication des Bulles dogmatiques peu„ vent être expediées: car ſi les Lettres Patentes *précedent* l'ac„ ceptation des Paſteurs, la permiſſion, & même les ordres „ de publier les Bulles, ne ſont que conditionelles, c'eſt-à„ dire, qu'il eſt permis & enjoint de les publier, en cas que „ ceux qui ſont les Juges de la doctrine en trouvent les dé„ ciſions conformes à la Foi de l'Egliſe ; ſi au contraire les „ Lettres Patentes n'ont été expediées qu'*après l'acceptation* „ du corps des Paſteurs, les ordres qu'elles contiennent de „ faire lire; publier & executer la Bulle, ſont abſolus. "

Ut longior non ſim in adferendis exemplis dogmaticarum Bullarum, quæ in Gallia Placito Regio munita prodierunt, notum eſt, illas Innocentii X. & Alexandri VII. contra famoſum Librum Janſenii huic juris formæ fuiſſe ſubjectas, uti & Breve Apoſtolicum contra Librum *Maximes des Saints.* Fnenelonus Cameracenſis Archiepiſcopus, poſterioris hujus Operis Auctor, dicit ipſe in ſua ad Papam Epiſtola, *quòd ſolùm exſpectet veniam Regis ad publicandum illud Breve in ſua diœceſi.* In alia ad Epiſcopum Attrebatenſem eâdem occaſione ita ſe enuntiat: *que ſon Mandement ſeroit déja publié, s'il n'attendoit les ordres du Roi qu'il a demandés à M. de Barbeſieux, pour ne pas bleſſer les uſages du Royaume, par rapport à la réception des Bulles & autres actes juridiques de Rome.* Phelipeaux Relation du Quietiſme Tom. II. pag, 275. Adeo perſuaſum fuit Clero Gallicano de juſtitia & æquitate hujus Juris Regii, ut in ſua Deliberatione ſuper Bulla *Vineam Domini*, ipſe Regi pro Litteris Patentibus, ad ejus publicationem requiſitis, ſupplicaverit.

Digitized by Google

Ad probandum ſtabilem uſum & neceſſitatem Placiti Regii in ordine ad publicandas dogmaticas Bullas in *BELGIO*, ex pluribus hanc in rem ſubſidiis pauca eaque convincentia documenta producemus. Primum eſt Conſilii Brabantiæ Conſulta ad Archiducem Leopoldum de 17. Decembris an. 1657. apud Van Eſpen *de Promulgat. Leg. Eccleſ. in Append. monum. Lit. R.* ubi: „ Dicere quòd Bulla eſſet Dogmatica, & nihil contineret niſi definitionem & deciſionem cujusdam Articuli fidei, „ non poteſt excuſare prævium examen; nam quod Bulla continet, conſiſtit in facto, & debet ſua Majeſtas ſcire, ne ſub „ prætextu definitionis vel Interpretationis cujusdam Articuli „ fidei, per publicationem ſubintret aliquid præjudicioſum. „ Et quantùm ad Deciſiones vel Declarationes Dogmaticas, „ vel Fidei, in diverſis ſæculis non fuerunt deciſiones aut interpretationes momenti majoris, quàm quæ fuerunt datæ „ per Concilium Tridentinum. Non obſtante quòd prædeceſſores ſuæ Majeſtatis fuerint primi ſollicitatores convocationis & congregationis dicti Concilii, tamen ejus deciſiones formaliter fuerunt placitatæ antequam Concilium fuerit „ publicatum, executioni mandatum aut acceptatum, & Placitum non fuit conceſſum niſi poſt examen Conſiliorum ſuæ „ Majeſtatis. “

Huic addimus Litteras circulares, quas Marchio de Prié Gubernator Belgii Auſtriaci 25. ſeptembris 1724. ex mandato ſuæ Majeſtatis dedit ad omnes Belgicarum Provinciarum Epiſcopos hoc tenore: „ Hercules Joſeph Turinetti Marquis „ de Prié &c. Très-révérend Pere en Dieu, très cher & „ bien amé. Comme il eſt néceſſaire de prévenir, que de „ la part de la Cour de Rome, ne ſoit pratiqué aucune nouveauté contre les droits & autorité de S. M. J. & C, à qui il „ appartient de ſoutenir les libertés & franchiſes des Egliſes „ & des peuples de ce païs: en faiſant obſerver exactement à „ cet effet l'uſage qu'il y a toujours eu à l'égard de toutes les „ bulles, reſcrits & lettres émanées de la ditte Cour de Rome,

Digitized by Google

„ me, qui ne peuvent être publiés, indiqués ou rendus pu-
„ blics, ni être admis dans ces païs de quelque maniere que
„ ce puiſſe être, ſans avoir été auparavant placetés ou viſés
„ ſelon l'exigeance de la matiere, par le Conſeil d'Etat; nous
„ vous faiſons cette pour vous en charger au nom de S. M.
„ que toutes & quantes fois vous feront remis directement
„ par la ditte Cour de Rome, ou par l'Internonce de ſa S.
„ des Bulles, Brefs, Decrets, ou Lettres *en matiere de dog-*
„ *mes ou touchant les mœurs, ou la diſcipline Eccleſiaſtique*, pour
„ être par vous publiés ou communiqués, vous n'ayez pas à
„ le faire, ou à y donner execution, de quelle maniere que
„ ce puiſſe être, à moins qu'il vous conſte auparavant que les
„ dittes Bulles, Brefs, Decrets ou Lettres aient été viſés ou
„ placetés en la maniere accoutumée. A tant je prie Dieu
„ &c. Signé *le Marquis de Prié.* Contreſigné *Snellinex.* "
Add. *Tom. II. Febr. pag.* 70.

Plures ſanè rationes concurrunt ad legitimandum *Placiti* uſum in Bullis *dogmaticis* æque ac in *diſciplinaribus.* Poſſent eæ publicari tempore minimè congruo, tam ratione circumſtantiarum, quàm genii popularis. Sic cùm ageretur in Gallia de publicatione Decretorum Concilii Tridentini, exſtimatum fuit: per eam converſionem hæreticorum retardari magis quàm procurari. *Tom. I. Febr. pag.* 283. Poſſet turbari tranquillitas publica: Poſſent lædi jura Epiſcoporum, libertates & conſuetudines particularium Eccleſiarum: Poſſent excedi limites juriſdictionis Eccleſiaſticæ: Poſſet præjudicari juribus Principum, uti fecit Bonifacius VIII. qui in Bulla dogmatica aſſeruit ſibi jus deponendi Reges &c.

Si Apoſtolicæ Conſtitutiones, inquit Adverſarius *pag.* 363, non habeant vim antequam à Principibus probentur, ubi illa gregem Chriſti paſcendi libertas, quæ Petro data eſt? Debilis & ſophiſtici ratiocinatio! Principis officium eſt Reipublicæ, tam Eccleſiaſticæ quàm Civilis, paci & tranquillitati

Digitized by Google

conſulere, eáque omnia prævenire, quæ illam turbare poſſent, in quantum ipſa fides & Religio Catholica ſinit. Si cum hac pace & tranquillitate publicâ publicatio dogmatis non poſſit ſociari, hæc eò minùs erit neceſſaria; cùm ad hoc ut quis fide divina dogma aliquod revelatum credere debeat, non requiratur illud aliquâ lege poſitivâ fuiſſe ipſi propoſitum aut intimatum, ſed ſufficiat, ut quacunque ratione ipſi conſtet, articulum illum, ſive ſcripto, ſive ſine ſcripto, à Deo eſſe revelatum, & ab Eccleſia declaratum & definitum. Igitur materia fidei illud ſingulare non habet ut quoad publicandi ritum omnia turbentur; cùm poſſit conſervatis Nationum moribus & Principum juribus, res tranquillè peragi, & ad notitiam populi perduci.

VIII.

Quartum Caput adverſariæ Diſſertationis XII. aſſignatur materiæ *de Appellatione à Romano Pontifice ad generale Concilium.* De ea pluribus egit Febronius *Tom. I. Cap.* 6. §. 10. 11. nec non *Tom. II. pag.* 230. *ſeqq.* 465. *ſeqq.* Quibus adde Boſſuetum *Lib. XV. Cap.* 23. Quæ ibidem dicta ſunt, pace meâ conferantur cum Zaccarianis, & judicet æquus lector, an non ex continuis plurimum ſæculorum & omnium Nationum hujusmodi appellationibus & earum formulis, ùt ùt illæ in facto conſiſtant, omni jure concludatur ad Eccleſiarum conſenſum pro veritate & legalitate hujus remedii, conſequenter pro univerſalium Conciliorum ſuperioritate; nequidquam obſtante, quòd earundem appellationum aliæ fuerint frivolæ, aliæ informes; ex quo abuſus remedii Juris utcunque multiplicati non tollant ejus ſubſtantiam & legitimum uſum. Fatemur nos, fatetur adverſarius ipſe *pag.* 407. rariorem hodie hujus remedii praxin, poſtquam introductum fuit brevius & commodius remedium appellationis *ab Abuſu*, & implorationis *Manus Regiæ* adverſùs violentias cujusvis generis Eccleſiaſticorum, verùm per hoc non corruit illa, de qua mox loquebamur, Eccleſiarum agnitio; ſed neque penitus ceſſat remedium ipſum.

Febro-

Febronius, inquit noſter Ex-Jeſuita *pag.* 105., & Collegæ ejus auctoritatem unam indiſcretam & individuam, Pontificis & Epiſcoporum, Sedis Apoſtolicæ & Eccleſiæ Catholicæ, Papæ & Concilii, Capitis & Corporis diſſecare, & ſibi collidere auſi ſunt. Dixerat antè *pag.* 397. tribunal Concilii non eſſe diſtinctum à tribunali Pontificis. Meræ in his iterum æquivocationes! Quis ſapiens dicet Concilium, quamvis ei Papa præſideat, eſſe idem quod Papa? Non ſic opinabatur S. Auguſtinus, quando ſcripſit Epiſt. 162. *Ecce putemus illos Epiſcopos, qui Romæ judicaruut, non bonos judices fuiſſe; reſtabat adhuc plenarium Eccleſiæ Univerſalis Concilium, ubi etiam cum ipſis judicibus cauſa poſſet agitari, ut ſi malè judicaſſe convicti eſſent, eorum ſententiæ ſolverentur:* neque dum idem S. Pater Lib. II. de Bapt. Cap. 4. diceret, *Neque nos tale aliquid auderemus adſerere, quale Stephanus juſſit, niſi Eccleſiæ Catholicæ concordiſſimâ authoritate firmati.*

„ Febronius vult appellari ad Concilium *liberum*, cui „ Pontifex minimè præſit, nempe ad Concilium *acephalum*, „ ad Concilium quod cum Capite Eccleſiæ collidatur, ad „ Concilium quod Eccleſiaſticæ communionis juribus adver- „ ſetur. " Ita Zaccaria *pag.* 406. Novæ fabulæ! Non dixit noſter Auctor, Pontificem, ſi velit, non debere præeſſe Concilio! hoc dixit: *caſu quo NON velit ei præſidere*, attamen neceſſitas aut manifeſta Eccleſiæ utilitas illius celebrationem poſtulet, poſſe Synodum ſibimet Præſidem conſtituere *Tom. III. Febr. pag.* 119. & 289. Quid eodem caſu circa Convovationem obtineat, eodem Tomo *pag.* 120. & 279. traditum eſt. Illud porro dictum *Tom. III. pag.* 122. *ſeqq.* & alibi, liberum non fore Concilium, in quo Papa ſuum judicium vult præferre judicio Patrum, aut majoris partis eorundem; in quo non vult ferre, ut Patres à Pontificis ſententia valeant diſſentire; in quo fieri, & neceſſariò fieri debet, quod uni placet Nationi. Vid. *Cap. præced. num.* 19. Ubi econtra omnia ordinatè aguntur, & canonica viget libertas, nihil obſtat, quominùs

 cauſa

Digitized by Google

cauſa à Papa deciſa iterum ventiletur in plenaria Synodo, cujus ipſe Pontifex ſit Præſes.

IX.

Dum finale Caput ſui *Antifebronii vindicati* adverſarius *Subtractioni Obedientiæ* deſtinat, „ jam tandem, ait pag. 408. „ in apertum Febronius ſchiſma erumpit, omnique pudore po- „ ſito, Principes, Epiſcopos, populos ad ſubtrahendum Rom. „ Pontifici obedientiam commovet. “ Quisquis hæc legit, ei per fallaciam perſuadebitur, Febronium ſummo Pontifici ſemel pro ſemper, & omnem quidem, ubivis obedientiam abrogatam voluiſſe; quando ille ſolùm de Pontifice *extra Canones vagante* locutus eſt, & quamdiu hæc extravagatio duraverit. Vid. *Tom. III. Febr. pag.* 195. S. Gregorius M. in Homilia XXVI. in Evangelia apud Gratianum Cauſa XI. Quæſt. 3. Can. 88. *Sæpe in ligandis atque ſolvendis ſubditis Paſtor ſuæ voluntatis motus, non autem cauſarum merita ſequitur. Unde fit, ut ipſe hac ligandi & ſolvendi poteſtate, ſe privet, qui hanc pro ſuis voluntatibus exercet.* Idem Sanctus Pontifex eâd. Quæſt. 3. Can. 60. *Ipſe ligandi atque ſolvendi poteſtate ſe privat, qui hanc pro ſuis voluntatibus, non pro ſubjectorum moribus exercet.* Planum eſt, his locis *poteſtatis* nomine non deſignari poteſtatem ipſam, ſed effectum poteſtatis. Matthæus Pariſius in Hiſtoria Anglorum ad annum 1247. pag. 482. edit. Paris. an. 1644. de Innocentio Papa IV. auctoritate Primatûs ſui abutente hæc ſcribebat eodem ſæculo: „ Videbant omnes & ſinguli, & „ videntes ſentiebant; ipſum Dominum Papam pecuniæ & pe- „ cuniarum rapinis in multorum damnum & depauperationem „ inſatiabiliter inhiare. *Nec credebant jam multi*, ipſum po- „ teſtatem B. Petro conceſſam cœlitùs, videlicet ligandi & „ ſolvendi obtinere, *qui penitus B. Petro diſſimilis probabatur.*

Dicet fortaſſe Zaccaria, aut quisquis alius Romanus, non poſſe cadere in Vicarium Chriſti & ſucceſſorem Petri ejusmodi juſſiones,

juſſiones, quibus obſiſtere & refragari neceſſe ſit. Sed huic ſententiæ contradicunt Pontificiæ dignitatis acerrimi vindices relati *Tom. I. Febr. Cap. 9. §. 9.* ſcilicet Joannes de Turrecremata, Silveſter Prieras, Dominicus Card. Jacobatius, Cardinalis Cajetanus, Franciſcus Victoria &c. Quoniam verò, ubi de Thologicis controverſiis agitur, potior ratio antiquorum Patrum & ſanctorum virorum habenda eſt, quàm recentiorum Scriptorum; juvabit talium ſubtractionum, licitarum inobedientiarum & reſiſtentiarum illuſtria ex antiquitate exempla hic apponere, è quibus etiam pro varietate circumſtantiarum varii apparebunt earundem modi. Dabimus autem ea ex viri Eximii Antonii Pereria Theologi Oliſiponenſis *Defenſione Tentaminis Theologici de Auctoritate Epiſcoporum tempore Sciſſuræ. Edit. Oliſipon. an. 1770. pag. 95. ſeqq.*

„ Ecce tibi ſæculo IV. *LIBERIUS* certus & indubita- Pontifex, quocum ob ſubſcriptionem formulæ Sirmienſis, & ob amotum à ſua communione Athanaſium Alexandrinum, tanquam cum hæretico & ſchiſmatico communicare noluerunt in ipſa urbe Roma *S. Damaſus* tum Presbyter, *S. Euſebius* Martyr, & multi alii è Clero: id quod nos docens Acta S. Euſebii Martyris, à Baluzio Miſcellaneorum Tomo II. pag. 141. poſt Mombritium & Baronium publicata. "

„ Ecce ſæculo VI. *PELAGIUS I.* certus & indubitatus Romanus Pontifex, purgans ſe non ſolùm apud *univerſum populum Dei*, (ſic enim inſcribitur Epiſtola) verùm etiam apud *Childebertum* Regem Galliæ, & apud *Epiſcopos Tuſciæ*; quibus ob adprobatam à *Pelagio* Quintam Synodum ſuſpecta erat ejus fides. Pleriſque enim Occidentalibus Quintæ Synodus tunc temporis videbatur Concilii Chalcedonenſis & *S. Leonis* fidem infregiſſe. Eas autem ſuſpiciones ut amoliretur *Pelagius*, profeſſionem publicam emiſit, in qua à ſe anathematizari declaravit, quidquid S. Leonis & Chalcedonenſis Concilii definitionibus eſſet adverſum. In Epiſtola ad Univerſum populum Dei

Digitized by Google

Dei hæc ſcripſit Pelagius I. *Id autem eſt, ut fidem meam annexâ ſubter profeſſione definiam, in qua Deo propitio, & rectæ me Apoſtolorum doctrinæ, & Patrum inhærere veſtigiis, evidenter appareat.* In Epiſtola autem ad Epiſcopos Tuſciæ: *Nos ſecundùm Apoſtolicam ſententiam parati ſumus AD SATISFACTIONEM OMNI POSCENTI AD RATIONEM DE EA, QUÆ IN NOBIS EST, FIDE; quia in nullo nos à Sanctis Patribus deviaſſe cognovimus.* Denique ad Childebertum Regem: *Ut deinceps nullius, quod abſit, ſuſpicionis reſideret occaſio, etiam aliam partem facere maturavi, ſcilicet propriis verbis confeſſionem fidei, quam tenemus, exponens.* "

„ Vexatus ſubditorum ſuſpicionibus & expoſtulationibus, non perſonæ dignitatem, non Cathedræ dignitatem obtendit: nullum privilegium Romano Pontificatui annexum, quo ipſe vel ab hæreſi vel à ſchismate credatur exemptus, objicit Pelagius. Ut hic manifeſtè ediſceremus, neque tale quidquam de ſucceſſore Petri ſuſpicaturos tot Antiſtites, & tantum Regem; neque tam modeſtâ & humili ratione illorum querelis ſatisfacturum ſucceſſorem Petri: niſi utriſque altè perſuaſum eſſet, poſſe in Romanum Pontificem cadere hæreſim, qua ipſe ab Eccleſiæ Catholicæ unitate ſe abſcinderet, ſive per imprudentiam ſive per malitiam. "

„ Denique ſæculo XII. *PASCHALIS II.*, certus itidem & indubitatus Pontifex, ob privilegium *Inveſtiturarum* Henrico V. Imperatori conceſſum ſeu potiùs permiſſum, non ſolùm in diſcrimen adductus deſerendi Pontificatûs (ùt diſcimus ex Godefridi Viterbienſis Chronico) ſed etiam à Patribus Concilii Viennenſis ore Guidonis Archiepiſcopi Concilii Præſidis memoranda hæc: *Si verò, quod minimè credimus, noſtræ parvitatis aſſertiones roborare nolueritis, propitius ſit nobis Deus, quia nos à veſtra obedientia repellitis.* Quorum verborum is ſenſus eſt: Si in concedenda laicis inveſtitura Eccleſiarum perſeveraſſet Paſchalis II., pollutum illum eo crimine habendum eſſe,

eſſe cujus gratiâ neceſſe judicarent Patres Viennenſes, ſe ſe à Paſchalis communione ſeparari. "

„ Aderant Concilio *Sanctus Hugo* Gratianopolitanus Epiſcopus, ac *Sanctus Godefridus* Epiſcopus Ambianenſis: aderat ipſe *Hugo* Viennenſis Metropolita, qui poſtea fuit Caliſtus Papa II. Tales autem ac tantos Antiſtites ſuſpicabimur in Romanum Pontificem aliquid prolaturos aut intentaturos, quod à recta doctrina vel Eccleſiaſtica moderatione abhorreat? Abſit. Sed cùm *dictante Spiritu Sancto* (ùt ipſi ajebant) *omnem inveſtituram rei Eccleſiaſticæ de manu laica hæreſim judicarent*: putabant officii ſui eſſe, hæreſim foventi Pontifici non ſolùm obſiſtere, ſed etiam initam cum eo communionem abrumpere. Non quòd auctoritate aliquâ gauderent particulares Epiſcopi vel Theologi ad Romanum Pontificem vel hæreticum vel ſchismaticum judicialiter declarandum: ſed quòd poſito ipſius Papæ intolerabili errore contra fidem, vel agnitâ contumaciâ in Eccleſiam, jam non Epiſcopi Papam, ſed Papa ipſe facto ſuo ſeparatum ſe ab Catholica unitate declarat. "

„ Eâ quoque ratione in *STEPHANUM* Romanum Pontificem, Africanis & Cappadocibus iratum & averſum, ſcripſit *Firmilianus* Cæſarienſis Metropolita apud Cyprianum pag. 326. edit. Feli. *Te ipſum excidiſti, noli te fallere. Dum enim putas omnes à te abſtineri poſſe, ſolum te ab omnibus abſtinuiſti.* Eâ non minùs ratione *LIBERIO* Sirmienſem formulam amplectenti, & cum Arianis amoto Athanaſio communionem colenti, anathema ingeminavit *Hilarius* Epiſcopus Pictavienſis pag. 1335. edit. Couſtant. his verbis: *Anathema tibi, Liberi, & ſociis tuis. Iterum tibi ac tertiò anathema prævaricator Liberi.* Neque aliâ ratione *S. Columbanus* in Epiſtola ad Bonifacium IV. *VIGILIUM* Papam hæreticis adnumeravit, optavitque eundem è ſacris Diptychis expungi. Demum eâ ratione ad ipſum *BONIFACIUM* ſibi ſuſpectum propter damnationem trium Capitulorum ſcripſit idem Columbanus: *Jam veſtra cul-*

 pa eſt,

pa eſt, ſi vos deviatis à veſtra fiducia, & primam fidem irritam feciſtis. Meritò veſtri juniores vobis reſiſtunt, *ET MERITO VOBISCUM NON COMMUNICANT*, *donec memoria perditorum deleatur.* Optimè hic Jll. Boſſuetus *Lib. XIV. Cap.* 25. „ Ergóne, inquies, vir tantus dicere potuit ad Rom. Pontificem, meritò ei non communicari? Certè, ſi pergeret, „ uti Columbanus putabat, hæreſim profiteri, nec ſe admonitus corrigeret. Cæterùm nihiloſecius ipſe in Sedis Apoſtolicæ communione perſtitit: Nos enim, inquit, devincti „ ſumus Cathedræ S. Petri &c. "

X.

Ex his colligi poteſt, cum quo grano ſalis accipiendum ſit quod Zaccaria *pag.* 419. tradit, ſcilicet, non ſpectare ad ſubditos examinare, Quid Papa poſſit quid non poſſit; & deinde *pag.* 421., etiamſi de injuſtitia & abuſu Pontificis *liquidò* conſtaret. Principibus tamen non licere ejus mandatis reſiſtere ante judicium Eccleſiæ. Non ſpectat ſanè ad quemvis particularem *decidere*, quid de jure valeat Pontifex, quid non; attamen vidimus in præcedentibus, Synodos, Epiſcopos & alios viros magnos, taxantes (nec injuriâ) Pontifices propter aberrationes à Fide, aut exceſſus in Diſciplina, eisque totis viribus repugnantes; abſque quòd ante hanc reſiſtentiam intervenerit totius Eccleſiæ judicium; quinimò in jam dicta cauſa *Stephani* & *Firmiliani* univerſalis Eccleſiæ definitionem non præceſſiſſe, *S.* Auguſtinus apertè teſtatur. Cæterùm non omnes reſiſtunt Papæ in transverſum eunti eodem modo. Quomodo ei reſiſtere valeant, imò debeant Doctores, ſic explicat Gerſon de Auferibilitate Papæ Conſid. 14. *Opp. Tom. II. col.* 218. „ Jubebit „ e. gr. ſummus Pontifex coram Theologis expertis, quòd fideles credant, Spiritum Sanctum non procedere à Patre & „ Filio. Theologorum erit doctrinaliter reſiſtere, & dicere, „ quòd ſibi non obediatur. "

Ve-

Digitized by Google

Verùm regerit cum ſuo Ballerinio Zaccaria *pag.* 432. ſchiſma propriè dictum cadere non poſſe in Papam, qui aliquos à ſua communione ſegregat, ſed in eos qui à Papa communionis centro ſe dividunt. Aſt omnibus notum eſt Eccleſiam eſſe myſticum quoddam Corpus, cujus Papa membrum ſit non minùs, quàm quilibet fidelium; nihil autem prohibet, quominus Papa per ſuperbiam vel contumaciam ab hoc corpore ſe abſcindat. Canoniſtarum communis vox eſt in Gratiani Decreto, ab ipſiſmet Romanis Pontificibus approbata in *Can.* 6. *Si Papa. Diſt. XL.* fieri poſſe, ut ſucceſſor Petri in hæreſim prolabatur; quidni etiam in ſchiſma? Idem probant Theologi Romanis addictiſſimi Joannes à Turrecremata *Lib. IV. Summæ de Eccleſia. Part. I. Cap.* 11. Gregorius de Valentia *Tom. III. Diſput.* 3. *Quæſt.* 15. *de Schiſmate. Puncto* 1. &c.

Illud admodùm ſingulare, quod *pag.* 421. in medium proponit adverſarius noſter, nimirum: „ Etiamſi de injuſtitia & „ abuſu Pontificis *liquidò* conſtaret, Principibus tamen ante ju- „ dicium Eccleſiæ ejusmodi mandatis reſiſtere non licere. “ Non putabam futurum, ut unquam inciderem in hominem tam imprudenter Curialiſtam; quanquam ſi rectè judico, viro illi mutabili, ſua, & ſuæ extinctæ Societatis commoda, etiamnum magis cordi ſunt, quàm veritas, quàm decor Romanæ Sedis & authoritas Pontificis, atque ea quam huic juravit obedientia. Sanè hoc ipſo quo hæc ſcribo die, in Novellis publicis Colonienſibus de 22. Febr. 1774. lego, Zaccariam quondam Ducis Mutinenſis Bibliothecarium Romæ ad Judices Comiſſarios vocatum ad reſpondendum de ſcriptis poſt extinctam Societatem, ab eo, uti prætenditur, adverſùs authoritatem ſummi Pontificis ſub ficto nomine compoſitis, & quidem (quod mirandum) in favorem & ad defenſionem Juſtini Febronii. Hæc per parentheſin. Nunc quæro; an in memorato caſu Principes exſpectare debeant judicium Eccleſiæ *diſperſæ*, an *congregatæ*? Si *diſperſæ*, puto non defuturos Curialiſtas, qui de hoc conſenſu æque, tam diu, imò ampliùs diſputaturi ſint,

 atque

atque Janſeniſtæ de eo diſputant, an adſit vera & ſufficiens Epiſcoporum Bullam *Unigenitus* acceptantium unanimitas: *Si collectæ*: jam non concedent Romani alteri quàm Pontifici ipſi jus univerſale Concilium convocandi; imò ſi Zaccariæ credimus, ne licebit quidem Epiſcopis ſive in Concilio ſive extra illud à Pontifice diſſentire, conſequenter durabunt gravamina Principum, quamdiu Papæ viſum fuerit. Notum eſt exceſſivum illud Andreæ Duvallii ſtudium in Romanam Curiam, quod ei odium Sorbonæ in hunc usque diem perdurans concitavit; attamen in illo, de quo nunc agimus, punctofuit æquitatis ſtudioſior, De eo ita Boſſuetus *Lib. XV. Cap.* 30. „ Adreas Duvallius de ſuprema Rom. Pont. poteſtate Part. „ IV. Quæſt. ult. cùm appellationem omnem à Papa illicitam „ judicet, idque ſive ſit infra, ſive ſupra Concilium, permit- „ tit tamen Principibus ac Rebusp. ad graves injurias de- „ pellendas, primùm, *non obedire mandatis Pontificis; imò* „ *ſi aliter ſibi ſuccurrere non poſſint ſtrenuè prudentérque reſiſte-* „ *re.* An ergo læſos Principes ſtrenuè rem gerere, quàm „ Conciliare judicium exſpectare malint, ipſi dijudicent. "

Hæc in *liquidis*: In *dubiis* inquit adverſarius *pag.* 420. legitimo Pontifici parendum eſt. Nos dicimus, eorum, ad quorum officium pertinet ſubditorum jura tueri, eſſe, adhibito, quatenus opus, virorum Eccleſiaſticorum, etiam Epiſcoporum, conſilio, prætenſa illa dubia eleuterare. Sic nuper fecere Rex utriusque Siciliæ & Reſpublica Veneta, cùm Regulas Romanæ Cancellariæ in ſuis ſtatibus abrogarent. Scilicet ſumptâ diligenti informatione obſervârunt, legitimos Patronos à paucis ſolùm ſæculis per Romanos Pontifices certis ſuis juribus exutos fuiſſe proinde his Manum Regiam deberi. Verùm intercedit iterum adverſarius, *pag.* 415. ſuſtinens, jus conferendi omnia beneficia Primatui *ex divina inſtitutione* annexum eſſe. Vellem ex eo interrogare, an hanc prætenſionem inter *liquidas* referat, an inter *dubias*? nos eam *ineptis* accen-

accenſemus, ſicut & cæteras quas ibidem ex divino jure Romano Pontifici proprias facit & ab eo inalienabiles, uti Confirmationem omnium electionum, Appellationes in omnibus cauſis ad Romanam Curiam. Qui talia prætendit, neceſſe eſt ut ſinceriſſimos Canones & omnem Hiſtoriam Eccleſiaſticam proſcribat.

Porro, inquit Zaccaria *pag.* 423., „ aulicos Romanos per „ ſubtractationem obedientiæ ad auferendum gravamina com„ pellere ſchiſmaticum eſſet. " Ergo ſchismaticus eſſet Princeps, qui ſuis ſubditis prohiberet, ne Annatas Romam deportent, usquedum illata gravamina Curia abſtulerit; niſi fortè adverſarius etiam has jure divino Papæ deberi prætendat. Inſtat ille *ibid.* dicens, „ hac prætenſâ obedientiæ ſubtractione „ non ſingularia facta & abuſus, ſed ipſa RR. Pontificum jura „ impeti, quæ à remotioribus ſæculis exercuerunt, vel exer„ cere potuiſſent, ſi Eccleſiæ bonum poſtulaſſet. " Nos negamus, Pontificem alienis in diœceſibus beneficia conferre potuiſſe, ſi noluiſſent Epiſcopi, Eccleſiæ, Nationes. Idem dicendum de Exemptione Regularium, de Appellationibus ad Curiam Romanam, de Reſervationibus peccatorum, de Annatis & multis aliis. Durant autem & durabunt precarii hi favores (quorum origines nobis nunc meliùs noti ſunt, quàm majoribus noſtris) quamdiu Eccleſiis utile, Eccleſiaſticæ diſciplinæ innoxium, & ſubditis Principum non nimis grave viſum fuerit.

Febronius, per gradus in materia Subtractionis obedientiæ incedens, dixerat *Tom. II. pag.* 596. „ hactenus ſibi po„ tiſſimùm ſermonem fuiſſe de ſubtractione obedientiæ, quæ „ Papæ integrum relinquit exercitium jurium Primatûs ei *di-* „ *vinitùs* attributorum. Quòd ſi verò Pontifex hoſtilem ani„ mum publicè indueret (uti fieret in aperto bello) *quoad* „ *hæc hoſtilitas duraret*, omnia in eo ſtatu repoſita cenſeri, „ quo forent Papa mortuo vel captivo. " *Vult ergo*, inquit Zaccaria pag. 426. *eò rem deduci, ut Eccleſia à Pontifice, etiam*

Digitized by Google

ſuo Capite deficiat. En ſchisma. Non ſemel fuere Pontifices, aut ſe ipſos per imprudentiam poſuere, in eo ſtatu, ut ſaltem reſpectu certarum provinciarum ſeu regnorum eſſent quaſi mortui, extra omne exercitium ſui Primatûs, neque tamen eapropter eædem provinciæ & regna de ſchiſmate poterant accuſari. In bello, quod cum Paulo V. habuere Veneti, dixerunt hi: *Si nihil humilitas proderit, arripiendam eſſe virilem & animoſam libertatem*, apud Thuanum Lib. CXXXVI. p. m. 1255. atque ita declarato bello, reſpectivè ad ejus Primatûm vivebant, quaſi (ùt jam dictum eſt) Papâ mortuo vel captivo; attamen ab aliis omnibus gentibus, exceptâ Romana, ſereniſſima Reſpublica, pro ſchismaticâ habita non eſt.

Queritur Clemens PP. XIII. in ſuis ad Regem Luſitaniæ menſe Auguſto an. 1768. exaratis litteris de rupto *omni* ipſum inter & Sedem Apoſtolicam commercio. Reſpondet ei Rex quinta Decembris ejuſdem anni, graves & legitimas hujus rupturæ cauſas exponens; utriusque Epiſtolæ exemplar proſtat *Tomo II. Febr. pag* 578. *ſeqq.* Duravit ruptura, per imprudentiam Miniſterii Pontificii cauſata, quoad vixit Clemens XIII. *R*eſtituit hoc commercium ſapientiſſimus *CLEMENS XIV.* qui & ea damna, quæ Eccleſiæ Romanæ per legitimam reſiſtentiam Principum Auguſtæ Domûs Burbonicæ, ſub præcedente Pontificatu in perſona Infantis Hiſpaniæ Ducis Parmenſis provocatam, illata fuerunt; ſuâ moderatione, & ſaniore ſacrorum Canonum uſu feliciter reparavit.

Caput III.

Summaria demonſtratio bonitatis & veritatis doctrinarum Juſt. Febronii.

Unum ſupereſt, ut oſtendatur, quàm parum fidi ſint viri illi (Romani librorum Cenſores), qui ad pallianda ſua præ-

præjudicia: ne dicam ignorantias, Clementi XIII. Pont. Max. perſuaſerunt, Febronium *OMNIA ex hæreticorum & Sanctæ Sedi infenſiſſimorum hominum libris conquiſiviſſe, & deprompta in unum congeſiſſe.* Adverſùs has ludificationes nos ſole clariùs monſtrabimus, Febronium omnia à Scriptoribus apprimè Catholicis, publicè approbatis, pro decore Domûs Dei ſtrenuè laborantibus, & quidem plerisque inter illos primariæ eruditionis viris accepiſſe, & pro gloria divini Inſtitutoris ac perpetui Rectoris Eccleſiæ noſtræ, pro hujus reunione & obſequio, demum pro fidelium ſalute; nec non pro regnorum tranquillitate & felicitate in unum collegiſſe.

Illuſtratio doctrinarum Febronii non parum debet ejusdem adverſariis, & tot contra illum editis lucubrationibus, quæ eum compulerunt, ut novis identidem teſtimoniis atque auctoritatibus ſuas aſſertiones muniret. Inde evenit, ut per quatuor volumina eædem auctoritates ac probationes diſpergerentur, quas hic ſuas in claſſes diſtributas ſub unum conſpectum ponendas duximus. Hoc faciendo ſervabimus, quantum brevitas patitur, ipſa Auctorum verba, quæ ſuis in fontibus inquirere cuique liberum eſt, quando nos interim pro Lectorum commoditate ad oram indicamus ſingula in Opere Februniano loca, quibus eadem jam relata ſunt.

I.

CORPUS JURIS CANONICI.

Falſas *ISIDORI DECRETALES* veteres Canonum Collectores pro genuinis acceperunt, decepti honeſto nomine
Iſidori, ſub quo prodiit larvatus impoſtor & maleferiatus harum Epiſtolarum artifex. Natalis Alexander *Hiſt. Eccleſ. Tom.* *Tom. II. p. 304.*
III. pag. 215. Jam ſæculo IX. harum Decretalium falſitatem
ſuboloratus eſt Hincmarus Archiepiſcopus Remenſis. Ipſe *Tom. II. p. 51.*
Opp. Tom. II. pag. 544. Diſputatum eſt etiam valde eo ſæculo de earundem auctoritate, Gallicanis Epiſcopis litem adverſùs

ſuis eas movenntibus, eò quòd intelligerent illas antiquis regulis eſſe contrarias. Attamen vicit fortuna Populi Romani; ita ut qui deinceps Collectiones Canonum & Decretorum compoſuerunt, etiam iſtis Epiſtolis uſi ſint, tanquam bonis mercibus. Baluzius *in Præfat., ad Reginonis Libros de Ecclеſ. Diſcipl.* §. 3. Porro facillimum erat Romanis, ut ex præconceptis, & præformatis ſecundùm ſuppoſititias ab Iſidoro Mercatore fabricatas Decretales, in Decreto Gratiani paſſim relatas, opinionibus, nova, in Canonibus & Hiſtoriâ genuinâ haud quaquam fundata, Decretalium poſteriorum principia abſque ullo ſcrupulo, præſertim cùm in ſuos favores eſſent, amplecterentur, innixáſque his principiis Conſtitutiones, Declarationes, Bullas aliáque reſcripta Apoſtolica & clauſulas pro primo veluti ſuorum ſtudiorum fundamento ponerent. Barthel *de Concord. Germ. Diſſ. III. in Præfat. n.* 3. 4. Hæc una ratio perſuaſit Nicolao I. ut ſe acerrimum vindicem Epiſtolarum Iſidori præſtaret, quo faciliùs Epiſcopos Romanæ Sedi ſine medio ſubjiceret. Ex iis enim novas illas regulas veteribus Canonibus incognitas, conſtituit, ſcilicet 1.) Ut nulla Synodus Provincialis Epiſcoporum criminales cauſas definiat inconſultâ Romanâ Sede: 2.) Ut nulla Synodus præter Sedis illius auctoritatem cogatur. His duobus Capitibus præcipuum diſcrimen juris antiqui & novi continetur. de Marca *Lib. III. Cap.* 6, *n.* 1. Nihil itaque eſt quod Conciliis Provincialibus ultimam pernitiem intulit quam ſpuriæ Decretales. Quamvis enim poſteriores Canones dictarum Synodorum celebrationem ſæpius mandaverint nihilominus earum uſum non valuerunt reſtituere; quia mala illa non ſunt reſecta: quæ Synodorum celebrationem interruperunt. Oberhauſer *in Prælect. Canon. Lib. II. Decretal. pag.* 13. Generatim adnotaſſe ſufficiat, Decretales Iſidorianas plurimum detraxiſſe poteſtati Metropolitanorum & Synodorum Provincialium, & illarum cauſâ controverſias quamplures exortas fuiſſe inter Epiſcopos & Archiepiſcopos, quarum veſtigium agnoſci poteſt in Can. 1. Diſt. XIX. Berardus *Comment. in Canones Gratiani Tom. I. in Præfat. pag.* 32.

Tom. I. p. 199.
Tom. I. p. 783.
Tom. I. p. 252.
Tom. II. p. 394.
Tom. II. p. 395.

pag. 32. Graviora mala, quæ per receptionem Iſidorianarum Decretalium in Eccleſiam irruerunt, & in eadem etiamnum perſtant, deſcripſere Petrus Couſtant, Georgius Zallwein, Caſparus Berthel, Zegerus van Eſpen, Petrus Gibert, Carolus Sebaſt. Barardus, Claudius Fleury &c. ſunt autem ſequentia: Debilitati penitus fractique diſciplinæ nervi; conturbata Epiſcoporum jura; ſi non ſublatæ, ſaltem miſerum in modum afflictæ judiciorum leges; integra ferè ceſſatio Synodorum; frequentiſſimæ ad Romanam Sedem provocationes; juri veteri Eccleſiaſtico abolendo, ac dominatui monarchico in Remp. Chriſtianam invehendo, certiſſima fundamenta poſita; Evangelica à Chriſto inſtituta & ab Apoſtolis obſervata Diſciplina eradicata, ima ſummis permixta, & omnia ſúsque déque verſa &c. *Tom. II. p.* 104. *ſeq.*

Sic juri antiquo, univerſalis Eccleſiæ aſſenſu roborato; ſucceſſit jus novum, in Collectione Iſidori comprehenſum, quod ab anno 836. publicari cœpit, & adnitente Nicolao I. cæterisque RR. Pontificibus, per Occidentis provincias paulatim invaluit. Marca *Lib. III. Cap.* 5. *n.* 1. *Tom. II. p.* 308. Etſi autem Nicolaus I. falſas illas veterum Pontificum Decretales admiſiſſet, non ideo tamen nos illas admitteremus, ſed reſpondemus appoſitè, illum Pontificem æſtu contentionis abreptum id aſſeruiſſe, ut novum jus Romanæ Sedi vindicaret, hisque fundamentis ſuperſtrueret. Natal. Alexander *l. cit. pag.* 217. *Tom. II. p.* 307. Nulla hic valet favore Decretalium Iſidori poſſeſſio, nulla præſcriptio, nulla uſucapio. Quot non habemus opiniones antiquatas, quæ olim ingenti cum applauſu defenſæ, nunc verò temporis é ſolio ſuæ authoritatis optimo jure dejectæ ſunt. Neque exiſtiment Doctores ex harum Epiſtolarum proſcriptione Eccleſiæ generari præjudicium: quantum enim præjudicium illæ attulerint Eccleſiæ, ex Petro Couſtantio diſcant. Zallwein *Tom. II. p.* 105. *Tom. II. pag.* 253. Etenim ſi poſteriora ſæcula jus habent corrigendi priora, cùm aliquo experimento rerum aperitur quod clauſum erat, & innoteſcit quod latebat, ùt S. Auguſtinus ait

Lib. II. de Bapt. Cap. 3, non mirum, quòd Concilia & Au-
Tom. II. p. ctores, qui poſt octavum ſæculum floruerunt, viri hujus ſæ-
305. culi doctiſſimi, emendent in rebus criticis, quarum media
ætas rudis erat, Natalis Alexander *l. cit. pâg.* 215.

II.

GRATIANUS in ſuo *DECRETO* non niſi corruptis &
depravatis, à primorum Conciliorum ætate recedentibus Ca-
nonum Codicibus uſus eſt. Unde non niſi depravatæ inter-
pretationes, ſententiæ gloſſematibus intermixtis adauctæ, imò
Tom. II. p. etiam aliquando in contrariam ſignificationem detortæ oriri po-
432. tuerunt. Berardus *in Præfat Obſerv.* 6. Hoc Decrerum conti-
net multa falſa, adulterina, juribus etiam Pontificum contra-
ria; attamen etiam ex adverſo ad amplificandam eorum autho-
ritatem opportuna, ex Epiſtolis Iſidorianis deprompta, cum
Tom. IV. doctrinis catholicis non bene cohærentia. Zallwein *Tom. II.*
Diſſ. VI. Cap. *pag.* 252. *&* 287. *Tom. III. pag.* 205. Gratianus, ut ſinceros
3. *n.* 1. & 6. Canones cum fragmentis deſumptis è falſis Decretalibus con-
ciliare videretur, varia in diminutionem authoritatis Concilio-
Tom. II. p. rum Epiſcopalium adinvenit. Marca *Lib. VI. Cap.* 14. *n.* 13.
395. Van Eſpen *Comment. in Part. I. Gratiani Diſt. XVIII.* Multa
tum in ejus Decreto, tum in Decretalibus continentur, quo-
rum occaſione & multa ſuccreverunt, & ſuccreſcunt ſchisma-
Tom. I. p. ta in utraque Republica. Gerſon *de Modo reformandi Eccleſiam*
292. *in Concilio Cap. V.* Magna quidem eſt auctoritas Gratiani; nun-
quam tamen Pontificia auctoritas, ut in foro legem faceret,
nequidem poſt Romanam correctionem, à Gregorio XIII. illi
fuit accommodata. Eam igitur vim & auctoritatem ſinguli
Canones habent, quam merentur, ex ſuo fonte, ſi illi accu-
ratè reſpondere deprehendantur; multi autem nævi in hac
Collectione deprehenduntur, tum propter defectum notitiæ
Tom. IV. veteris Hiſtoriæ, omnisque exquiſitæ literaturæ, qua Auctor
Diſſ. VI. Cap. carebat, tum quòd ex impuris rivis, non ex fontibus, plera-
3. *n.* 1. que hauſerit. Zech *Prœcogn. Juris Can. Tit. XIV.* §. 287. *ſeq.*
Equidem ab eo tempore quo Gratiani Decretum receptum cre-
ditur,

Digitized by Google

ditur, novum jus per illud in Eccleſiam invaſit; attamen receptio illa in & cum effectu facta non eſt, obſtante errore & per conſequens defectu conſenſûs eorum, qui illud recepiſſe putantur. Zallwein *ll. cit.* Et ſi unquam Decretum iſtud vim legalem univerſalem habuiſſet, eam noſtris temporibus, magnâ ſaltem ex parte, deperdidiſſet, quibus ope Critices tot notantur ſpuria, adulterina, falſa, novioribus juribus, hodiernæ diſciplinæ contraria, juribus etiam Pontificis præjudicioſa, imò aliqua non bene cum doctrinis Catholicis cohærentia. Et fortaſſis hæc ipſa fuit ratio, cur Pontifices prudenti uſi œconomia, Decretum iſtud ex integro approbare approbatione publicâ non voluerint; cæterùm verò illius uſum tacitè promovere in judiciis non deſierint &c. Zallwein *cit. Tom. II. pag.* 287. *Tom. IV. Diſſert. VI. Cap. 3. n. 1. & 6.* *ibid.*

Epiſtolæ *DECRETALES* originem trahunt à Relationibus & Conſultationibus jam in primitiva Eccleſia ad Romanam Eccleſiam factis, utpote quam omnes totius orbis Catholici Præſules velut Matrem omnium Eccleſiarum, & in ea Epiſcopum Romanum tanquam Primatem totius Eccleſiæ ſuſpexerunt. Ad hunc igitur in cauſis dubiis ad Eccleſiaſticam Diſciplinam pertinentibus confugiebant ut ſuam ſententiam ediceret, & *inſtar ARBITRI ſupremi* decerneret, quo jure, qua lege eſſet vivendum. Zallwein *eod. Tom. II. pag.* 292. Cæterùm quanquam plures textus ſpurii, vel certè ſuſpecti ex Gratiani Decreto in Decretales Gregorii IX. aſſumpti & relati fuerint, nihilominus ad eos tanquam genuinos in praxi provocatur. Zallwein *Tom. II. pag.* 287. Interim ex Decretalium principiis ſæculo XII. velut ex equo Trojano, præter alios inſignes abuſus, præruperunt quoque exceſſivæ beneficiorum reſervationes, exſpectativæ, commendæ, taxæ pecuniariæ, annatæ &c. Barthel *in Concord. Germ. Diſſ. III. in Præfat. n.* 18. Summatim in omnibus Juris Canonici partibus Libri Decretalium ordini & poteſtati Epiſcopali exitiales ſunt: ſcilicet in introducto novo judiciorum Eccleſiaſticorum ordine, in appellationibus à Synodis Provincialibus ad Romanam Curiam, in diſcretione *Tom. IV. Diſſ. VI Cap. 2. n. 7.* *cit. Cap. 1. n. 3.* *Tom. IV. Diſſ. I. Cap. 4. n. 2.*

 benefi-

Digitized by Google

beneficiorum à ſacris ordinationibus & ſubſecutâ illorum reſervatione, in exemptione & privilegiis Monachorum; in adinventis novis matrimonii impedimentis, eorúmque reſervatione; in novis excommunicationum formulis, pœnitentiarum & abſolutionum modis &c. Marca *Lib. III. Cap. 6. n.* 4. Inter reliquas etiam diſſidii Sacerdotium inter & Imperium cauſas facilè palmarium fuere enatæ ſæculo XII. Decretaliſtarum principia avidè & paſſim recepta. Barthel *l. cit. n.* 20. Quare non niſi ſublatis Decretalium principiis diſcordiarum & labefactatæ Sacerdotium inter & Imperium pacis ac concordiæ in ſarciendo proficuus demum labor eſſe poteſt. Idem *ibid.*

Tom. IV. Diſſ. IX. Cap. 1. n. 12.

Tom. I. pag. 786.

Decretales Gregorii IX. ſequuntur *SEXTUS DECRETALIUM ET CLEMENTINÆ.* Quis fecit hos Libros, inquit Gerſon *Tract. de Modo reformandi Eccleſiam in Concil. Cap. V.* & mox reſpondet: Arrogantia, ſuperbia, juris Ordinariorum uſurpatio, Imperatorum Romanorum injurioſa detractio, & eorum alliorúmque poteſtatis perículoſiſſima ſuppreſſio, & alia multa in ſpiritualis & ſæcularis Reip. læſionem malitioſè & pertinaci ambitione fabricata.

Tom. I. pag. 292.

Itaque noſtris temporibus nova Collectio Canonum & Decretalium ſummè neceſſaria eſt; ut quæ ſint jura particularia Pontificum & Epiſcoporum, Eccleſiarum particularium & Eccleſiæ univerſalis, eò luculentius conſtaret, ne toties de regundis finibus agendum ſit. Zallwein *Tom. II. pag.* 309.

Tom. IV. Diſſ. VI. Cap. 3. n. 11.

III.

STATUS ECCLESIÆ.

Claves, id eſt omnem poteſtatem ſacram, toti Eccleſiæ à Chriſto immediatè datas eſſe, demonſtrant, & multis auctoritatibus firmant Natalis Alexander *Hiſt. Eccleſ. ſæc. XV. & XVI. Differt. VIII. n.* 54. Andreas Eſcobar, Alphonſus Toſtatus, Antonius Periera &c, &c. Eccleſiaſticam Monarchiam, ſub

Tom. I. p. 39. Tom II. p. 180. Tom. VI. Diſſ. II. Cap. 2.

Digitized by Google

ſub Chriſto precipuo Monarcha conſtitutam, ad formam Monarchiæ ſæcularis penitus inſtitutam eſſe, falſiſſimum eſt. Chriſtianæ Reip. forma ſcripturis & Traditione demonſtranda, non ex proprio cerebro, vaniſque ratiocinationibus effingenda eſt. Boſſuet *Lib. XIII. Cap.* 15. Ex Chriſti inſtituto regiminis Eccleſiaſtici forma hæc eſt, ut diverſis Paſtoribus committatur, quorum unus ſit Caput Collegii ad tuendam unitatem: hoc eſt, ut Politicorum verbis explicetur: Status Eccleſiæ eſt Monarchicus ex Ariſtocratico regimine temperatus. de Marca *Diſſert. de Forma regiminis à Chriſto inſtituta. Num.* 4. Veriùs forma regiminis Eccleſiaſtici, propriè loquendo, nec eſt Monarchica, nec Ariſtocratica. nec Democratica. In his enim tribus formis regiminis reperitur poteſtas dominativa; hoc eſt poteſtas pro libitu regendi, obligandi, legibus ordinandi & cogendi invitos. Econtra in regimine Eccleſiaſtico nihil pro libitu, ſed omnia ſolùm fiunt *miniſterialiter* pro executione legum anteriorum, puta Naturalium, Divinarum & Conciliarium ſeu Collegialium, quas vel Deus anteriore jure naturali ac divino, vel conſenſus Eccleſiarum, vel conſuetudo populorum ſenſim pro lege induxit. Amort *Elementa Juris Canon.* *Tom. III. Diſſ. I. pag.* 5. Natura regiminis Eccleſiæ meliùs cognoſci non poteſt,quàm obſervando conſiderandó quæ modum, quo gubernata eſt per Apoſtolos & ſucceſſores iſtorum, usque ad Concilia generalia, per novem priora ſæcula, in quibus celebrata ſunt octo priora hujus generis. Porro, quamdiu vixerunt Apoſtoli, Eccleſia gubernata non eſt à Petro ùt Monarcha, ſed ab Apoſtolis conjunctim cum illo. Gibertus *in Prolegom. Corp. Juris. Can. Tom. I. pag.* 111. Si Traditionem Eccleſiæ conſulimus, vix ullum in antiquis reperimus veſtigium indubitatum regiminis monarchici, usque dum poſt ſæculum VIII. authoritas Pontificis majora indies accepit incrementa, & ſucceſſivè ad eum dominatùs apicem, quem hodie poſſidet, aſcendit. Zallwein *Tom. I. pag.* 312.

Tom. IV. Diſſ. II. Cap. 1. *n.* 2.

ibid.

Tom. II. p. 332.

Tom. IV. Diſſ. II. Cap. 1. *n.* 2.

Tom. IV. Diſſ. VIII. Cap. 3. *n.* 3.

Digitized by Google

apud eos pro jure Canonico non habentur alii Canones, quàm quos vel univerſalis Eccleſiæ conſenſus vel particularis regni uſus recepit. Fleury *Inſtit. Juris Eccleſ. Part. III. Cap.* 25. Itaque Leges ſeu Conſtitutiones Pontificum vi & effectu deſtituuntur, antequam particularium Eccleſiarum (id eſt, Epiſcoporum, & eorum de Clero, qui Conventibus publicis intereſſe ſolent) ſuffragio & conſenſu roborentur. de Marca *Lib. II. Cap.* 16. *n.* 5. 6. 8. *Cap.* 17. *n.* 1. *ſeqq.* Cenſetur autem etiam Papa ſuas unà cum Epiſcopis leges condere, quando hi eas ſuis in Synodis promulgant. Couſtant *cit. Præfat. pag.* 53. *Tom. IV. Diſſ. VI. Cap.* 1. *ibid.*

Porro Canones non promulgati in provinciis non obligant. Cabaſſutius *Juris Can. Theoria & Praxis Lib. I. Cap.* 4. *n.* 4. *ſeqq.* Marca *Lib. II. Cap.* 15. *n.* 7. *Tom. IV. Diſſ. VI. Cap.* 2. *n.* 4. & 8.

VI.

CONCILIA GENERALIA.

Ante ſæculum IX. generalia Concilia ſolorum Romanorum Imperatorum auctoritate convocata fuiſſe tradit & probat Natalis Alexander *Tom. IV. pag.* 210. & 384. *Tom. V. pag.* 67. 245. 502 599. & 746. *Tom. VI. pag.* 284. &c. Si Concilia generalia ſæpius celebrata fuiſſent, veroſimile eſt, quòd hoc nefandum ſchiſma (ſæculi XIV.) non tam diu perduraſſet, nec fortè ſchiſma Græcorum. Unde hujusmodi ſchiſmatibus debuiſſet citò per Concilium generale provideri. Ut in primitiva Eccleſia docuerunt Apoſtoli prout legitur Actorum VI. & XV. Petrus de Alliaco *in Actis Concil. Conſtant. Tom. I. Part. VIII. pag.* 412. Aliqui ſunt caſus ardui neceſſariò reformandi, in quibus non poteſt commodiùs quàm per generale Concilium provideri. Sicut patet primò de reformatione Romanæ Cùriæ, quæ, ùt infra dicetur, neceſſaria eſt; & tamen non niſi per generale Concilium fieri poteſt. Et ideo non debet Romana Curia indignari, ſeu reſpuere à generali Concilio reformari. Card. Alliacenſis *l. cit.* Eccleſia vel generale Concilium poteſt congregari *Tom. IV. Differt. VII. Cap.* 3. *n.* 7. *Tom. I. p.* 410. *Tom. I. p.* 411.

gregari ſine expreſſo conſenſu vel mandato Papæ etiam ritè ele-
Tom. IV. Diſſ. V. Cap. 2. n. 6. cti & viventis in multis caſibus. Gerſon *Tom. II. col.* 135. 172. 205. & 344. Hos caſus ipſe diligenter enumerat, tum in Sermone *Ambulate dum lucem habetis*, tum in aliis Tractatibus. Etiam propter injuſtas diſpenſationes, vel mandata inſolentia, quæ in perniciem Eccleſiæ procedunt, poſſet convocari & congregari Concilium contra voluntatem Papæ; ut, ſi reſiſteret,
ibid. obviaret ejus inſolentiæ. Franciſcus de Victoria *Relect. II. de Poteſtate Papæ Num.* 24. *pag.* 162. Caſu quo Pontifex Concilio adeſſe non velit, aut non poſſit, non eapropter Concilium acephalum redditur. Enim-verò Pontifex rationem quidem primi Epiſcopi habet, ſed non ſolus eſt Epiſcopus in Eccleſia, nec defuncto Epiſcopo Romano Eccleſia univerſa vacare cenſetur. Ut ergo ſublato Pontifice Eccleſia non vacat, ita nec renuente Pontifice acephala eſt. Eſt Pontifex in Concilio Præſes,
Tom. II. p. 473. quo genere officii ſi primus defungi nolit, ordine ſecundus aut tertius, & ſic de reliquis, potietur. Oberhauſer *Prælect. Juris Can. Lib. II. pag.* 148. Papa dicitur Caput Eccleſiæ ſecundùm metaphoram: ablato enim Capite â corpore deſinit vita corporis; non ſic ablato Papâ ab Eccleſia ceſſat vita Eccleſiæ, cùm Eccleſia ſine Papa vivat. Solus igitur Chriſtus eſt Caput Eccleſiæ, dans ei ſenſum, & motum; & omnem ſpiri-
Tom. II. p. 621. tualem influxum. Academia Cracovienſis apud Bulæum *Hiſt. Univ. Paris. Tom. V. pag.* 489.

Vidimus Romanorum Pontificum in Conciliis œcumenicis judicia retractata; de his quæſtionem habitam; quæſtione habitâ Cœleſtini, Leonis, aliorúmque probata judicia: Vigilii atque Honorii reſcripta improbata fuiſſe, neque quidquam à Sancta etiam Sede profectum, aut à Patribus, aut à
Tom. I. p. 368. Romanis etiam Pontificibus, pro irrefragabili eſſe habitum, niſi poſtquam Eccleſiæ conſenſus acceſſit &c. Boſſuet *Lib. XIII. Cap.* 20. Libenter ab adverſariis quærerem, ludántne nos Synodi, cùm abſolutè ac decretoriè pronuntiant: *Si quis non ita ſenſerit, anathema ſit.* Ac nimis profectò ineptiunt,

qu-

qui hæc anathemata intentari reſpondent à Synodis ſub ratihabitione & confirmatione futurâ ipſius Pontificis; at ſaltem audiant has formulas ab omnibus Synodis frequentatas, quæ effectum ipſum denotant: *Ab Eccleſia projecimus*, *privavimus*, *nudavimus omni dignitate*. Ac rurſus alio modo: *Nudatus eſt*, *privatus eſt*, *projectus eſt* &c. Boſſuet *Lib. XIII. Cap.* 10. *Tom. I. p.* 393.

Eccleſia vel Generale Concilium, quamvis non poſſit tollere plenitudinem poteſtatis à Chriſto ſupernaliter collatæ, poteſt tamen uſum ejus limitare ſub certis regulis in ædificationem Eccleſiæ, propter quam Papalis auctoritas collata eſt. Et in hoc eſt totius Eccleſiaſticæ reformationis ſtabile fundamentum. Gerſon *Opp. Tom. II. col.* 205. *Tom. II. p.* 183. Quis ſanæ mentis dubitare poteſt, Concilium absque diminutione veræ poteſtatis & privilegii Sedis Apoſtolicæ, tam in abuſum, quàm in abutentem, poteſtatem habere pro ſui ipſius conſervatione? Quare univerſaliter dici poteſt, Univerſale Concilium habere poteſtatem immediatè à Chriſto, & eſſe omni reſpectu tam ſupra Papam, quàm ſupra Sedem Apoſtolicam. Et hanc ſententiam probant plura Geſta & Canones & rationes. Card. Cuſanus *Lib. II. Cap.* 17. *Tom. II. p.* 184. Nationum & Academiarum Galliæ, Hiſpaniæ, Germaniæ communem fuiſſe & eſſe doctrinam de Concilii generalis auctoritate ſupra Papam, docent Acta Univerſitatis Pariſienſis ab anno 1303. ad annum 1664. Hiſpanorum Scriptores doctiſſimi: Andreas Eſcobar, Joannes de Segovia, Alphonſus Toſtatus, Dominicus Sotus, Martinus Navarrus, Didacus Payva, Petrus & Alphonſus Guerrerius, Didacus de Alava, Antonius Periera &c. ex Germanis præter complures Theologos & Canoniſtas celeberrimos, Univerſitates Colonienſis, Viennenſis, Erfordienſis; demum ipſa Romanorum Imperatrix Auguſtiſſima Regina Maria Thereſia in ſuo Edicto anni 1769. *Tom. IV. Diſſ. II. Cap.* 4. 5. 6. Quinimo, non tota ſolùm Germanica Natio in Concordati Principum œcumenicorum Conciliorum præ Papa ſuperioritatem ipſa aſſeruit, ſed & ipſimet Pontifices Eugenius IV. & Nicolaus V. eandem ſolemni & publicâ conventione agnoverunt & firmârunt. Barthel. *Diſſert. III. Cap.* 1. *n.* 14. 15. *Tom. I. p.* 795.

Digitized by Google

Conſtat in generalibus Conciliis factos eſſe plurimos Ca-
nones ad regulandas actiones ſummorum Pontificum. Ex
quo docemur, quòd Eccleſia ſe habet ad Papam ùt formalis
cauſa. Poteſtas enim Papæ eſt informabilis & dirigibilis per re-
gulas Eccleſiæ. Unde manifeſtè patet, quòd illud verbum:
Nemo poteſt dicere Papæ, Cur ita facis? vel ſimile, generale
Tom. II. p. Concilium non comprehendit. Joannes à Segovia *de Eccle-*
221. *ſiaſtica poteſtate* apud Hermanum von der Hardt *Tom. IV. pag.*
7. Caveat autem univerſalis Eccleſia, ne Papæ concedat facul-
tatem diſpenſandi in generalibus Conciliis; etenim per abu-
ſum talis facultatis ſtatuta quatuor primorum generalium Con-
Tom. I. p. ciliorum everſa ſunt. Gerſon *de Modo reformandi Eccleſiam in*
324. *Concil. univ. Cap. XVII.*

V.

LEGITIMUS USUS ROMANI PRIMATUS.

Convenit quidem omnibus orthodoxis de Primatu Sedis
Apoſtolicæ divinitùs inſtituto, quoad *intrinſeca & eſſentialia*
Tom. III. p. ejusdem Primatûs; ſed de *accidentaria* ejusdem extenſione,
275. noviter ſuperinductis reſervatis, non ita convenit. Inde con-
certationes, querelæ, motus &c. Barthel *Diſſert. II. Cap. 1.*
Sect. 1. n. 15. Etenim ob memoriam & honorem S. Petri non-
nulla ab Eccleſiis & Epiſcopis Romanæ Sedi tributa ſunt, quæ
Tom. III. p. proprio jure non obtinebat. Baluzius *in Notis & Addit. ad P.*
346. *de Marca Lib. III. Cap. 16. pag. 201.*

Generatim S. Petri Apoſtolorum Principis in Romana Se-
de ſucceſſoribus ea debetur ſubjectio, quam ſancta Concilia
Tom. II. p. ſanctique Patres Chriſtianos *ubique* docuerunt. Boſſuet *in Ex-*
374. *poſitione Doctrinæ Catholicæ Art. XXI.* Hoc cùm circa Ponti-
ficiam infallibilitatem Concilia & Patres non præſtiterint, in
rebus autem fidei certitudo divinæ auctoritatis in definiente
requiratur; hinc ſequitur Pontificiam inerrantiam, quam tan-
topere jactitant Ultramontani, nullius in fidei controverſiis

mo-

momenti eſſe. Colletus *Inſtit. Theol. Tom. II. pag.* 592. Quare viris ſanctis bonisque fraudi non fuit, quòd Romani Pontificis, recta etiam ſentientis, pronuntiato non ſtatim adhæſerint, antequam ſcilicet Catholicæ Eccleſiæ auctoritas acceſſiſſet. Bo-Boſſuet *Lib. XIV. Cap.* 25. *Tom. I. p.* 88.

Poteſt & debet Pontifex ex officio & vi poteſtatis ſibi collatæ Unitatem tueri; erudiendo ignaros, & contumaces ligando, ſive cenſuris præcludendo, cujuscunque ſint conditionis, ſive Epiſcopi, ſive Clerici, ſive Laici. Regiminis enim ſemel conſtituta forma expoſcebat, ut ſciremus Apoſtolos quoque ipſos huic regulæ à Chriſto præſcriptæ ſubditos fuiſſe. Pares quidem in cæteris erant Petro; ſed in retinenda unitate eum reſpicere debebant ùt totius Collegii Caput, & Rectorem unitatis. de Marca *de Diſcrim. Cleric. Cap.* 3. *n.* 11. & 22. *Tom. III. pag.* 33. Fuit hæc prærogativa Romani Pontificis, ut ſi quæ de Eccleſiaſticis Canonibus dubietas in Provincia aliqua emergeret, ad Papam referretur; non quaſi penes ipſum eſſet ſtatuendi jus; hoc enim cauſæ judicium erat penes Synodum: ſed tantùm ut conſilium & ſententiam ſuam expromere Romanus Epiſcopus rogaretur. Id verò etſi honorificum maximè, tantum tamen abeſt, ut dominandi definiendique jus aſtruat, ut idem quoque jus Epiſcopo Conſtantinopolitano in Oriente delatum videamus. Gothofredus *Comment. ad Cod. Theodoſ. Tom. VI. Part.* 1. *pag.* 101. *Tom. IV. Differt. VII. Cap.* 3. *n.* 5. Prærogativæ Romano Pontifici jure divino competentes in his conſiſtunt: *a*) Invigilare, ut Eccleſiæ Decreta, tum circa fidem, tum circa mores, illibata ſerventur. *b*) Tueri Epiſcopos adverſùs eos, qui illos injuſte opprimunt, vel eorum juribus detrahunt. *c*) Judicare de controverſiis fidei & morum, tum maximè, quando Epiſcopi inter ſe diſſentiunt, vel pares non ſunt ad illas ſopiendas, accedente conſenſu Eccleſiarum. *d*) Ubi privatis Eccleſiis judicio ſummi Pontificis non acquieſcentibus, mota controverſia magis excandeſcit, indicere Concilium Generale, eique præſidere. Lud. Habert *Theol. dogmat. & moral Tom. VII. pag.* 303. *Tom. III. pag.* 343.

Si quis dixerit, eo quòd Rom. Pontifici jure divino ab omnibus obedientia vera deberi fide Catholicâ credatur, quidquid ille ſcripſerit, edixerit, juſſerit, quocunque in negotio, in jure, in facto, in Eccleſia, in Rep. nihil niſi obediendum eſſe, neque unquam obripi poſſe, aut mala ſuaderi, occupa-
Tom. IV. tiſſimo licèt, ſed ſtandum ubique jubentis voluntati, in eóque
Diſſ. IX. Cap. veram repoſitam eſſe pietatem, inſaniet certè. Boſſuet *Lib. I.*
2. n. 2. *Cap.* 1. Attendant & feriò conſiderent Doctores, ne dum vanis&ſpecioſis aſſentationibusultra verumPontificii arbitrii libertatom attollere præſumunt, ejuſdem realem authoritatem magis & reapſe deprimant anſámque præbeant, ut ipſum indubita-
Tom. I. p. tum Pontificis Romani Primatum illis, qui adverſum nos ſunt,
508. odioſum reddant. Barthel *Diſſ. II. Sect.* 5. *n.* 2.

Aliud eſt Eccleſia quæpiam, aliud ejus Epiſcopus. Hinc inter Romanam Eccleſiam & Romanum Pontificem Dictatus Gregorii VII. lucidè diſtinguit. Quin & aliud eſt Epiſcopus & ejus Cathedra: aliud Apoſtolica Sedes, aliud Pontifex Ro-
Tom. II. in manus. Quare & in Evangelio dicit Dominus: *Super cathe-*
Præfat. Not. *dram Moyſi ſederunt ſcribæ & Phariſæi.* Chriſtianus Lupus *Opp.*
4. *Tom. V. pag.* 358. *edit. Venet.* Sanctus Columbanus in Epiſtola ad Papam Bonifacium eum monet, ut qui Petri, qui claves accepit, ſucceſſor eſt, eâ poteſtate bene utatur. *Tamdiu enim,* inquit, *poteſtas apud vos erit, quamdiu recta ratio permanſerit. Ille enim certus regni cælorum clavicularius, qui dignis per veram ſcientiam aperit & indignis claudit.* Hæc inſinuanda ſunt
Tom. II. p. Romanis. Multi enim RR. Pontifices ab hac regula diſceſſe-
625. runt. Baluzius *in Notis ad Opp. S. Cypriani pag.* 501. *edit. Bened.* Quid tam neceſſarium, quam bonum pacis inter Pontificem & Epiſcopos? Plenitudini Pontificiæ ſpiritualis poteſtatis ex animo aſſentimur, ſed uſum hujus poteſtatis & exercitium ſemper bono pacis, charitati, utilitati, neceſſitati Eccleſiæ, juſtitiæ & ſanctitati ſerviiſſe hoc opere toto per omnium retrò
Tom. I. p. ſæculorum ſeriem demonſtrare aggreſſi ſumus. Thomaſſinus
592. *Tom. I. in princip. Not.* 27.

VI.

VI.

ABUSUS PONTIFICIÆ POTESTATIS.

Romani Pontifices ſuas nimiùm extendunt fimbrias, ſibi-
que attribuunt quod eſt Eccleſiæ proprium. Almainus *Opp.* Tom. III.
Gerſon. Tom. II. col. 998. Mos inter antiquos obtinuit, quòd p. 60.
omnia difficilia per Concilium terminabantur, & crebrò fie-
bant. Poſtea verò quidam ſummi Pontifices, qui magis ad mo-
dum terrenorum Principum, quâm Apoſtolorum Eccleſiam
rexerunt, non curarunt facere Concilia: ex qua omiſſione pro-
dierunt multa mala &c. Card. Zarabella *Tract. de Schiſmate* Tom. III.
pag. 559. *ſeqq.* Creſcente Clericorum avaritiâ, & Papæ cupi- p. 90.
ditate, poteſtas & auctoritas Epiſcoporum quaſi videtur exhau-
ſta, & totaliter diruta; ita ut qui in primitiva Eccleſia æqualis
poteſtatis cum Papa erant, non videantur niſi ſimulacra depi- Tom. III. p.
cta. Gerſon *Opp. Tom. II. pag.* 172. Plenitudo Pontificiæ po- 54.
teſtatis non ſic eſt intelligenda, quaſi poſſit immediatè jurisdi-
ctionem pro libitu exercere in Epiſcoporum diœceſanos. Ger- Tom. IV.
ſon *cit. Tom. II. col.* 256. Fleury *Differt. de Libert. Eccl. Gall.* Diſſ. VI. Cap.
pag. 422. 442. &c. 5. n. 2.

Quæ quantáque vel adventitia vel mixta jura, vel extra
ſpirituales limites protracta Eccleſiaſtica poteſtas mala invexe-
rit, turbas moverit, & quantæ Religionis ſpecie orbi Chriſtia-
no offenſioni fuerit, facilè deprehendet is, qui ſinceris ocu-
lis Hiſtoriam Eccleſiaſticam perluſtraverit. Auctor Libri *de Po-* Tom. II. p.
teſt. Eccl. & temp. an. 1768. *Venetiis impreſſi in Præfat.* Id de- 588.
trimenti accidit ſequioribus ſæculis, ut cùm quondam Prima-
tus per Canones ordinatus Centrum unionis reſpiceretur, poſt-
hac ultra limites antiquos extenſus à Schiſmaticis & Hæreticis Tom. II. p.
ſumeretur in petram ſcandali. Melchior Canus *Loc. Theolog.* 133.
Lib. V. Cap. 5. *Concl.* 3. Barthel. *Differt. II. Sect.* 2. *n.* 5. Ober-
hauſer *Prælect. Jur. Can. Lib. I. pag.* 179. Cauſas ſchismatum
tam Græcorum quàm Latinorum Cardinalis de Alliaco, An-
dreas Epiſcopus Magorenſis, Card. Julianus Concilii Baſileen-

Digitized by Google

Tom. III. p. 225. Tom. IV. Diſſ. I. Cap. 4. n. 3. ſeqq. Diſſ. IX. Cap. 1. n. 16. ſeqq. ſis Præſes, novem à Paulo III. delecti Prælati, Orthuinus Gratius, & alii viri egregii poſuerunt in gravaminibus, quæ Romana Eccleſia aliis inferioribus Eccleſiis & Prælatis intulit.

Quia Eccleſia Romana ſe ipſam humiliare, vel tot flagellis attrita, contempſit, rectè ab illo, qui plus æquo exaltata humiliat, eliſaque & humiliata erigit, priùs humilianda erat, ut in gratiam, à qua exciderat, rediret, poſtea erigenda & *Tom. III. p. 271.* ſublevanda: priùs deſolanda, poſtea conſolanda: priùs percutienda, poſtea ſananda. Nicolaus de Clemangis *de corrupto Eccleſiæ ſtatu. Cap.* 28. *p. m.* 26. Interim unum ex præcipuis obſtaculis, quæ hæreticos morantur, ne Eccleſiæ Romanæ ſinum repetant, eſt nimia elatio Pontificiæ authoritatis. Lud. Maimburgus *Lib. de Inſtit. & privileg. Rom. Eccleſiæ. Epiſt. ad Regem.*

VII.

CONCILIUM TRIDENTINUM.

Cùm tandem poſt diutinas moras & negotiationes Pontificem inter & Nationem Germanicam, conventum eſſet, ut univerſalis Synodus in terris Imperii, & nominatim in urbe Tridentina, celebraretur, mox plura libertatem Concilii, præſertim quoad Nationum gravamina & abuſus Curiæ, fecere ſuſpectam; & imprimis quidem clauſula & facultas mandato Legatis Pontificis dato inſerta, Concilium in civitate Tridenna ſupprimendi & diſſolvendi, ac in aliam, prout ipſis videbitur, transferendi, apud Raynaldum *ad an.* 1545. *n.* 2. qua etiam facultate deinde, invito & reclamante Imperio, cum magno Catholicæ Religionis damno uſi ſunt. Eisdem Legatis ſuis & Concilii Præſidibus Paulus PP. III. in mandatis dedit, ne permitterent tractari de abuſibus Curiæ & querelis adverſus eandem. Raynaldus *eod. an. n.* 47. Vetuit item Papa, qui ipſe per Legatos in Synodo comparuit, ne abſentes Epiſcopi mandatarios ad eam mitterent. Idem *an.* 1546. *n.* 7. Impedivit

pedivit quoque, ne (quod in Synodis Conſtantienſi & Baſileenſi proſperè factum fuerat) per Nationes vota colligerentur. His mediis certam Italis votorum majoritatem aſſeruit. Fleury *eod. an.* 1546. *n.* 35. Noluit etiam quidquam adverſùs Cardinales (penes quos ſumma rerum Curiæ eſſe noſcitur) ab Epiſcopis proponi. Raynaldus *d. an.* 1546. *n.* 68. Tandem Legatos Præſides dominatum in Epiſcopos exercuiſſe, pluribus factis probatur apud Fleury *an.* 1546. *n.* 31. 33. 104. 108. *ſeq.* Raynald. *eod. anno n.* 67. *& ſeqq. n.* 126. *& ſeq. an.* 1547. *n.* 3. *&c.* In Conventu Bellaquenſi an. 1560. Carolus Marillacus Viennenſis Archiepiſcopus dixit, neminem non ſcire, quantos labores Carolus V. Imp. in Concilio procurando ſuſceperit, & quibus ludificationibus uſi ſint Pontifices, ut eum ſpe laudabili, quam animo pius Princeps conceperat, fruſtraretur. Thuanus *Hiſt. Tom. I. Lib. XXV. pag.* 762. *Tom. I. pag.* 711.

Omne malum fatebantur Tridentini Patres à pravâ conſuetudine invectâ originem trahere: Eſſe eundem fontem hæreſium ajebant. Poſtquam igitur conventum, ut eodem tempore dogmata perluſtrarent, ac de tollendis diſquirerent erroribus, & ut conjunctim hæc duo pertractanda aſſumerentur, Legati idem ſe comprobare ſimularunt. Sed ubi ad mores ac diſciplinam pedem promoverunt, tam pauca geſta ſunt, & quæ tot modis atque limitibus circumſcripta, ut longè præſtitiſſet, hoc quidquid erat, ſuo loco fuiſſe relictum. Pudor enim erat omnia Romæ iterum reſcindi. *Tom. I. p.* 456. Franciſcus de Vargas *in Commentario Quis ordo deceat in Conciliis Part. I.* Italorum in Concilio Trid. ſtudia non aliò ſpectabant, niſi ad ſuſtinendam Apoſtolicæ Sedis vim, dum interim Principes & eorum Miniſtri deteſtarentur abuſus quosdam in aula Romana id temporis perſiſtentes. Pallavicinus *Lib. XXI. Cap.* 4. *n.* 6. *&.* 9. *Tom. II. p.* 372. Quoad perverſas intentiones, quas introductores clauſulæ *Proponentibus Legatis*, quæ Seſſ. XVII. & antea ſæpius uſurpata fuit, fortaſſe habuerunt, earum præcipua eſt, impedire ſinceram Romanæ Curiæ reformationem. Gibert *Corp. Juris Can. in Prolegom. Part. I. Tit.* 15. *Sect.* 17. *pag.* 107. *Tom. I. p.* 383.

Cùm

Cùm ſuprema poteſtas, ſive prærogativa & privilegium, ùt reliquæ majores Eccleſiarum cauſæ, penes Romanam Sedem hactenus fuerint; hinc factum eſt poſterioribus ſæculis, ut (quod meritò in Concilio Baſilienſi Ludovicus Arelatenſis querebatur) in Conciliis id demum fiat, & neceſſariò fiat, quod nationi placeat Italicæ, ut quæ ſola Epiſcoporum (qui & ipſi ſoli vocem illic deciſivam habent) numero nationes alias æquet & ſuperet. Hæc eſt Helena quæ nuper Tridenti obtinuit. Claudius Eſpencæus *in Epiſt. ad Titum pag.* 473. Integro decennio interruptum Concilium, totis viribus optatum, tandem etiam à Pio IV. obtentum, rurſum Tridenti reſumptum, & tertiò congregatum, Patribus licèt integrâ re à Pontifice permiſſâ, adeo tamen Romanam Curiam repurgare ſibi non permiſit, ùt etiam quæcunque de morum reformatione & diſciplina eccleſiaſtica inferioribus præſcripſit, in his ſalvam ſemper Sedis Apoſtolicæ autoritatem & eſſe & intelligi declararit, Seſſionis XI. & ultimæ Can. 21. die 1. Ut non minus gratè quàm piè Pius idem magnam gratiam Patribus Tridentinis publicâ oratione in Conſiſtorio habuerit quòd in Eccleſiaſtica emendatione tantam autoritatis illius rationem habuerint, tantâque in eum moderatione ſint uſi, ut ſi is ſe ipſe ſuáque reformare voluiſſet, longè ſeverior in ſe futurus fuerit. Idem *pag.* 480.

Tom. III. p. 125.

Tom. I. p. 479.

Nunquam tibi (Claudi Eſpencæe) meliùs Spiritus afflavit, quàm ne huc (Tridentum iterum) venires. Credo enim, quòd propter indignitates, quæ hic committuntur ad impediendam reformationem, mortuus fuiſſes. Franci ſinceriùs & ſtudioſiùs ſe gerunt aliis, qui nos ſæpe habent ludibrio propter adverſos caſus, quibus nunc affligitatur regnum Franciæ. Quamprimùm huc appulimus, tractabatur de Sacramento Ordinis. Hiſpani maximè urgebant, ut Synodus declararet, Epiſcopos inſtitutos à Chriſto, & Presbyteris jure divino eſſe ſuperiores. Galli omnes ſe ſe Hiſpanis adjunxerunt. Sed ut conſequentia hujus propoſitionis impediretur, Itali in hoc ſolo Canone decem aut duodecim titulos in gratiam & favorem Papæ immiſcebant

bant, quibus titulis prætexebant ſolum Papam fuiſſe immediatè inſtitutum à Chriſto, & reliquos Epiſcopos non habere poteſtatem niſi dependentem à Papæ poteſtate, & ab ipſomet Papa. Nullus eſt noſtrûm, qui non vellet eſſe in Sorbona etiam cum vitæ periculo. Mihi impoſſibile eſt tibi ſigillatim omnia acta enarrare, quæ vidi in hoc Concilio. Claudius Sanctius Doctor Sorbonicus in Epiſtola ad Eſpencæum in Edm. Richerii *Tom. III. p.*
Hiſt. Concil. general. Tom. IV. Part. 2. *pag.* 100. Cupiunt Itali ambiúntque officia Curiæ Romanæ, perinde ac Epiſcopatus, 125.
volúntque illa cumulatim poſſidere. Volunt quoque Cardinalatum, Legationes, Nuntiaturas conjungere cum Epiſcopatibus. Porro exoptata adipiſci nequeunt, niſi Pontifex eos pro beneplacito ſuo diſpenſare poſſit à reſidentia: ſecus conſcientiæ ſtimulis urgerentur; credentes autem Pontificem eſſe Juris Eccleſiaſtici poſitivi Dominum, parum curant ſecum diſpenſari abque ulla Canonica cauſa; ſed ipſis ad ſecuritatem conſcientiæ ſufficit, ut Pontifex eos diſpenſare velit; ſive ex mera in- *Tom. I. p.*
dulgentia, ſive ex alio humano quovis motivo. Gibert *cit. Par-* 548.
te I, Tit. 20. *Sect.* 6. *pag.* 172.

Licèt quædam præclara Decreta à Tridentina Synodo emanaverint, attamen per ea effectum nondum eſt, ut Eccleſiaſtica Diſciplina ad priſtinos mores componeretur. Interim hoc ad reducendam inter Chriſtianos concordiam omnino neceſſarium eſt. Illud verè dolendum, quòd juſtæ emendationis ſpem præcindat Romanorum reclamatio, & metus ne per illam eo- *Tom. III. p.*
rum diminuatur authoritas. Hervetus *in Oratione de reparanda* 254.
Eccleſiaſticorum Diſciplina pag. 50. Cùm Mauritii Electoris Saxoniæ Legati à Patribus Tridentinis peterent, ut renovarentur Decreta Conciliorum Conſtantienſis & Baſileenſis, vigore quorum Papa in rebus tam Fidei quàm Diſciplinæ Concilio ſubjectus declaratur; reſponderunt Præſides Concilii, Pontificem contrarium declaraſſe, nec fieri poſſe, ut tertius in terra ſupremus judex inveniretur: Hanc argumentationem, nempe in Romano Pontifice multa corrigenda, proinde eum judicem *Tom. II. p.*

 59.

eſſe non poſſe, vitioſam eſſe &c. Pallavicinus *Lib. XII. Cap.* 15. *n.* 12. *ſeqq.*

In Tridentina Synodo fuere ex Patribus, qui de prætenſione Romanæ Curiæ, plenam, liberam & immediatam de omnibus beneficiis diſpoſitionem ſummo Pontifici attribuentis,
Tom. I. p. acerrimè conqueſti ſunt, quique volebant materiam beneficia-
793 lem diſcutiendam, & prætenſum Pontificis jus probandum eſſe. Barthel *Diſſert. III. in Præfat n.* 19. In eadem Synodo poteſtas Epiſcoporum non ſolùm non aucta, ſed ex ea multum delibatum eſt; cùm ea poteſtas, quæ ipſorum propria eſt, &
Tom. III. ex Dei inſtituto illis attributa, iis tanquam à Sede Apoſtolica
p. 309. delegatis concedatur. Thuanus *Hiſt. Lib. VI.*

In hac Synodo Ferrerius Regis Chriſtianiſſimi ad eandem Legatus vituperavit penſiones reſervatas ex alio titulo, quàm ſi Epiſcopus, inutilis effectus, eas ſibi ad alimenta retineat, adjutore ad Epiſcopatum aſſumpto; ſacerdotia multiplicia; eadem pro certo capite reſignata; communem uſum regreſſuum; exſpectativas, annatas; præventiones. Poſtea negavit de rebus Eccleſiaſticis in poſſeſſionis judicio licere litem agere ante alia tribunalia præterquam Regia; & in judicio proprietatis, aut in cauſis criminoſis, etiamſi litigator eſſet Epiſcopus aut Cardinalis, ante alium judicem præter Ordinarium, aut à Pontifice delegatum, ſed intra Galliam. Defendit conſuetudinem provocandi ab Abuſu, ùt Galli loquuntur, quo deluderentur, non quidem mens ſummi Pontificis, cui debitum obſequium Gallia ſemper exhibuerat, ſed homines fraudulenti, qui beneficia ab ipſo Pontifice per fraudem extrahebant &c. Incredibile eſt, quonam odio excepta fuerit à Conventu ea concio
Tom. IV. . . . . . aucta ex eo fuit ſuſpicio, piùs de Ferrerio concepta,
Diſſ. VI. Cap. inſinceræ religionis. Pallavicinus *Lib. XXIII. Cap.* 1. *n.* 7. *&*
3. *n.* 9. *&* 10. 10. Idem Orator apertè dixit, circa Reformationem Diſcipli-
ibid. n. 9. næ non eſſe ſatisfactum publicæ exſpectationi. Idem *cit Cap.* 1. *n.* 5. Sub finem Concilii Card. Lotharingus hanc ſubjunxit declara-

Digitized by Google

declarationem, quam ad acta referri petiit: ſcilicet à ſe ſuo omniúmque Gallorum Epiſcoporum nomine renovari conteſtationem, quam ante biduum habuerat in conventu: nimirum accipi à ſe emendationem illam non tanquam integram, ſed quæ viam ſterneret ad aliam perfectam; poſtquam harum leviorum ſanctionum auxilio Reſpublica Chriſtiana, nimis nunc infirma & corrupta, redderetur idonea ad ſuſtinendas graviores purgationes, antiquis Canonibus ſervatis, præſertim primarum quatuor Synodorum. Pallavicinus *cit. Lib. XXIII. Cap.* 12. *n.* 8. *Tom. II. p.* 551.

VIII.

CAUSÆ MAJORES.

Hac arte ſucceſſivè quaſi pergradus Pontifices tot ſibi Cauſas Majores reſervarunt: Jam ſæculo II. & III. fiebant Recrſus, Relationes & Conſultationes ad Sedem Pontificiam. Poſt ſæculum IV. Innocentius I. anſam præbentibus Sardicenſibus Canonibus, ſtatuit, ut *poſt judicium Epiſcopale* Cauſæ Majores ad Sedem Apoſtolicam devolvantur. Sæculo V. & VI. jamjam Pontifices Relationes & Devolutiones magis urgebant. Eodem ævo inceperunt R. R. P. P. conſtituere Vicarios Sedis Apoſtolicæ, quibus ampliorem concedebant poteſtatem, cum mandato tamen, ut Cauſas Majores ad Pontificem referrent; quo factum eſt, ut authoritas Metropolitanorum & Synodorum multùm labefacteretur, & harum frequentia deſineret; unde mirum non eſt, quòd Cauſæ Majores frequentiùs ad Pontificem ſint devolutæ. Sæculo VIII. emanavit Collectio Pſeudo-Iſidoriana, in qua cùm plures aliæ prærogativæ, tum hæc præcipuè Pontifici aſſeritur, quòd depoſitio Epiſcoporum ad ipſum, tanquam una ex Cauſis Majoribus pertineat; à quo tempore Cauſæ Majores magis magiſque determinatæ ſunt. Acceſſit integra ferè Synodorum ceſſatio, frequentes Epiſcoporum & Metropolitanorum provocationes, aliqualis eorundem ſua jura vindicandi negligentia &c. Zallwein *Princip. Juris. Eccleſ. Tom. I. pag.* 414. *Tom. I. p.* 228.

Ponti-

Digitized by Google

Pontifices Romani, cùm intelligerent, quanti momenti
eſſet ad firmandam auctoritatem ſuam apud exteras gentes, id
eſt, ab Urbe procul diſſitas, gratia Epiſcoporum illuſtriſſima-
rum Eccleſiarum, quibus ob prærogativam urbium præſto quo-
que erat Principum favor, eos in ſuas partes trahere ſtuduerunt
variis modis atque rationibus. Sed nulla potentior antiquitùs
viſa eſt, quàm ſi Epiſcopos illos ornarent dignitate Vicario-
rum Sedis Romanæ . . . . . In univerſum autem affirmare li-
cet, Romanas Pontifices, ùt ſemper ad occaſiones explicandæ
Tom. II. p. firmandæque auctoritatis ſuæ valde intenti fuere, ſic tempore
279. ſemper bene uſos fuiſſe antiquitùs. de Marca *Lib. V. Cap.* 19.
n. 2.

Cauſas fidei *Majores* appellant, eáſque ſummo Pontifici
reſervandas nonnulli contendunt. Non ita cenſuit S. Grego-
rius M. Lib. V. Epiſt. 53. niſi fortè in partibus decidi nequi-
verint præ nimia difficultate. Certè non niſi priùs inquiſitione
factâ, & in partibus ventilatâ diſcuſſâque veritate ad Apoſto-
licam Sedem referuntur. Vid. Epiſt. 54. infrâ: *Cujus vehemens*
Tom. III. p. *fortaſſe ſit dubietas . . . . . examinatâ diligentiùs veritate.*
62. Benedictini Congr. S. Mauri *in Not. ad cit. Epiſt.* 53. Si
Papa in cauſa fidei edicit, Epiſcopi nihilominùs tanquam con-
judices unà cum ipſo decernunt; éſtque eorum conſenſus
Tom. II. p. non meri obſequii, ſed veri judicii decretique Eccleſiaſtici.
264. Boſſuet *Lib. XV. Cap.* 17. Multæ etiam hæreſes à ſolis Epiſco-
pis & particularibus Synodis, ſine interventu ſummi Pon-
Tom. IV. tificis, damnatæ ſunt. Thomaſſinus *Tom. III. Theol. dogmat.*
Diſſ. V. Cap. *Diſſert. in Synodum Gangrenſem pag.* 33. Boſſuet *Lib. XIV.*
1. *n.* 7. *Cap.* 1. Etenim Spiritus S. id poteſtatis Epiſcopis tribuit, ut
de fidei rebus judicarent, non ſolùm dum apertè hæreſim ſa-
piunt, ſed etiam cùm eæ à doctis viris in dubium revocantur.
Tom. II. p. Clerus Gallicanus *in Declaratione an.* 1660. *editâ.*
304.

Sæculo XII. emerſit effatum Innocentii III. Papæ, quem
audacem Juriſperitum vocat Matthæus Pariſius; qui depoſitio-
nes,

Digitized by Google

nes, ceſſiones & translationes Epiſcoporum ad ſolum Pontificem Romanum jure divino pertinere pronuntiavit. Adeo enim metuebat, ne Synodi Provinciales ſua jura repeterent, ut ſubſidium audaciæ à metu petens, inauditam ante hoc ſæculum, & à veterum moribus alienam ſententiam protulerit, cui prætereà ſtabiliendæ multum operæ poſuit, argumento utens à poſteris prorſus abjecto &c. de Marca *Lib. VII. Cap.* 26. *n.* 8. *Tom. III. pag.* 75.

Translationes Epiſcoporum Canone 1. & 2. Concilii Sardicenſis atque multis aliis ſinceris Canonibus ſeverè prohibitæ ſunt; fuere etiam ante Iſidori Decretales perquam raræ; ſiquæ tamen antea factæ leguntur, eæ ſolâ auctoritate Metropolitanorum & Provincialium Synodorum perfectæ fuerunt. Poſtquam autem falſæ Decretales hoc transferendi jus Romanis Pontificibus tranſcripſerunt, redditæ ſunt frequentes. Fleury *Tom. II. p.* *Diſc. IV. in Hiſt. Eccleſ. n.* 7. Porro prohibitiones Translatio- 407. num locum habent quando Epiſcopi avaritiâ aut ambitione inflammati Eccleſias ſuas abſque ſuperiorum ſuorum auctoritate dimittunt, & aliam Sedem invadunt. At ſi Eccleſiæ utilitas poſtulet, ut translationes fiant ab uno Epiſcopatu ad alium, tum verò vetitæ non ſunt. Quinimo ſæpiſſimè ſic uſurpatum eſt in Eccleſia; ùt ex diverſis translationum exemplis à Socrate Lib. 7. Cap. 35. & 39. allatis colligitur, & ex Theodoreto Lib. 5. Cap. 4. & 8. Ad Metropolitani autem & Epiſcoporum comprovincialium cognitionem ſpectat, an ex translatione hujusmodi emerſurâ ſit utilitas Eccleſiæ; & eo caſu decernere eam poſſunt. de Marca *Lib. VI. Cap.* 8. *n.* 3. Ex innumeris veteris Diſciplinæ monumentis & hiſtoriis compertum eſt, ad Metropolitani & Epiſcoporum Comprovincialium cognitionem olim ſpectaſſe an ex Translatione hujusmodi èmerſura ſit utilitas Eccleſiæ tanta, aut ea urgeat neceſſitas, ut omnibus expenſis meritò Epiſcopus à vinculo, quo Eccleſiæ ſuæ tenetur alligatus, abſolvatur & alteri alligetur. Van Eſpen *Part. I, Tit.* 15, *Cap.* 4, *n.* 15. *Tom. II. p.* 258.

Metropolitanas Eccleſias ſuam à ſummo Pontifice authoritatem traxiſſe adverſarius narrat, quo cauſæ ſuæ emolumento? Nempe & Paulus Titum in Creta Metropolitam inſtituit, juſſitque, ut per Eccleſias Epiſcopos conſtitueret; an hic etiam neceſſe fuit intervenire Petrum? An Petrus Epheſinam, Cæſarienſem, Heracleenſem, aliáſque in Oriente primarias Sedes inſtituit, quæ non modò Epiſcopos, ſed etiam Metropolitas plurimos ſub ſe haberent? . . . . . Quòd quidquid cæteri Apoſtoli, Paulus etiam apud Cretenſes, egerint & juſſerint; Petri & ſucceſſorum expreſſo vel tacito conſenſu valuiſſe reſpondet: hæc contemnenda potiùs quàm refutanda duximus, & in tanta *Tom. II. p.* litterarum luce ab homine gravi dici potuiſſe miramur. Boſ-
314. ſuet *Lib. XIII. Cap.* 15.

Quas Primates ac Metropolitani ad ſummum Pontificem dabant litteras ſuæ ordinationis teſtes, eæ nihil attinebant ad *Tom. IV.* electionis ſeu ordinationis confirmationem. Thomaſſinus *Part.* *Diſſ. III. Cap. II, Lib.* 2. *Cap.* 19. *n.* 1.
1. *n.* 7.

Jus Metropolitanorum examinandi & confirmandi electiones Epiſcoporum, nec non controverſias circa easdem obortas decidendi, in Concilio Nicæno fundatum, per tredecim ſæcula apud Metropolitanos perſtitiſſe probant Rouſſel *Hiſt. Pon-* *Tom. IV.* *tif. Jurid Lib. II. Cap.* 2. *n.* 3. *ſeqq.* Thomaſſin. *Part. II. Lib.* *Diſſert. VIII.* 2. *Cap.* 7. 8. *ſeqq.* Van Espen *Part. I. Tit.* 14. *Cap.* 1. *n.* 4. Gi- *Cap.* 1. *n.* 8. bert *Corp. Juris Can. Tom. II, pag.* 123. Duodecimum adhuc ſæculum conſervaverat Metropolitanis jus electiones Epiſcoporum examinandi & confirmandi; attamen appellatio ad Sedem Apoſtolicam introducta, & per hoc magna vis antiquis Canonibus illata eſt. Nihilominus etiam poſt ea tempora adhuc Con- *cit. Cap.* 1. ſecratio Metropolitano relicta eſt, quam illi ſeriùs Pontifices *n.* 12. abſtulerunt. Marca *Lib. VI. Cap.* 3. *n.* 12.

IX.

IX.

APPELLATIONES AD ROM. PONTIFICEM ET VICISSIM AB EO.

Primis tribus Eccefiæ ſæculis ſuprema judicandi poteſtas erat penes Synodos Provinciales, quin vel de unico legalis appellationis monumento conſtet. In ſæculo IV. ex Synodo Nicæna, Conſtantinopolitana I. & Antiochena probatur inappellabilitas à Provinciali Synodo ad Rom. Pontificem. Sed nec tempore Sardicenſis Concilii reperitur hujusmodi legitimæ appellationis exemplum. Zallwein *Tom. II. pag.* 202. *ſeqq.* Clericus priùs juxta ſacra inſtituta apud Epiſcopum Civitatis, tum, ſi is ſuſpectus eſt, apud Metropolitanum Epiſcopum reum agat. Sed ſi fortè ne ibi quidem accuſatio placuerit, ad ſacram ejus regionis Synodum accuſatum deducat, & cum Metropolitano tribus convenientibus religioſiſſimis Epiſcopis de cauſa coram tota Synodo agatur. Si ſe lædi exiſtimaverit, provocet illius Provinciæ beatiſſimum Patriarcham ..... Contra horum Antiſtitum ſententias non eſſe locum appellationi à majoribus noſtris conſtitutum eſt. Juſtinianus Imp. *Leg.* 29. *Cod. de Epiſcopali audientia.* Joannis VIII. & Hadriani II. RR. Pontificum ſucceſſores ruptis Canonum cancellis appellationes Presbyterorum admiſerunt; adeo ut Gregorius VII. in Decretis ſuis, quæ vulgò *Dictatus Papæ* dicuntur, hoc quoque præceperit: *Ut nemo audeat condemnare Apoſtolicam Sedem appellantem.* Quod in jus commune verſum eſt in Decreto Gratiani & in Libris Decretalium. de Marca *Lib. VI. Cap.* 14. *n.* 11.

Tom. IV. Differt. VIII. Cap. 3. *n.* 3.

Tom. III. p. 295.

Tom. II. p. 443.

Tametſi nonnihil hodie reſtricta ſit appellatio à ſententiis interlocutoriis, nihilominùs adeo frequens manet appellatio, ut ipſa jurisdictionis Eccleſiaſticæ prolapſio, imò ferè totalis interitus, huic appellationum frequentiæ adſcribenda ferè unicè videatur. Van Eſpen *J. E. U. Part. III. Tit.* 10. *Cap.* 2. *n.* 14. *ſeqq.* Rex Romanorum juravit, officia ſua interpoſiturum ſe, ut cauſæ Eccleſiaſticæ omnes à viris doctis & ſtatûs patriæ hujus periti,

Tom. II. p. 238.

ritis, exemplo Galliarum, Statuum Veneti, Genuenſis & aliorum, in Germania diſcutiantur, & fine debito terminentur.
Tom. II. p. 445. Elector Moguntinus *in Epiſtola ad Innocentium XII. de* 10. *Julii* 1699. Querelarum noſtrarum moles unicè innititur uſurpationibus Curiæ Romanæ, illisque turbationibus & ſubverſionibus quas ejus Tribunalia contra Juriſdictionem Eccleſiaſticam Germanicam, & contra Judiciorum ac proceſſum ordinem mo-
Tom. II. p. 443. liuntur &c. Collegium S. R. J. Electorum *in Litteritis ad Joſephum II. Regem Rom.* 19. *Martii* 1746.

Quòd ſi Papæ potentûm auxilio (falſâ forſan ſuggeſtione, vel minùs ſano conſilio deceptorum) adjuto reſiſti non poteſt, ſublatáque ſint reſiſtendi remedia, unum tamen jure naturali proditum eſt, quod nullus Princeps tollere poteſt, Appellatio-
Tom. II. p. 467. nis remedium. Academia & Parlamentum Pariſienſe an. 1517. *Hiſt. Univerſ. Pariſ. Tom. VI. pag.* 88. Appellationes ad futurum Concilium antiquiores ſunt quoad ſubſtantiam, quàm quoad formam. Inde à primis Eccleſiæ ſæculis communiter creditum fuit Papam non eſſe infallibilem, neque quoad Dogma, neque quoad Diſciplinam; viſumque fuit ſæpe fieri oppoſitiones in uno & altero genere. Hoc probant cauſa Aſiaticorum in negotio celebrandi Paſchatis, Africanorum in quæ-
Tom. I. p. 445. ſtione de rebaptizatione hæreticorum, & aliæ, Hericourt *Loix Eccleſiaſt. Part. I. Cap.* 25. Novum ſit fortaſſe vocabulum,
Tom. I. p. 446. res ipſa ant quiſſima, & cum ipſius Eccleſiæ conſtitutione conjuncta eſt. Boſſuet *Lib. XVI. Cap.* 23. Valde exiſtimo jactatum privilegium Romanæ inappellibitatis exuvias & ſpolia eſſe
Tom. II. p. 465. demortuorum Conciliorum. Oberhauſer *Lib. II. Tit.* 28. §. 38. *pag.* 142. *n.* 10.

Appellationum *ab Abuſu* legitimitatem, & univerſalem ferè in omnibus regnis obſervantiam, afferunt ac defendunt
Tom. I. pag. 765. ſeqq. de Marca *Lib. VII. Cap.* 7. *n.* 1. Van Eſpen *de Recurſu ad Principem Cap. V.* §. 5. Fevret *de Abuſu Lib. I. Cap.* 3. *&c.*

X.

X.

DIVINA EPISCOPORUM AUTHORITAS.

Epiſcopi jure divino, inſtituti, & ex eodem jure Presbyteris majores ſunt. Epiſcopatus unicus eſt, cujus partem cuncti Epiſcopi obtinent. Pontifex Romanus & Epiſcopi fratres ſunt, filii unius Patris, qui Chriſtus eſt, & unius Matris, quæ eſt Eccleſia: Hi æque inſtituti à Chriſto ac ille. Romanus quidem Pontifex tanquam Caput inſtitutus, ſed ſolùm tanquam cauſa benefaciens, non generans. Petrus Apoſtolorum inſtitutor haud fuit, ſed Chriſtus, adeóque Epiſcopis, utpote ſucceſſoribus Apoſtolorum, impertita eſt poteſtas non à Petri ſucceſſoribus, ſed à Chriſto. Ita Petrus Guerrerus Granatenſis Archiep. in Tridentina Synodo apud Pallavicinum *Lib. XVIII. Cap.* 14. *n.* 5. Authoritas ſive juriſdictio Epiſcoporum, in divina ſua inſtitutione ſpectata, & ſecluſâ omni humanâ lege, conſuetudine vel reſervatione in contrarium, abſoluta eſt, & nullis limitibus circumſcripta, reſpectu ſingularum diœceſium. Hac illimitata poteſtate uſi ſunt Apoſtoli & per octo priora ſæcula eorum ſucceſſores Epiſcopi. Antonius Pereria *Defenſio Tentaminis Theol. de Auctorit. Epiſc. in Dedicatione.* *Tom. III. p. 21.* *Tom. IV. Differt. VII. Cap. 1. n. 10.*

Chriſtus Dominus noſter Apoſtolis omnibus & ſingulis *in ſolidum* Eccleſiam ſuam fundandam, docendam & regendam commiſit, eâ tamen lege adjectâ, ut Petrus inter eos Primatum gereret, & Caput eſſet Collegii Apoſtolici; eo fine ſcili cet, ut præter communem cum aliis curam, unitatis conſervandæ ſollicitudo præcipua & ſpecialiter ei competeret. de Marca *de Diſcrim. Cleric. Cap. III. n.* 2. Cùm utraque pleniſſima juriſdictio de eſſentia Apoſtolici muneris, utramque à Chriſto omnes immediatè ſuſceperunt, atque adeo unusquisque erat per Chriſtum Epiſcopus univerſi orbis, quem ideo inter ſe partiti ſunt, ut unusquisque ad ſuam plagam diverteret. Dominicus Soto *IV. Sentent. Diſt. XX. Quæſt.* 1. *Art.* 2. *Concl.* 4. Pro certo videtur pronuntiandum & tenendum, Apoſtolos omnes *Tom. III. p. 33.* *Tom. IV. Diſſ. III. Cap. 3. n. 2.*

accepiſſe utramque poteſtatem, Ordinis & Jurisdictionis, à Chriſto. Sed ſupereſt dubium, an æqualem acceperint cum Petro? Pro ſententia, quam veriorem puto, pono concluſionem: *Apoſtoli omnes habuerunt æqualem poteſtatem cum Petro.* Quod ſic intelligo, quòd quilibet Apoſtolorum habuit poteſtatem Eccleſiaſticam in toto orbe & ad omnes actus, ad quos Petrus habuit. Non autem loquor de illis actibus, qui ſpectant ad ſolum ſummum Pontificem, ùt eſt congregatio generalis Concilii &c. Hæc poteſtas probatur quoad primam partem ex Matth. ult. *Euntes in mundum univerſum &c.* & ſine exceptione Matth. XXVIII. *Quæcunque ſolveritis &c.* Et Joan. XX. *Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos.* Chriſtus autem miſſus fuerat in totum orbem: ergo & in totum orbem ipſe miſit Apoſtoſos. Secunda verò pars, quoad omnes actus probatur ex geſtis Apoſtolorum ipſorum, qui ubique terrarum conſtituebant Eccleſias & Epiſcopos: & leges ferebant pro poteſtate: nec apparet, quid Petrus poſſet, dimiſſis iis, quæ ad ſolum Pontificem attinent, quod non & alii &c. Franciſcus de Victoria *Relect. II. de Poteſtate Eccleſiæ. Num. 9. & 10.*

Tom. IV. Diſſ. III. Cap. 4 n. 2.

In principio Eccleſiæ fuit unus tantùm Epiſcopatus generalis absque diſtinctione diœceſium per orbem diffuſus. Cauſ. VII. Quæſt. 1. Can. 6. Et propter hoc notatur in Cap. 1. de Translat. per quod ad eſſe Epiſcopi non requiritur, quòd ſit illius vel illius loci Epiſcopus; ſed ſufficit quod ſit generalis Eccleſiæ; ſicut Paulus & Barnabas, qui dum mitterentur, generaliter miſſi ſunt. Unde cùm poteſtas ligandi & ſolvendi, in qua fundatur omnis Eccleſiaſtica Jurisdictio, ſit immediatè à Chriſto: & quia ab illa poteſtate ligandi & ſolvendi eſt divinæ jurisdictionis poteſtas: patet, omnes Epiſcopos æqualis poteſtatis eſſe quoad jurisdictionem, licèt non executionis: quandoquidem exercitium executivum ſub certis poſitivis terminis clauditur & reſtringitur propter melius, & cauſâ perducendi homines ad finem ſuum, ſcilicet Deum. Unde ceſſante cauſâ ſtatuti illius, quæ habet diſtinctionem terminorum, & quod nullus

nullus alterius terminum ingrediatur (puta vel ob negligen- *cit. Diſſ. III.*
tiam inferiorum, vel neceſſitatem) tunc ceſſant illa poſſitiva *Cap. 2. n. 2.*
jura. Cuſanus *Lib. II. Cap.* 13. Quæ jure divino Epiſcopis quæſita eſt Eccleſiæ adminiſtratio, eâ nullis Decretalibus ablata fuit, quamvis poteſtatis illius exercendæ modus variis Conſtitutionibus variè pro temporum ratione præſcriptus fuerit. Itaque ſi ea tempora incidant, ut regendæ Eccleſiæ neceſſitas Epiſcopos a regulis recentioribus recedere cogat, nihil vetat, quo minùs jus naturle & divinum, omiſſis formulis, quæ jure *Tom. IV.*
novo præſcriptæ ſunt, locum habeat. Marca *Lib. III. Cap.* 6. *Diſſ. IX. Cap.*
n. 6. *1. n. 13.*

Cœteri Epiſcopi tractu temporis de communi omnium conſilio, & Eccleſiæ conſenſu, quasdam Epiſcopalis adminiſtrationis partes Romano Epiſcopo cœperunt reſervare; atque hinc ortum habuerunt peccatorum & diſpenſationum reſerva *Tom. IV.*
tiones. Antonius Pereria *cit. Defenſ. pag.* 232. Pluribus ſæcu- *Diſſert. VII.*
lis penes Epiſcopos fuit plena ac omnimoda authoritas abſol- *Cap. 1. n. 10.*
vendi in foro pœnitentiali cujuscunque & quantumvis enormis ſceleris reos; neque enim iis ſæculis ulla erat reſervatio Papalis in foro pœnitentiali nota. Pòſt, tum ex Epiſcoporum conſenſu, tum ex inventa doctrina, quaſi Papæ tantum juris & immediatæ juriſdictionis in alienos diœceſanos competat, quantum proprio Epiſcopo, invaluerunt Reſervationes Papales, non ultra ſubſtituræ, quàm quoad perſtabit vigor hujus doctrinæ, aut Epiſcoporum conſenſus. Thomaſſinus *Tom. I. p.*
Part. I. Lib. II. Cap. 13. & 14. Ignari Epiſcopi, ne- *582.*
ſcientes, quàm pulchra Jus Canonicum eis tribuiſſet privilegia, paulatim ex conſuetudine & Stylo Curiæ Romanæ derogari illis paſſi ſunt, & jus ſuum neglexerunt; verumtamen adhuc jure poſſent ex neceſſitatis cauſa diſpenſare. Rebuffus *in Praxi Benef. Tit. de Diſpenſ. ad plura benef n.* 32. *pag.* 370. *Tom. I. p.*
Paucos habemus Canones, in quibus poteſtas diſpenſandi Epi- *323.*
ſcopis adempta eſt, ùt in diſpenſanda ætate; in impedimentis matrimonii nullos habemus, ſed ex mera conſuetudine ſunt

 reſer-

reſervata. Cùm enim ob teneram conſcientiam Epiſcopi in ſæculo XII. deſuper ſæpius referrent ad Pontificem, non quòd de ſua poteſtate dubitarent, ſed quod ejus inquirerent conſilium, quia magis adhuc inſiſtebant obſervantiæ Canonum, conſuetudine ſibi hæc impedimenta Pontifex reſervavit. Quia tamen in remotis partibus nimis dein ſumptuoſum & difficile erat recurrere Romam, cœperunt Epiſcopi iterum uti ſuâ poteſtate, ſi nempe recurſus vel nimis difficilis, vel nimis ſumptuoſus fieret, vel eſſet periculum in mora. Et hoc caſu Doctores
Tom. I. p. 583. dicunt ex caſu Papali fieri Epiſcopalem. Barthel *Addit. ad Jus Can. Lib. I. Tit.* 33. *pag.* 137.

XI.

BENEFICIORUM COLLATIONES.

Quamdiu ſacri Canones pro felici regimine Statûs Eccleſiaſtici fuerunt obſervati, Eccleſia Dei fructus honoris & honeſtatis felici ubertate produxit, diſciplinæ Eccleſiaſticæ vigor perſtitit &c. Sed poſtquam damnabilis ambitionis improbitas, & deteſtandæ cupiditatis inſatiabilitas, humanitatis jura violando, ipſa Ss. Patrum Decreta paulatim cœpit deterere, ſubſecutæ ſunt deformationes Statûs Eccleſiaſtici, præſertim per Prælaturarum dignitatúmque & aliorum beneficioium reſerva
Tom. II. p. 483. tiones &c. Univerſitas Pariſienſis apud Bulæum *Hiſt. Univ. Pariſien. Tom. VI. pag.* 88. *an.* 1516. Romani Pontifices primùm Epiſcopis quosdam pauperes Clericos commendabant; dein has commendationes in præcepta mutaverunt; demum execu-
Tom. IV. Diſſert. VII. Cap. 2. n. 6. 8. 9. toriales addiderunt. Rouſſel *Hiſt. Pontif. Juriſdict. Lib. II. Cap.* 11. *n.* 18. 19. de Marca *Lib. IV. Cap.* 9. *n.* 3. Creſcente intolerabili pompâ, avaritiâ & ambitione Romanorum, illi ſibi ſucceſſivè omnia mundi beneficia reſervârunt Epiſcopos & Ordinarios ſuis poteſtatibus, auctoritatibus &c. privârunt. Ger-
Tom. II. p. 67. ſon *Tract. de Modo reformandi Eccleſ. Cap.* 23.

Perſta-

Perſtabat adhuc uſus in Gallia anno 1226, per ſolum diſſenſum Regis, Epiſcoporum & Procerum libertates ſuas tuendi. Cùm enim Legatus Pontificius Cardinalis *Romanus* in Bituricenſi Synodo propoſuiſſet Epiſcopis & Abbatibus de reſervandis in quavis Eccleſia arbitrio ſummi Pontificis duabus præbendis, rogarunt eum Procuratores Capitulorum, ut de tam gravi ſcandalo, quod ſine omnium offenſione effectui tradi non poſſet abſtineat. de Marca *cit. Cap.* 9. *n.* 1. Per tacitum conſenſum totius Eccleſiæ Romani Pontifices reſervationibus factis uſi ſunt. Nunc autem exorbitantia ob varias læſiones diſplicere incipit, & oritur contradictio. Quare puto, Papam ampliùs non poſſe generaliter reſervare beneficia, niſi expreſſè ei indulgeretur per Concilium; Papa enim invitis Epiſcopis legem dare non poteſt. Card. Cuſanus *Lib. II. Cap.* 32. *Tom. IV. Diſſert VII. Cap.* 2. *n.* 8. *Tom.* III. *pag.* 160.

Quia nullus Prælatorum illo tempore, quo reſervationes & beneficiorum taxationes ſunt factæ, reclamavit ſeu contradixit, aut propter impotentiam aut ignorantiam, atque utilitatem propriam; ideo dicunt eas in vim ſacratiſſimi juris tranſiviſſe: quod falſum eſt. Exſurgant Prælati Eccleſiæ offerentes Deo ſacrificium juſtitiæ, & has rapinas, furta & latrocinia Romanæ Curiæ dignentur penitus amovere. Quia non poſſunt in detrimentum & damnum Univerſalis Eccleſiæ ſtare, aut præſcribi: cùm ſint contra naturam propriam corporis myſtici Eccleſiæ, & contra omnem ordinem juſtitiæ, & in decrementum omnium bonorum ſpiritualium Eccleſiæ: nam propter habendas hujuſmodi pecunias Beneficiorum, in eadem Curia mille Officiales invenies & fortè nullum inter eos reperire poteris ibidem ad conſervationem virtutum. Gerſon *Opp. Tom. II. col.* 184. *Tom.* II *p.* 324.

XII.

ANNATÆ.

Si Papa & Cardinales annatas olim perceperunt, hoc fuit per modum permiſſivæ facultatis & benignæ tolerantiæ, quæ

 poteſt

poteſt revocari quandocunque. Gallica Natio tempore Concilii Conſtantienſis apud Orthuinum *in Faſciculo rerum expetend. pag. m.* 189. Si non ſufficiant reditus Epiſcopi Romani de præſenti, primùm habet requirere ſubſidium à Clero ſuæ Civitatis & Diœceſis; dein ſuæ Provinciæ; & per modum ſubſidii charitativi temporalis, & non perpetui cenſûs: & poſtmodum ab aliis Eccleſiis immediatè ſubditis poteſt ſubſidium benignè implorare (cauſâ neceſſariâ ſuppoſitâ, expreſſâque & verâ:) honeſtè non poſſunt denegare ad tempus. Natio Gallica in Concilio Conſtantienſi *Art. XVII.* Interim diſpiciatur, num expediat Chriſtianiſmo tantam alere Curiam, cujus maxima pars ad nihil vacat aliud, niſi ut emungat Epiſcopatus, exſugat Abbatias, deglubat Prælaturas, expilet citatos, excoriet damnatos: breviter aurum & argentum, quod Petro non erat, emungat ab omni Natione, & hoc ad delicias ſæculi abutatur, Hæcne Apoſtolica? Hæcne boni exempli? Gregorius Vicelius *in Elencho abuſuum pag.* 359.

Tom. III. *pag.* 162.

Tom. I. *p.* 572.

Tom. I. *p.* 575.

Diſciplina Eccleſiæ Chriſtianæ providit ſuſtentationi ſui Cleri; diſtributis Eccleſiis in Diœceſeos eâ methodo, ut omnes reditus diœceſeos in poteſtate eſſent Epiſcopi, juxta Canones Antiochiæ & Chalcedonis, Decretáque Pontificum Gelaſii & Symmachi. In hac generali inſtitutione portio quoque ſua Romanis Pontificibus tributa eſt in diœceſi Romana; qua portione ſibi ſatisfactum putârunt, nullum præterea auxilium implorantes, etiam tum, quando ſolis Matronarum oblationibus potiebantur, ut loquar cum Ammiano. Satis quippe id erat ſub paganis Imperatoribus pro ſuſtentatione Cleri Romani, & mille quincentorum pauperum; ſufficiebátque inſuper ſubſidiis, quæ à ſummis Pontificibus mittebantur ad Eccleſias remotas, ùt teſtatur Euſebius Libr. IV. Cap. 12. & Lib. VI. Cap. 35. Hiſt. Eccleſ. Potentia porro eorum crevit ex reditibus latifundiorum, quæ Eccleſiæ Romanæ in diverſis provinciis collata ſunt, ex quibus ingentem numerum pauperum aluerunt, & jus hoſpitiis erga peregrinos omnes magnificè exer-

exercuerunt. Niſi fortaſſe adverſùs hæc dicatur, Pontificem ad Principis dignitatem evectum novis indigere ſubſidiis. Verùm Clerus non tenetur in eo agnoſcere dignitatem Principis ſæcularis. De Marca *Lib. VI. Cap. XII. n.* 10. Nec B. Athanaſio, nec B. Joanni Chryſoſtomo, nec B. Thomæ Cantuarienſi per RR. Pontifices, nec pauperibus Hieroſolymitanis per B. Gregorium de his Annatis ſubventum eſt &c. Nonne & gratis offerre & eleemoſynam dare pium eſt & charitatis opus? Sed quoniam tempore baptiſmi nummos projicere in concham ſpeciem prætendebat mali, emendari & aboleri hanc conſuetudinem juſſit Eccleſia. Nihil quidem novitatis per hoc Decretum in Eccleſia introductum eſt, ſed præcepta & exempla Chriſti executi ſumus, ac SS. Patrum renovamus inſtituta. Card. Julianus apud Harduinum *Tom. VIII. col.* 1353.

Tom. II. in Præfat. Not. 6.

Tom. I. p. 576.

Ex his poteſt colligi, cùm Annatæ titulo tantùm ſubſidii debeantur, quod exigere Pontifex non poteſt abſque conſenſu Regis & Eccleſiæ Gallicanæ, liberum eſſe Regi & Epiſcopis conſenſum ſuum revocare, eique tributo finem imponere. Solutio enim illa nihil aliud eſt, quàm donum ſpontaneum & gratuitum, quod præſcriptioni obnoxium eſſe non poteſt. Atque id eo majoris eſt momenti, quòd Annatæ non approbantur conceptis verbis in Concordatis, & tamen disertè vetantur in Conſtitutionibus regni an. 1406. & 1418. nec non in Concilio Baſileenſi &c. de Marca *cit. Cap.* 12. *n.* 12. In Concordatis Germaniæ Annatæ Sedi Romanæ non fuerunt ſimpliciter addictæ & pro perpetuo, ſed cum hac reſervatione: *Duret hæc obſervantia deinceps, niſi eam in futuro Concilio* (quod Pontifex intra decennium promiſerat ſe convocaturum) *de ipſius* (Germanicæ) *Nationis conſenſu contingat immutari.* Hanc Conciliarem immutationem cùm Roma declinaverit, non implendo appromiſſum Conſtantienſis Synodi Decretum *Frequens*, ceſſavit quoad hoc, uti & quoad Alternativam Menſium, vinculum Concordati, rediitque diſpoſitio Concilii

Tom. III. pag. 238.

Tom. II. in Præfat. Coroll. 4. *Lit. a.*

Digitized by Google

cilii Baſileenſis, Annatas prohibentis. Auctor Operis *Concordata Nationis Germ. integra Tom. II. pag.* 57. *ſeqq.* Sed nec in hunc diem Romana Curia ceſſat Concordatis contravenire: Utinam pigeret aliquando eam datæ fidei illudere; grave quippe eſt tot querelas, tótque gravamina violatorum Concordatorum vel in omnis ætatis monumentis legere, vel ubivis Germaniæ locorum audire. Oberhauſer *Prælect. Canon. Lib. III. pag.* 65.

Tom. II. *p.* 492.

XIII.

EXEMPTIO REGULARIUM.

Non jam ferè tutandis Canonibus, ſed exemptionibus, diſpenſationibus, reſervationibus, denique extraordinariis arbitrariiſque mandatis & imperiis eminere cœpit auctoritas: cùm Papa longè poſitus, tot Capitula, tot Monaſteria, de quibus nec cogitare quidem vocat, immediatè regenda ſuſcepit; proprios arcet Epiſcopos, atque ab eis ſuum quoque Clerum avellit; cùm Epiſcopalem juriſdictionem in Monachos atque Mulieres effundit, atque effuſam tutatur; cùm denique Romana Curia Epiſcopos veluti adverſos habere, in tot Exemtis præſidium ac firmamentum ponere viſa eſt. Boſſuet *Defenſ. Cleri Gall. Tom. II. pag.* 411. *edit. an.* 1730. Certo certiùs recentiora inſtituta & monaſteria ſe ſe à tanta neceſſitate & copia reformationum diſpenſare potuiſſent, ſi ſemper in antiqua ſubjectione Epiſcoporum perſeveraſſent: Exemptione enim maximè perdita eſt res Regularium. Oberhauſer *Prælect. Juris Can. Lib. III. Tit.* 36.

Tom. I. *p.* 628.

Tom. II. *p.* 499.

Cùm per exceſſivas Regularium exemptiones nimiùm reſtringeretur authoritas Epiſcoporum, vitia ob remotionem locorum, quibus Pontifex non poterat inſpicere, impunita manerent, voluerunt Epiſcopi in Tridentina Synodo iſtas exemptiones omnino tolli & abrogari. Intererant autem complures etiam

Digitized by Google

etiam Abbates & Generales Ordinum, qui ſuis inſtiterunt privilegiis, utpote quæ non gratuita ſed remuneratoria affirmabant, ob inſignia circa Eccleſiam merita. Quia tamen ipſi agnoverunt Eccleſiæ diſciplinam ſic non poſſe ob ſæcularium exemptiones ſubſiſtere, in pluribus caſibus delegata eſt ipſo jure Epiſcopis jurisdictio. Quia tamen hæc jurisdictio non eſt attributiva novæ poteſtatis, ſed excitatoria reſtrictæ ſeu ſopitæ jurisdictionis; hinc in Gallia Epiſcopi non attendunt formulas delegationis, & reipſa jure ordinario exercent jurisdictionem. Barthel *Addit. ad Jus Can. Lib. I. Tit.* 29. *pag* 105. *Tom. I. p.* 627.

Quòd Papa de facili debeat eſſe inclinatus ad faciendam revocationem exemptionum, multa eum movere debent: Primùm generalis ordinatio univerſalis Eccleſiæ procedens à Deo; ab Apoſtolis, SS. Patribus, Generalibns Conciliis, & Romanis Pontificibus comprobata & obſervata . . . . . Suppoſito, quòd Papa ſupradictas exemptiones concedere poſſit, non tamen expedit ſibi, nec univerſali Eccleſiæ, nec ſtatui Religionis, nec perſonis Religioſorum eas concedi propter multa mala ſcandala&diſpendia, quæ proveniunt ex eisdem..... Per eas foventur in religione multæ diſſolutiones, partialitates & ſcandala . . . . . Et licet fuerunt aliqua privilegia congrua, nunc tamen ratione diverſarum circumſtantiarum ſunt incongrua; quare tolli deberent. Finaliter: cùm Regulares ſe nulli Epiſcopo omnino ſubeſſe profiteantur, conſequens eſt, ut nullus Epiſcoporum, quæ ſua ſunt eis tanquam exteris largiatur. Durandus *de Modo Generalis Concilii celebrandi Part. V. Tit.* 5. *Tom. III. p.* 171. *ſeqq.*

XIV.

EXCOMMUNICATIO.

Non ſufficit obedientia tantùm, ſed *debita*; quia cùm absque cauſa rationabili aliquid præcipitur, non debemus audire; nec Papa pro ſuo libitu excuſat, ſi Papæ mandatum ſapiat

piat peccatum etiam veniale. Item ſi ex obedientia præſumeretur ſtatus Eccleſiæ perturbandus vehementer, vel aliud malum vel Scandalum futurum; etiamſi præciperetur ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ aliquid, ex cujus executio-
Tom. III. *p.* 212. ne præſumitur ſcandalum animarum vel corporum futurum in civitate, non eſt ei obediendum. Covarruvias *in Repet. Cap.* Peccatum. *Part. I. n.* 7. Quotieſcunque lex vel propter iniquitatem nulla eſt, vel propter aliam cauſam actu non obligat, cenſura per talem legem lata nulla eſt, ſeu de facto non incurritur. Quia ſi lex non obligat, nec contumacia nec inobedientia, vel peccatum in transgreſſione inveniri poteſt;
Tom. II. *p.* 575. ablatâ autem materiâ cenſurae nulla poteſt eſſe cenſura. Suarez *Tract. de Cenſuris Diſp. IV. Sect.* 6. *n.* 4.

Nolle pertinaciter obedire ſummo Pontifici non eſt ſchiſma, ſed nolle ſubeſſe ipſi ùt Capiti totius Eccleſiæ eſt ſchiſma . . . . . Contingit namque & ſæpe, nolle exequi præcepta Superioris, retentâ tamen recognitione ipſius in Superiorem. Si quis verò perſonam Papæ ſuſpectam rationabiliter habet, & propterea non ſolùm præſentiam ejus, ſed etiam immediatum judicium recuſat, paratus ire ad non ſuſpectos judices ab
Tom. I. p. 733. eodem ſuſcipiendos, nec ſchiſmatis, nec alterius vitii crimen incurrit. Cajetanus *in S. Thom.* 1. 2. *Quæſt.* 39. *art.* 1. Excommunicationi locus non eſt, niſi cùm per contemptum Canones violantur. Quare Epiſcopi Gallicani, ut ſe ab excommunicationibus tutos præſtarent, Reges, cuſtodiæ Cano-
Tom. IV. Diſſ. VI. Cap. 1. *n.* 11. num & Clericorum à Chriſto præfectos, interpellabant, ut auctoritate ſuâ novorum decretorum executionem impedirent. Marca *Lib. IV. Cap.* 6. *n.* 1. *ſeqq.*

Ad excommunicationem non ſatis eſt quòd cauſa in re ſubſit, ſi ſit occulta; quia judex humanus non poteſt de ſibi occultis judicare. Eſt autem occulta, quoad effectum feren-
Tom. III. *p.* 189. di ſententiam, quamdiu juridicè probata non eſt. Suarez *cit. Tract. Diſp. VII. Sect.* 7. *n.* 4. Quandocunque in ſententia eſt

Digitized by Google

eſt defectus ſubſtantialis ordinis juris, certum eſt, cenſuram eſſe non ſolùm utcunque injuſtam, ſed prorſus invalidam. *ibid.* Idem *Diſput. IV. Sect. 7. n.* 2.

Excommunicationes *ipſo facto* incurrendæ ſunt novioris inventionis, alienæ à ſpiritu Eccleſiæ & Canonum; vigore quorum debitæ monitiones (ternæ ſcilicet) cenſuram præcedere debent, & nullus, niſi contumax, Eccleſiam audire renuens, excommunicandus eſt. Dum aliquis ex ignorantia, quamvis vitioſa, non tamen contumaci, facit aliquem actum, pro quo eſt ſtatuta pœna excommunicationis *latæ ſententiæ*, judicis eſt videre, an talis dici poſſit ipſo facto excommunicatus, ſi ſemper ſit & fuerit promptus ſtare correctioni Eccleſiæ ſuper ſuo delicto; quo caſu non ex contemptu clavium, & *Tom.* III. *p.* jurisdictionis Eccleſiæ, ſed aliunde motus malum fecit. Ger- 186. ſon *de Vita ſpirituali animæ Lect. IV. Coroll.* 7. *Opp. Tom. III. col.* 42. Quare, etiamſi lex annexam habeat pœnam latæ ſententiæ, requiritur nihilomninus citatio ad videndum ſe incidiſſe declarari; quam præviâ cognitione ſequitur ſententia declaratoria, an reus ipſo facto excommunicationem in- *ibid. pag.* currerit, nec ne. Durand *Dictionaire du Droit Canon, Tom.* 189. *I. pag.* 250.

Si quis iis in circumſtantiis verſetur, in quibus, etſi maximè velit, ab ea communione actuali, non ſuâ culpâ, ſed aliunde impediatur; illa ipſi, quoad duret ejuſmodi impedimentum, ad ſalutem actu neceſſaria non eſt. Idem ſcilicet dicendum de communionis actualis neceſſitate ac de baptiſmo actuali. Hoc omnes Catholici actu neceſſarium fatentur, ut quis ſit in Corpore Eccleſiæ; at impeditis ab eo percipiendo, *Tom.* III. *p.* actu non eſt ad ſalutem neceſſarium. Petrus Ballerinius *Lib.* 193. *ſingulari de Vi ac ratione Primatûs pag.* 332.

XV.

REGIA CLERI ET CANONUM PROTECTIO.

Certum eſt, Regem ex ſententia Conſilii ſui, quod auget & minuit prout ei lubet, poſſe latis edictis decernere, ut

Canones obſerventur, ac circumſtantias & modos neceſſarios addere ad faciliorem eorum executionem, ſive ad veram eorum mentem explicandam, eósque accommodare ad utilitatem regni. Ad probationem autem hujus auctoritatis extant exempla omnium Imperatorum Chriſtianorum, Conſtantini videlicet, Valentiniani, utriusque Theodoſii, Arcadii & Honorii, Marciani, Leonis, Juſtiniani, Heraclii, Leonis Philoſophi & Baſilii. In Gallia verò inter Reges tertiæ ſtirpis emicat S. Ludovicus; qui propriâ auctoritate, nullâ factâ mentione congregationis Eccleſiæ Gallicanæ, celebre illud Edictum tulit anno 1268. quo peſſumdantur novitates ab Eccleſia Romana per illas tempeſtates introductæ, & Eccleſia Gallicana revocatur ad obſervationem Canonum de Marca *Libr. VI. Cap.* 36. *Tom. I. p.* 288.

A temporali poteſtate deducta eſt exemptio Clericorum; at quæ inducta fuit ad utilitatem Cleri & Eccleſiæ, non debet verti in ejus ruinam & detrimentum; prout contingeret, ſi per violentias gravatus & vi oppreſſus à Superioribus Eccleſiaſticis non haberet recurſum ad Regem & Principem temporalem, ad cujus exhibitionem ille tenetur jure naturali & divino, quod inviolabile eſt. Salgado *de Protect. regia. Prælud. III. n.* 91. *ſeqq.* Cævallos *de Cognit. per viam violent. Tom. I. Gloſſa* 6. *n.* 61. *pag.* 84. Pereira *de Manu regia. Prælud. I. n.* 6. 7. *Tom. IV. Diſſ. IX. Cap.* 2. *n.* 4. Cognitioni per Viam violentiæ non obſtat Tridentinum Seſſ. XXV. Cap. 3. etenim ibid. tantùm agitur de iis, qui injuſtè juriſdictionem Eccleſiaſticam retardant; ita ut ſermo ſit de cognitione principali cauſæ Eccleſiaſticæ, quæ directè ad judicem Eccleſiaſticum attinet. Imò illam probare videtur Concilium Cap. 20. Seſſ. XXV. Cævallos *cit. Tract. in Prologo ad Regem. n.* 178. Barthel *Diſſert. II. de Concord. Germ. Cap.* 3. *Sect.* 3. *n.* 9. *eod. Cap.* 2. *n.* 5.

Reſiſtendum eſt in faciem Papæ publicè dilanianti Eccleſiam, v. gr. quia non vult dare beneficia Eccleſiaſtica, niſi pro peccunia aut commutatione officii, & cum omni reverentia & obedientia neganda eſt poſſeſſio talium beneficiorum his qui emerunt, & alleganda eſt cauſa ſimoniæ etiam cum Papa commiſſæ. & ſine dubio Principes ſæculi gladium de manu furioſi

furioſi ſic cum modeſtia tollerent. Multæ quoque ſunt viæ, quibus absque rebellione Principes mundi & Prælati Eccleſiæ, ſi vellent uti, reſiſtentiam impedimentúmque abuſûs poteſtatis afferrent &c. Cardinalis Cajetanus *Tract. I, de Auctorit.* *Tom. I. p.* *Papæ & Concilii Cap.* 27. Ubi mandata & facta Papæ ſunt in 756. deſtructionem Eccleſiæ, poteſt ei reſiſti, & impediri executio mandatorum; Ergo ſi conſtet ex determinatione Concili, quòd certæ diſpenſationes ſint in deſtructionem Eccleſiæ, poterunt Gubernatores ipſius Eccleſiæ & Principes reſiſtere in his &c. *Tom. I. p.* Franciſcus de Victoria *Relect. IV. de Poteſt. Papæ & Conc.* 758.

Pro aſſerendo jure *Placiti* laborandum nequaquam de titulo conſenſionis Pontificem inter & Principem, aut de titulo præſcriptionis, vel ſpeciali aliquo privilegio Apoſtolico, quo jus illud Principibûs fuiſſet indultum; quandoquidem ſupremi Principes ſoli Deo acceptum ferant imperium ſuum, qui publicam tranquillitatem, & quæ ad eam auxilia neceſſaria ſunt, *Tom. IV.* in manus ipſorum collocavit. Barthel *Diſſ. II. Cap.* 3. *Sect.* 3. *Diſſ.IX.Cap.* *n.* 6. Quòd ſi quis contendat à Principibus ſæcularibus hanc 2. *n.* 6. tollere poteſtatem, non quidem ſerò comperiet experimento manifeſtiſſimo quantum calamitatis Reipublicæ invexerit. Co- *Tom. I. p.* varruvias *Pract. Quæſt. Cap.* 35. *n.* 3. Dogmaticæ etiam Bullæ 742. Placito regio ſubjectæ ſunt; quia & hæ continere poſſunt clauſulas juribus Regni & Eccleſiæ nationalis repugnantes: poſſent eæ quoque publicari tempore minimè congruo: poſſent præjudicare juribus Epiſcoporum & ſingularibus Provinciarum conſuetudinibus. poſſent denique excedere limites Eccleſiaſticæ *Tom. IV.* juriſdictionis. Hericourt *Loix Eccefiaſt. Part. I. Chap.* 15. *n.* 8. *Diſſ.IX.Cap.* 2. *n.* 7.

Videmus aſſiduè libros Catholicorum Authorum regnorum Hiſpaniæ, tractantes & fundantes Regis juriſdictionem, aut regalias, maximè in rebus Eccleſiaſticis ſibi competentes, qui ob id ſolum ſolent integraliter in Romana Curia prohiberi & vetari, & ad hoc Brevia Apoſtolica tranſmitti ad Inquiſitorem ſupremum Hiſpaniæ publicanda. Rex autem omni conatu, cultu tamen reverenti, huic violentiæ, ſuis juribus regalibus & ſibi ipſi illatæ occurrit, agnoſcens hanc prohibitionem dun-

 taxat

Digitized by Google

taxat tendere ad infringenda ſua jura, nec non in grave & intolerabile præjudicium ſuum, ac proinde impediens talis Brevis executionem, ad evitanda ſcandala penes ſe illud retinet. Salgado *de Supplicatione ad Sanctiſſimum Cap. XXXIII. n.* 144. Quotusquisque eſt, qui ſibi ſcrupulo ducit libros Romae prohibitos legere, niſi Placito Epiſcopali tales prohibitiones ſint roboratae & publicatæ? Zallwein *Tom. II. Quæſt.* 3. *Cap.* 5. §. 8.

Tom. I. *p.* 702.

Tom. I. *p.* 704.

XVI.

Habes, amice Lector, integrum Syſtema Febronianum, non meis, non Febronii verbis, ſed verbis graviſſimorum virorum ex omni gente Chriſtiana, ex quocunque ſtatu, ex pluribus ſæculis; quos non niſi amor veri & boni tantâ conſenſione potuit novere ad edolandos eos lapides & tigna, è quibus hoc aedificium quaſi naturaliter & ſponte aſſurgeret. Ex ordine *Cardinalium* hic comparent Petrus de Alliaco, Franciſcus Zarabella, Thomas de Vio, Julianus Baſileenſis Concilii Praeſes, Nicolaus Cuſanus, Carolus à Lotharingia, & Sfortia Pallavicinus. In numero *Archiepiſcoporum* ſunt Hincmarus Remenſis, Joannes de Segovia Caeſareenſis, Carolus Marillacus Viennenſis in Gallia, Petrus Guerrerus Granatenſis, Petrus de Marca Pariſienſis. Ex ſerie *Epiſcoporum* Durandus Mimatenſis, Andreas Eſcobar Magorenſis, Didacus ab Alaba Aſturienſis, Benignus Boſſuet Meldenſis &c. Inter Patres & Doctores *Tridentinos* laudati Carolus Lotharingus, Petrus Guerrerus & Didacus ab Alaba; Dominicus Sotus, Melchior Canus, Didacus Payva, Franciſcus de Victoria, Didacus Cavarruvias, Claudius Eſpencaeus, Gentiamus Hervetus, Claudius Sanctius & Franciſcus Vargas. Inter Praeſides & Rectores *Univerſitatum* nominantur Joannes Gerſon, Gregorius Zallwein & Caſparus Barthel; praeter ipſas Univerſitates integras, ſcilicet Pariſienſem, Viennenſem, Colonienſem, Cracovienſem & Erfordienſem. Ex his aliiſque Academiis hic comparent *Profeſſores* ſinguli ſequentes: Orthuinus Gratius, Franciſcus Suarez, Petrus Rebuffus, Egaſſius Bulaeus, Joannes Cabaſſutius, Bernardus Zegerus van Eſpen, Ludovicus Habert, Petrus Colletus, Jo. Petrus

Digitized by Google

Petrus Gibert, Benedictus Oberhauſer, Franciſcus Xaverius Zech, Carolus Sebaſtianus Berardus. His accedunt alii viri celebres ac *Scriptores ex Statu Eccleſiaſtico* tam ſaeculari quàm regulari: Claudius Fleury, Petrus Ballerinius, Ludovicus Thomaſſinus, Natalis Alexander, Chriſtianus Lupus, Odoricus Raynaldus, Benedictini Congregationis S. Mauri, Petrus Couſtant ejuſd. Congregat. Ludovicus Maimburgus, Euſebius Amort, & Antonius Pereria. Demum *ex ſtatu civili*: Michael Rouſſel, Nicolaus de Clemangis, Stephanus Baluzius, Jac. Auguſtus Thuanus, Jacobus Gothefredus, Hieronymus de Caevallos, Gabriel Pereira, Carolus Fevret, Franciſcus Salgado, Ludovicus Hericourt &c.

Videat quisque æquus rerum arbiter, an, qui ex adverſo producuntur Auctores, noſtros ſolidæ eruditionis gloriâ, fidei puritate, zelo Domûs Dei & ſtudio boni publici ſuperent. Judicent inſuper prudentiores, an quæ ex tam limpidis fontibus optimo conſilio deducta ſunt, ea ſiniſtri in ſuo Auctore reſpectûs aut animi accuſare alius poſſit, quàm egregiè malus homo. Interim propter imbecillitatem nonnullorum ex noſtris adverſariis eâ ſcrupuloſitate his noſtris allegationibus uſi ſumus, ut in iis, quas hoc Capite damus, rariùs utamur teſtimoniis & auctoritatibus Scriptorum, illis, etiam ſine legitima cauſa, ſuſpectorum. Ut ex his unum nominemus *Eſpenium*, Canoniſtam verè egregium, ille ne toties quidem nobis nominandus viſus eſt, quoties ad eundem Canoniſtam in ſuo Opere *de Synodis* provocandum duxit Benedictus XIV. Pont. Max. & ſic de pluribus aliis.

Porro quatuor ſunt, quæ præter intrinſeca cauſæ noſtræ momenta, me moverunt ad apparandum hoc Syſtema, & alios fortè diſponent ad illud tanquam verum, genuinum & ſanctum amplectendum: 1.) Illud nititur authoritatibus minimè ſuſpectis, ad ſolam Dei gloriam & honorem Eccleſiæ ejus ſpectantibus, cujus promotores & ſectatores nihil temporalis emolumenti appetunt; quod non æque dici aut præſumi poteſt de iis, qui Romanæ Curiæ, qua demum cunque ratione, addicti ſunt

ſunt & fortè cum exceſſu adhærent; uti plures ei in Tridentina Synodo adhæſiſſe teſtatur Pallavicinus: 2.) Quia qui pro moderno Syſtemate Curiæ agere & ſcribere pergunt adverſùs juſtam Eccleſiæ libertatem, ùt plurimùm generalioribus aſſertionibus & thematibus innixi & his contenti, àd ſpecialiora ſeu ad exceptiones à communibus regulis (etiamſi hæ veræ ſupponantur) non progrediuntur, ſicuti fieri debere ſæpe monſtratum fuit: 3.) Quia certum & à Febronio pluribus locis oſtenſum eſt (vid *Tom. I. p. 668. ſeqq.* 808. *Tom. II. pag.* 123. 330. 529. 555. *Tom. III. pag.* 225. *ſeqq.* 256. *&c.*) quòd Syſtema Romanum, Iſidori Decretalibus reſpondens, ſectionibus in Eccleſia anſam dederit, eáſque alere pergat: 4.) Quia univerſaliores graviorésque abuſus, hodienum in Eccleſia ſubſiſtentes, & commoda publica non parum afficientes, in eodem Syſtemate fundantur, & ex eo nutrimentum capiunt, unde plures ſæculares Poteſtates non pauca ex adverſantibus illi Syſtemati conſiliis Febronii, proſpero cum ſucceſſu, & cum evidenti Diſciplinæ Eccleſiaſticæ & boni communis profectu jam executioni dederunt.

Hæc ſi non ſufficiant ad mutandum Romanorum & eorum, qui illis plus quàm oportet affecti ſunt, animos, adhucdum Scriptorum praeoccupatorum ſententiis infixos, unum habeo quod addam, idque ultimatum: *Papa tenetur Canonibus & ſententiis ſanctorum Patrum.* Porro ſicut praeſenti Capite ex auctoritate graviſſimorum Commentatorum, Theologiae praeſertim & Juris Canonici, per Opera Febronii ſparſorum, hic in unam ſeriem & quaſi Tabellam contractorum, verus Eccleſiae ſtatus expoſitus, ejusdem jura atque libertates, à Romanis parum agnita, ſuâ in luce poſita ſunt, ita illa quoque auctoritate SS. Canonum & dictis Patrum, per Tomos Febronianos diſſeminatorum, firmata reperiuntur; quae hic ſimili methodo in compendium collecta & ſuas in claſſes diſtributa exhiberi poſſent; niſi multiplicatis repetitionibus Lectori taedium cauſari juſtus foret metus.

In-

INDEX

Lit. *a.* primam partem, *b.* ſecundum deſignat.

A.

Abſtentio quid ſignificet. *b.* 217.

Abuſus Romanæ Curiæ. *b.* 246. ſeqq. 291. &c. Faciem Eccleſiæ deturpant. *b.* 298. Prædicta ex illis Eccleſiæ infortunia. *b.* 291. 302. Iis non ſublatis nulla pax Eccleſiæ. *b.* 297. De eisdem tollendis Roma ſeriò non cogitat. *b.* 299. 300. 301. An hæreticus ſit qui plures in & ab Eccleſia abuſus tolerari aſſerit. *b.* 76. ſeq.

Afri appellationes ad Romanam Curiam negant. *b.* 232.

Annatæ originem habent non legitimam. *b.* 374. An Simoniam ſapiant. *b.* 137. Succeſſerunt in jus ſpolii & regaliæ. *b.* 138. A Germanis non aliter quàm in ſubſidium belli turcici addictæ ſunt. *b.* 139. ſeq. Illarum terminus exſpiravit. *b.* 143. 375. Nihilominus ſummo rigore exiguntur. *b.* 253. Quandocunque revocari poſſunt. *b.* 374. ſeq.

Antiocheni Concilii Canones an legitimi. *b.* 221.

Apoſtolis quando & per quid data ſit ſuprema in Eccleſia poteſtas. *a.* 129. 130. Eorum miſſio differt quoad poteſtatem à miſſione Diſcipulorum Chriſti. *a.* 122. Omnes erant auctoritate pares, excepto Primatu Petri. *a.* 124. ſeq. Pares cum illo erant in poteſtate fundandi Eccleſias, has regendi, inſtruendi &c. *a.* 110. 122. 127.

Apoſtolicæ Sedis Decreta quomodo condantur & publicentur. *b.* 18.

Appellationes ad Sedem Romanam non ſunt de jure divino. *b.* 92. ſeq. Sed ex jure Canonico noviore & conſuetudinario. *b.* 154. 367. Sunt fructus falſarum Decretalium. *b.* 226. Earundem abuſus. *b.* 244. 367.

Appellatio à Papa ad Eccleſiam. *a.* 78. Ad generale Concilium. *b.* 332. Ejus antiquitas. *b.* 368.

INDEX.

Appellatio ab Abuſu eſt antiquum & legitimum juris remedium. *b.* 319. ſeq. 368. Ejus uſus in Germania. *b.* 323.
S. Athanaſii cauſa qualiter retractata. *b.* 209.

B.

Barthelius vindicatur à calumniis Zaccariæ. *a.* 13.
Baſileenſe Concilium à Gallis in auctoritatem admittitur. *b.* 350.
Beneficiorum reſervatio in favorem Romani Pontificis non eſt ex jure divino. *b.* 116. ſeq. Illi nullæ beneficiorum collationes primitùs competebant. *b.* 127. 362. Horum collationibus quando & quo titulo Pontifices primùm manus injecerint. *b.* 122.
Beneficia Metropolitani in ſuorum Suffraganeorum Dioeceſibus ſubinde conferebant, ſeu jure, ſeu facto. *b.* 121.
Beneficiorum illegalis pluralitas & illuſuriæ Coadjutoriæ Rom. Curiæ adſcribi debent. *b.* 290.
S. Bernardus plura in Rom. Pontifice reprehendit. *a.* 35. Qualiter Papam monuerit. *a.* 17. Ejusdem de Rom. Pontificis Primatu ſententia. *a.* 145. 149.
S. Bernardus & alii viri inſignes prædixerunt mala Eccleſiæ ex abuſu Pontificiæ poteſtatis ſecuta. *b.* 292. 295.
Boſſueti genuinum opus eſt *Defenſio Declarationis Cleri Gallicani.* *a.* 4. *b.* 311.

C.

Canonum non ſolùm defenſio ſed & cuſtodia Principibus credita eſt. *b.* 318.
Canones Conciliorum, etiam Generalium, non admittuntur indiſtinctè in provinciis. *b.* 6. 9. 10. ſeq.
Caput Eccleſiæ quo ſenſu Pontifex dicatur. *b.* 352.
Cardinalium ſtatus in multis reformatione eget. *b.* 247. ſeq. 361. Non ſunt Papæ Coadjutores, ſed Conſultores. *b.* 151. Qui & quo numero ad conſilium Pontificis admittendi. *b.* 290. Illorum præcedentia præ Epiſcopis illegitima eſt. *b.* 250. Eorundem auctoritas crevit creſcente auctoritate ſummi Pontificis. *b.* 248.
Cauſarum Majorum origines & incrementa. *a.* 189. ſeq. *b.* 363. Olim ad Patriarchas deferebantur. *b.* 100. Cauſæ Fidei an ad Majores referendæ. *b.* 364.

Claves

Digitized by Google

Claves à Chriſto traditæ ſunt Eccleſiæ, per hujus miniſtros gerendæ. *a.* 60. 65. 89. *b.* 348. Quo modo eas Eccleſia acceperit. *a.* 26. Has ab Epiſcopis Presbyteri accipiunt. *a.* 123.
Clauſulæ *In ſolidum* vis & ſignificatio. *a.* 58. 114.
Clauſulæ *Non obſtante* Romanis litteris inſeri ſolitæ illegalitas. *b.* 130.
Cleri & Populi aſſenſus olim ad Epiſcoporum ordinationes requiſitus. *b.* 127.
Clericorum exemptio à ſæculari poteſtate originem ducit. *b.* 380.
Clerici in merè Eccleſiaſticis à ſæculari poteſtate, etiam in Gallia, exempti. *b.* 265. Propter bona temporalia non ſunt à contributionibus immunes. *b.* 266. ſeq.
Colonienſis Univerſitas an tempore Baſileenſis Concilii fuerit ſchismatica. *a.* 92.
Commendationes RR. Pontificum in præcepta vertuntur. *b.* 125.
Communio ſub utraque ſpecie an Proteſtantibus reverſuris indulgenda. *a.* 48.
Concilia generalia à quibus convocanda. *a.* 84. 88. *b.* 351. Eorum convocatio cur hodie minùs urgeatur. *b.* 290. Illorum utilitas. *b.* 351. Omni reſpectu ſunt ſupra Papam. *b.* 353. Quando invito Papa celebrari valeant. *a.* 218. *b.* 166. 352. Quis tum illis præſideat. *b.* 333. Quam in eis vim habeant Epiſcoporum ſuffragia. *a.* 168. ſeq. Quando dici poſſint libera, quando non. *b.* 333. In rebus fidei univerſaliter obligant. *b.* 8. Non item in diſciplinaribus. ibid. Non indigent confirmatione Pontificis. *a.* 224. Ut pro generalibus habeantur, ab Eccleſia pro talibus agnoſci debent. *a.* 220. ſeq. Non ſemper ſalubriora in diſciplinaribus ſtatuunt. *b.* 79. Ideo quæ in uno ſancita ſunt, in alio mutant. *b.* 97. Poſteriora prioribus derogant. *b.* 73.
Conciliis generalibus quouſque Pontifex ſe non ſubmittit, illa feliciter non celebrantur. *a.* 38. *b.* 312. Eorum ſuperioritas multas perutiles concluſiones complectitur. *a.* 226. Tribunal Conciliorum generalium non eſt idem cum tribunali Papæ. *b.* 333. Eorundem definitiones quo ſenſu prævaleant diſparatarum Eccleſiarum conſenſioni. *a.* 228.
Concordatum Germaniæ *Aſchaffenburgenſe* interenuiſticum & proviſionale. *b.* 134. Non eſt munitum conſenſu Imperii. ibid. Ab eo differunt Concordata *Principum.* *b.* 133. Hæc potiſſimùm urgentur in Conſtitutionibus Imperii. ibid. Eadem unanimi Principum conſenſu ſancita ſunt. *b.* 134. Germani adverſus Concordata Aſchenburgenſia meritò reclamant. *b.* 135.

b. 135. 143. Conſilium de auferendis gravaminibus quæ Romani Concordatis identidem inferunt. *b.* 136. 376.

Confirmatio electionis Epiſcopi fit per Metropolitanum & Comprovinciales Epiſcopos. *b.* 182. Potiſſimùm autem ab illo. *b.* 183. 366. Hoc ſuum jus Metropolitani etiam adverſus ſummum Pontificem tuentur. *b.* 184. ſeq. 198. Qualiter hæ Confirmationes lentè ad Rom. Pontificem delatæ ſint. *b.* 193. Quid circa eas in Germania deſideretur. ibid.

Congregationes Indicis & ſacri Officii non habent auctoritatem in Gallia. *b.* 261.

Conſecratio Epiſcoporum adhuc ſeriùs penes Metropolitanum perſtabat. *b.* 366.

Conſtantienſe Concilium in omnibus partibus apud Gallos pro generali reputatur. *b.* 350.

Conſtantinopolitana Eccleſia honorem ſecundæ Sedis ſemper obtinuit. *b.* 96.

Conſtitutio *Unigenitus* quando ab univerſali Eccleſia acceptata fuerit. *a.* 231. An ſit regula fidei. *a.* 233. ſeq. Quomodo circa eam Rex Galliæ ſilentium impoſuerit. *a.* 237.

Corpus Juris Canonici nullum fundat articulum fidei. *b.* 74. Capitalibus erroribus oneratum. *b.* 65. ſeq. In omni parte defectuoſum eſt. *b.* 277. Votum pro illius reformatione ſeu abolitione an impium ſit & novum. *b.* 80. ſeq. 348.

D.

Decretales Pontificum Epiſtolæ illis in Eccleſiis obligant, in quibus inter Canones receptæ ſunt. *b.* 44. 69.

Decretales Georgii IX. plura ex Iſidoro Mercatore & aliis impuris fontibus hauſerunt. *b.* 271. In quibus à Decreto Gratiani differant. *b.* 64. Earum vitia. *b.* 68. 70. 72. ſeq. Corruptelæ. *b.* 277. 347. Juribus Principum detrahunt. *b.* 272. ſeq. Uti & Epiſcoporum. *b.* 276. 278. ſeq. Damna per illas illata quomodo reparanda. *b.* 280.

Decretaliſtarum principia ſunt cauſa abuſuum in Eccleſiam inductorum. *a.* 36. *b.* 347.

Decretum Gratiani nullâ per ſe gaudet auctoritate. *b.* 67. 347. Ingentes ejus nævi. *b.* 60. 346. Per illud jus novum in Eccleſiam invaſit. *b.* 347. Ejus vitia in Decretales influxerunt. *b.* 64.

Depoſitio

Digitized by Google

Depoſitio Epiſcoporum ad Provinciales Synodos pertinet. *b.* 219. ſeqq. In extraordinariis caſibus ſubinde à RR. Pontificibus promovebatur. *b.* 223.

Dioceſium diviſio humani inſtituti eſt. *a.* 119. Non à Papa ſed ab Eccleſia. *a.* 138. Diviſis dioeceſibus unus Epiſcopus regulariter non poteſt exercere Epiſcopalia in alterius dioeceſi. *a.* 115. Dioeceſium fines determinare non eſt reſervatum ſummi Pontificis. *b.* 105. ſeq.

Dioſcorus Alexandrinus ubi & à quo exauctoratus fuerit. *b.* 214.

Diſciplina Eccleſiaſtica ſucceſſivè mutanda & in priſtinum ſtatum reducenda eſt. *b.* 75. ſeq.

Diſpenſandi facultatem Epiſcopi in ſuis dioeceſibus jure divino habent; Papa in toto orbe jure eccleſiaſtico. *b.* 56. ſeqq. 371. ſeq. 354.

Diſpenſationes gratis & rarò dandæ, quod Romæ non ſervatur. *b.* 353. 291. Contra expreſſam Conſtitutionem datæ in Gallia non admittuntur. *b.* 261.

E.

Eccleſia an & qualis ſit Status. *a.* 22. 59. Non eſt Monarchia. *a.* 51. 54. *b.* 255. Ex quibus conſtet. *a.* 66. Alia collective, alia diſtributivè ſumpta *a.* 68. Eccleſiæ diſperſæ authoritas & certitudo. *a.* 223.

Eccleſia ordinat & conſtituit Epiſcopos. *a.* 63. Jurisdictiones aſſignat quibus convenit. *b.* 241. Ejusdem tribunal eſt ſuperius tribunali Papæ. *b.* 178. Poteſt moderari & coërcere poteſtatem Papalem & Epiſcopalem quoad exercitium. *a.* 242. *b.* 305. 353. 354. Ejus poteſtas merè ſpiritualis eſt, nec indirectè ſe ad temporalia extendit. *b.* 257. 275. Sequelæ hujus principii. *b.* 258.

Eccleſiæ ſtatus & Epiſcoporum jura conformiter ad quatuor prima Concilia generalia. *b.* 83. Ejusdem ſciſſio à negata Pontificum ad eam ſubmiſſione. *b.* 293. Inductos & vigentes abuſus non approbat. *b.* 79.

Eccleſiæ mutuis ſe conſiliis juvant. *b.* 252.

Electiones Epiſcoporum qualiter primitùs factæ. *a.* 101. *b.* 168. ſeqq. Populus in eis ſuam partem habebat & votum. *b.* 169. Nihil in illis juris Romano Pontifici. *b.* 171. ſeqq.

Electionum Epiſcopalium priſtina forma ſæculo XII. & XIII. immutata eſt. *b.* 176. Sæculo XIV. cœperunt RR. Pontifices ſibi omnium Epiſcopatuum proviſiones aſſerere. *b.* 177. Eccleſiis & Epiſcopis obnitentibus. *b.* 178. Prætextus harum reſervationum. *b.* 178. ſeqq.

Digitized by Google

Electiones dubiæ & inordinatæ qualiter emendandæ. *b*. 179. 183.
Electorum S. R. I. inſtitutio an à Romano Pontifice ſit. *b*. 275. 282.
Epiſcopatus pluribus in ſolidum communis. *a*. 108. *b*. 369. ſeq. Unicus & univerſalis non repugnat Primatui Petri. *a*. 129. Quando ejus uſus hodie obtineat. *b*. 371. Qualis Epiſcopatus univerſalis à S. Gregorio M. damnatus ſit. *a*. 159. Qualis in Tridentino Rom. Pontifici negatus. *a*. 164.
Epiſcopatuum erectio de jure non eſt reſervatum ſummi Pontificis, *b*. 101. ſeq.
Epiſcoporum poteſtas immediatè à Deo eſt. *a*. 97. An & quatenus ſint Apoſtolorum ſucceſſores. *a*. 88. An horum Vicarii. *a*. 99. Pleniſſimè in Apoſtolorum jura ſucceſſerunt. *a*. 131. 139. ſeq. 370. Omnes origine & naturâ ſuâ univerſales ſunt. *a*. 111. 118. Habent ſollicitudinem omnium Eccleſiarum, etiam hodie. *a*. 207. Eorum juriſdictio ſuâ naturâ abſoluta eſt & nullis circumſcripta limitibus. *b*. 113. 369. Eadem neque per Canones in ullo minuta fuit. *a*. 111. An Papa nativa Epiſcoporum jura intacta reliquerit. *b*. 304. 315. Illi per ſe habent jus diſpenſandi in ſuis dioeceſibus. *a*. 133. *b*. 113. ſeq. Habent quoque jus Pontificias omnis generis Bullas examinandi & pro re nata retinendi. *b*. 8. 307. ſeqq.
Epiſcopi recèns ordinati de ſua ordinatione ad Papam referunt. *a*. 104. Quando hic uſus cœperit. *a*. 105. Epiſcopi olim, maximè Orientales, ſedes ſuas adminiſtrabant inconſulto Papa. *b*. 186. An & quousque ſint Papæ ſubditi. *b*. 38. Qualiter culpa Epiſcopum Pontifici ſubjectum faciat. *b*. 242.
Epiſcoporum ordinatio ad Metropolitarum de jure pertinet, non ad Patriarcham. *b*. 109. A provincialibus Synodis judicantur. *a*. 174. *b*. 219. Non poſſunt deponi niſi per legitimum Concilium. *b*. 147.
Epiſcopi ſunt judices fidei. *a*. 192. 201. ſeq. In- et extra Concilia. *a*. 214. An in Synodo diſſentire poſſint à ſententia Pontificis. *a*. 171. Epiſcoporum Corpus poſtquam pronunciavit, non licet privato dubitare an legitima ſit pronunciatio. *a*. 170. 229. 231.
Epiſcoporum acceſſio & conſenſus ad condendam legem univerſalem deſideratur. *b*. 4. ſeq. 16.
v. Eſpen (Zegerus) vindicatur à calumniis Romanorum. *a*. 14. *b*. 327.
Excommunicationis papalis quæ ſint jura, quæ principia. *b*. 27. 379. Contra Canones lata nulla eſt. *b*. 29. 312. 378. Uti & ſi ab aliis Eccleſiis impre-

Digitized by Google

improbetur. *b*. 28. Legi annexa quando ligct. *a*. 25. *b*. 378. Illegitima dat cauſam recurſui ad Principem. *b*. 318.
Excommunicatio latæ ſententiæ novioris inventionis eſt, & à ſpiritu Canonum alienæ. *b*. 379.
Exſpectativarum origines ac natura. *b*. 122.

F.

Febronius an ſit malus Propheta. *b*. 296. Non ſcripſit pro rudi populo *a*. 68. An à Gallorum ſententiis recedat. *a*. 71. ſeqq. Ex quibus Auctoribus laboraverit. *b*. 343. 382. Ejus doctrinæ in materiis fidei vindicantur. *a*. 227. A Zaccariæ calumniis defenditur. *a*. 227. ſeq. 240. ſeq. An Richerismi reus ſit. *a*. 26. 29. Ejus adverſarii gratiam Clementis PP. XIII. promerentur. *a*. 3.
Febronii libro nullus à multo tempore fortunatior. *a*. 1. Ejusdem libri fructus. *a*. 35. ſeq.
Febronianum Syſtema quare præferendum. *b*. 383.
Fenelonus Archiep. Cameracenſis an Romanum Pontificem infallibilem crediderit. *a*. 170. Qualiter ſuum librum *Maximes des Saints* damnaverit. ibid.
Ferrerrius Regis Chriſtianiſſimi nomine in Concilio Trid. reformationem abuſuum poſtulans ſuſpicionem hæreſeos incurrit. *b*. 78.
Fidei decreta obligant quomodocunque ad privatorum notitiam pervenerint. *b*. 51. 332. Fidei quæſtiones difficiliores quæ. *a*. 192. Quando ad Sedem Apoſtolicam deferendæ. *a*. 198.
Florentini Concilii infirmitatem Tridentini Patres agnoſcunt. *a*. 166. Illud Galli nec legitimum nec generale reputant. *b*. 350. An Florentinum Conſtantienſi & Baſileenſi repugnet. *a*. 70.
Formatæ Rom. Pontificis, ſeu ejus Litteræ Communionis differunt à Confirmatione. *b*. 194.

G.

Gallicana Eccleſia ex quibus perſonis conſtet. *b*. 8. Defenditur adverſus Zaccariæ imputationes. *a*. 210. Non omnes Pontificum Decretales admiſit. *b*. 5. Quos Canones ex Corpore Juris recipiat. *b*. 260. 264. Suas quatuor Propoſitiones anni 1682. non retraxit. *a*. 205. ſeq.
Gallicanas Eccleſias Leo P. X. à jure electionis deturbavit. *b*. 264.
Gerbertus an aliter ſenſerit Archiep. Remenſis, aliter ſummus Pontifex. *a*. 178.
Germania Romanæ Curiæ ancilla libertatem aliquando meretur. *b*. 144. An gravaminibus Germaniæ plurima ex parte ſubventum ſit, *b*. 280.

Ger-

Germanorum de reſpectiva Concilii generalis & Rom. Pontificis ſuperioritate ſententia. *a.* 90. Rupturam ſæc. XVI. Romanis, antequam eveniret, prænuntiant. *b.* 294.
Gerſonii apologia. *a.* 3.
Græcani ſchismatis quæ fuerit cauſa. *a.* 36.
Gregorius VII. auctor doctrinæ de poteſtate R. Pontificis deponendi Reges. *a.* 185. Ejus Officium pugnat cum lege Evangelii. *a.* 187.

H.

Hæreſes ſolorum Epiſcoporum auctoritate proſcriptæ. *a.* 201. Hæreſum in Eccleſia extinguendarum remedia. *a.* 243.
Hæreſes Lutheri & Calvini ex Regiminis Eccleſiaſtici corruptela originem & incrementa ſumpſerunt. *a.* 46.
Hiſpanorum de ſuperioritate Concilii præ Papa ſententiæ. *a.* 85. ſeq.
Hollandiæ Epiſcopi quâ viâ Romanæ Sedi reconciliari valeant. *a.* 238.

I.

Janſeniana cauſa qualiter in Gallia tractata. *a.* 196. ſeq.
Jeſuitarum doctrinæ multifariè ab Epiſcopis damnatæ. *a.* 204. ſeq. Eorum ſuperbia. *a.* 209. *b.* 285. Eorundem in ſcholis Hiſpaniæ dominatus. *a.* 89. Doctrinam Sorbonæ amplecti compelluntur. *a.* 30. Jeſuitarum Ordo extinguitur. *b.* 285.
Illirici provinciæ particulari titulo ad jus Rom. Pontificis pertinebant. *b.* 155.
Imperium Romanum an per Leonem PP. III. ad Germanos translatum fuerit. *b.* 284.
Imperialis aula Viennenſis mandat ſuperioritatem univerſalis Concilii præ Papa defendi. *a.* 93.
Indulta conferendi beneficia nonnullis Archi- & Epiſcopis Germaniæ conceſſa non minuunt ſumptus in Rom. Curia faciendos. *b.* 254.
Infallibilitas Pontificia à Gallis ſemper et validè oppugnata fuit. *a.* 82. 210. Olim minimè credita. *b.* 336. 361. Eâ cadente potiores Rom. Pontificis prætenſiones concidunt. *a.* 77. Infallibilitas non confundenda cum fiducia ſani judicii. *a.* 213.
Infallibiliſtæ non immeritò Proteſtantibus ſuſpecti, rei Catholicæ nocuerunt. *a.* 230.
Innocentius III. audax Juriſperitus. *b.* 364.
Iſidorus Mercator an immeritò ab Auctoribus falſarius & nebulo vocetur. *b.* 256.

Iſido-

Digitized by Google

Iſidori Decretales provincialibus Synodis earúmque auctoritati grave vulnus inflixerunt. *b.* 225. 344. Ipſis etiam generalibus Conciliis illuſerunt. *b.* 71. Multorum malorum cauſa ſunt & origo. *b.* 345. Non faciunt jus. *b.* 256. 345. An ab Eccleſia irrevocabiliter adoptatæ ſint. *b.* 306. 318.
Juriſdictio quid ſit. *a.* 152. An & quam in univerſali Eccleſia habeat ejuſdem Primas. *a.* 153.
Jus Publicum Eccleſiaſticum à RR. Pontificibus totum quantum immutatum eſt. *b.* 278. Quando Jus novum cœperit. *b.* 70. Antiquum paulatim in uſum revocandum eſt. *b.* 280.

K.

Kauffmans Doctor Colonienſis Rabulæ nomen promeritus. *a.* 63. 93. 109.

L.

Leges Canonicæ ſine debita publicatione vigore deſtituuntur. *b.* 50.
Legislativa poteſtas Eccleſiaſtica in quo differat à Sæculari. *b.* 3.
S. Leo M. Gallicanarum, imò omnium Eccleſiarum ſtatum contra morem priſtinum ordinavit. *b.* 21.
Liberio Papæ negata à Clero Romano obedientia. *b.* 335. 337.
Libertatis Eccleſiaſticæ nomen an meritò ſuſpectum. *b.* 255. Libertas Eccleſiæ per diſſenſum Regis, Epiſcoporum & Procerum defenſa. *b.* 123.
Libertates Eccleſiæ Gallicanæ quid & quæ ſint. *b.* 257. 362.
Librorum cenſurâ qualiter Roma abutatur. *b.* 84. 381. Romana librorum cenſura comparata cum Viennenſi. *a.* 17.
Lugdunenſis Eccleſia primum ſuum Epiſcopum Româ non accepit. *b.* 104.

M.

Mandata de providendo ſeriùs inducta ſunt. *b.* 128.
Marca (Petrus de) homo verſatilis, & in utramque partem æque compoſitus. *a.* 82.
Marcianus Arelatenſis Epiſcopus non fuit à Stephano Papa depoſitus. *a.* 117. A quo judicatus. *b.* 215.
Matrimonii uſus an Clericis Proteſtantibus ad Catholicam fidem reverſis relinquendus. *a.* 50.
Metropolitanorum & Primatum inſtitutio non à Rom. Pontifice, ſed ab Eccleſia eſt. *a.* 121. *b.* 366. Eorum jura à Canonibus & Synodis determinata. *b.* 107.
Metropolitani à propriis Synodis judicantur. *b.* 217. ſeq. Illorum eſt confirmare electiones Epiſcoporum. *b.* 184. ſeqq.

Digitized by Google

Metropolitani ſe obſtringunt ad pallia à Romana Sede accipienda. *a.* 106. Quis hujus rei effectus. ibid.
Monarcham in quo ſenſu Romani Papam faciant. *a.* 55. 57. In quo ſenſu talis revera dici poſſit. *a.* 56. 59.
Monarchica RR. Pontificum auctoritas eſt anſa bellorum. *a.* 15.

N.

Natalis Alexandri & Operum ejus juſta defenſio. *a.* 8.
Neſtorius per quem depoſitus. *b.* 212.
Nicolaus I. Papa ex fundamenta Iſidorianarum Epiſtolarum RR. Pontificibus plenum jus condendi leges adſcribit. *b.* 20.
Nuntii Apoſtoli reſidentes quando cœperint. *b.* 86. Harum Nuntiaturarum abuſus. *b.* 86. ſeq. 244. Nuntiaturæ Colonienſis ſpecialia gravamina. *b.* 88. Nuntii Apoſtolici nullam jurisdictionem exercent in Gallia. *b.* 258.

O.

Obedientiæ juramenta quando ab Epiſcopis Romano Pontifici præſtari cœperint. *a.* 105. Qualis obedientia illi exhibenda ſit. *b.* 309. 356. Quando & quousque ei neganda. *b* 334. 377. Nolle obedire Papæ quando ſchisma ſit. *b.* 341. ſeq. 378.
Ordinaria poteſtas quæ in Jure Canonico dicatur. *a.* 158
Ordinis & jurisdictionis poteſtas qualiter & quando Epiſcopis conferatur. *a.* 107.

P.

Pallium. vid. *Metropolitani.*
Papa quo ſenſu Monarcha dici poſſit. *a.* 53. ſeq. An & qualiter ſit Vicarius S. Petri. *a.* 99. Prætenſa ejus infallibilitas ab antiquitate minimè agnita, *b.* 352. Nec ab univerſalitate, *b.* 354. Quo ſenſu juxta Concilium Florentinum habeat plenam poteſtatem univerſalem Eccleſiam gubernandi, *a.* 141. 148. *b.* 350. An ejus auctoritas ſe extendat ad omnes Eccleſias collectivè ſumptas. *a.* 154. Quæ ad Eccleſiæ ſtatum pertinent ad Papam referenda ſunt. *a.* 191. Ei tanquam Capiti Eccleſiæ regulariter ab omnibus adhærendum eſt. *b.* 355. Sed non in omni caſu. *a.* 217. Poteſt fieri ſchismaticus. *b.* 336. 339. An in ejus poteſtate ſit Epiſcoporum jura ampliare aut coarctare. *b.* 305. Non linquit intactas facultates Epiſcopis jure divino proprias. *b.* 304.
Papa non habet jus immediatum in privatos Epiſcoporum greges. *a.* 133. ſeqq. Qualiter poſſit ſupplere defectum Epiſcoporum. *a.* 144. Genuino & antiquo jure non concurrit ad Epiſcoporum conſtitutionem, *a.* 100.

Papalis

Papalis & Epiſcopalis poteſtas naturâ diſtinctæ ſunt. *a.* 136. ſeq. 155. *b.* 23.
Paparum acta & decreta in Conciliis refricantur. *a* 180. Suprema eorum poteſtas à Tridentino aſſerta qualiter intelligenda. *a.* 185. *b.* 350. Illorum decretis in materia fidei proviſoriè parendum eſt. *a.* 189. Add. *Rom. Pontifex. Primatus.*
Pariſienſis Univerſitatis eminentia. *a.* 82. Ejusdem conſtans ſententia de ſuperioritate Concilii præ R. Pontifice. *a.* 83. ſeq.
Parochorum & parochialium eccleſiarum origo. *b.* 127. Illorum auctoritas in quibus differat ab auctoritate Epiſcoporum. *a.* 122. 156.
Paſchali II, Patres Concilii Viennenſis obedientiam ſe ſubtracturos minantur. *b.* 336.
Patriarcharum omnium jura æqualia ſunt. *b.* 98. Patriarchæ Metropolitanos ordinant. *b.* 204. Patriarchæ Orientis an à Rom. Pontifice confirmationem acceperint. *b.* 193. An ab eodem depoſiti fuerint. *b.* 209. ſeq.
Patriarchalia Romani Epiſcopi ſicut & cæterorum Patriarcharum jura atque fines à Synodo & Canonibus determinantur. *b.* 96. 106. In quo Romani Patriarchatûs jura conſiſtant. *b.* 99. Extra ſuburbicarias regiones Epiſcopos olim non confirmabat. *b.* 191.
Patriarchales Sedes cur certis urbibus affixæ. *b.* 97.
Paulus Conſtantinopolitanus ubi & à quo depoſitus. *b.* 214.
Petrus claves à Domino accipiens Eccleſiam repræſentabat. *a.* 61. 100. Quomodo & in qua qualitate eam repreſentabat. *a.* 67. 76. Quid præcipui in hac traditione Petrus acceperit. *a.* 73.
Placiti regii fundamentum & univerſalis uſus. *b.* 324. 381. An etiam in Bullis dogmaticis obtineat. *b.* 328. ſeqq.
Populus qualiter circa jura Pontificia inſtruendus. *b.* 211.
Poſſeſſione & præſcriptione non ſalvantur jura Decretalibus Iſidori innixa. *b.* 71. 74.
Primatus Rom. Pontificis in quo conſiſtat. *a.* 24. 117. 128. *b.* 113. 115. 354. ſeq. Illius natura & adfectiones. *a.* 145. 153. Ejus jura alia intrinſeca & eſſentialia accidentaria. *b.* 354. Per traditionem & obſervantiam Eccleſiæ declarantur. *b.* 234. Quæ ejus jura eſſentialia? *b.* 355. Primatus jurisdictionis an & qualiter Rom. Pontifici competat. *b.* 232. 235.
Primatûs Romani exceſſus & pericula. *b.* 124. 357. Quondam centrum unionis, dein petra ſcandali. *a.* 41. Ejusdem abuſus eſt cauſa ſchiſmatis. *a.* 35. ſeq. 41.

Provincialium Synodorum priſtina auctoritas adhuc ſæculo VIII. firma ſtetit. *b.* 225.

R.

Reformatio Eccleſiæ per ſæculares Poteſtates noviter procurata. *b.* 297. Romanâ Curiâ eam identidem declinante. *b.* 299.

Regia tuitio adverſùs Romanorum exceſſus & injurias adhibetur. *b.* 126. 129. 132. 313. 322. 380. Quomodo Rex in cauſis Eccleſiaſticis cognoſcat per viam violentiæ. *b.* 317. Huic recurſui Concilium Tridentinum non repugnat. *b.* 320. 380. Hac tuitione novorum decretorum Papalium executio impeditur. *b.* 378. Canonum obſervantia aſſeritur. *b.* 380.

Regulæ Cancellariæ an & quæ in Gallia receptæ. *b.* 260. Omnes in regno Neapolitano & Statu Veneto abrogantur. *b.* 316.

Regularium exemptio malam habet originem. *b.* 376. An Eccleſiæ utilis ſit an damnoſa. *b.* 284. ſeq. Eorum redactio in Congregationes an ſit medium tollendorum abuſuum. *b.* 287. Meritò deberet revocari. *b.* 377.

Relationes quibus in cauſis ad Rom. Pontificem faciendæ. *b.* 145. ſeq. 355. Jus Relationum in gravioribus cauſis unde ad Pontificem devenerit. *b.* 154.

Relationum quædam ſpecies Primatibus Orientis & Occidentis ab Imperatoribus aſſeritur. *b.* 157. Earundem vigor & reſpectivè auctoritas. *b.* 160.

Reſervata Pontificis ſunt privilegia, quæ ei conſenſu, ſaltem tacito, Epiſcoporum obvenerunt. *a.* 132. *b.* 371.

Reſervationum beneficialium initia & progreſſus. *b.* 122. 128. 372. Earum prætextus & anſæ. *b.* 128. 131. Non habent verum fundamentum niſi in conſenſu eorum quorum intereſt. *b.* 124. Illarum finis. *b.* 130. Incommoda. *b.* 130. 132. Meritò abrogandæ. *b.* 373.

Reſervationibus Papalibus in Gallia & Germania reſiſtitur. *b.* 132. Similiter in Anglia. *b.* 125.

Reſervationes peccatorum ex Epiſcoporum conſenſu jus & originem trahunt. *b.* 110. ſeq.

Reſiſtentia eſt legitima ubi quod mandatur juri repugnat. *b.* 125. 129. 380. Antiquiora hujus reſiſtentiæ exempla. *b.* 335. ſeq. 338. 373. Ad hanc reſiſtentiam non deſideratur prævium Eccleſiæ judicium. *b.* 339. Quid in dubio agendum? *b.* 340.

Reunionis Proteſtantium cum Catholicis impedimenta. *a.* 43. Ejuſdem media. *a.* 45.

Richerii (Edmundi) fata. *a.* 30. Richeriſmus in quo conſiſtat. *a.* 29.

Robertus Lincolnienſis, vir ſingulari pietate conſpicuus. *a.* 125.

Roma populorum bonâ voluntate abuſa eſt. *b.* 85. Graviores cauſas ſæculares ad ſe trahit. *b.* 238. An Pontifex omnes cauſas Eccleſiaſticas Romam poſſit evocare. *b.* 239. 242.

Romanæ Curiæ Syſtema vacillat. *a.* 1. Ejusdem corruptelæ an ſilentio premenda. *a.* 47.

Romanæ Eccleſiæ potentior principalitas in quo conſiſtat. *b.* 156. Romana Eccleſia aliarum Eccleſiarum Magiſtra. *b.* 151.

Romana Sedes à Curia diſtinguenda eſt. *a.* 18. ſeq. Secundùm regulas honoranda. *a.* 48.

Romanorum exceſſivis prætenſionibus jam in multis termini poſiti ſunt. *b.* 80.

Rom. Pontificis jus & auctoritas an ſit nudæ directionis. *a.* 24. Eſt Cuſtos & Executor Canonum. *b.* 14. 44. 149. 213. Pro horum executione poteſt mandare. *b.* 25. 120. Ex jure conſtituto mandat. *b.* 172. ſeq. Iis, qui SS. Canonibus graviter contraveniunt, infligit pœnas, non arbitrarias, ſed legibus congruas. *b.* 44. Quæ Pontificiæ poteſtatis plenitudo. *b.* 356. Abuſus Pontificiæ poteſtatis. *b.* 357. Hæc Canonibus regulatur. *b.* 259. Illius mandato paretur, poſtquam diſcuſſione ab Epiſcopis factâ SS. Scripturis & Traditioni conforme invenitur. *b.* 213.

Rom. Pontificis quæ poteſtas in legibus toti Eccleſiæ ferendis. *b.* 25. 350. Ejus conſtitutiones non receptæ non obligant. *b.* 36. ſeqq. 355. An Epiſcopos ſoleat conſulere ante editionem generalium conſtitutionum. *b.* 289. An ſolus originariè in Eccleſia judicandi auctoritate polleat. *b.* 240. An nihil à Synodis, nihil ab Eccleſia acceperit. *b.* 91. An quà Patriarcha jus habeat confirmandi & ordinandi omnes Occidentis Epiſcopos. *b.* 190. ſeq.

Romani Pontifices ſemper ad occaſiones explicandæ firmandæque ſuæ auctoritatis intenti. *b.* 364. Cur hodie non ampliùs ſe ſcribant Urbis Epiſcopos. *a.* 163.

S.

Sacramentorum diſciplina ad poteſtatem Eccleſiaſticam nudè pertinet. *b.* 270. De exteriore eorum abuſu judex Civilis ſubinde cognoſcit. ibid.

Sardicenſis Synodus judiciorum Eccleſiaſticorum diſciplinam alteravit. *b.* 222. Attamen veras appellationes ad Rom. Pontificem non inſtituit. *b.* 233. 236. Genuinus ejusdem ſenſus Sæculo IX. explicatus. *b.* 237.

Schiſma Orientalium unde ortum. *a.* 161. Occidentale diu antè prænunciatum. *b.* 292. ſeqq. Schiſmatis tollendi remedium. *a.* 42.

Sedes à Sedente diſtinguenda. *a.* 21. 211. *b.* 308. 338. 356.

Sextus Decretalium & Clementinæ quam habeant originem. *b.* 348.

Sicilia olim non habebat alium Metropolitanum quàm Romanum Pontificem. *b*. 119. 170.
Status Eccleſiæ non eſt Monarchicus. *b*. 83. 249.
Status regni an & quatenus comparari poſſint Epiſcopis in Concilio oecumenico congregatis. *a*. 175.
Subdiaconis continentia quando præſcripta. *b*. 46.
Suburbicariæ regiones an Metropolitanos habuerint. *b*. 187. ſeq.
Succeſſoris in Epiſcopatu deſignatio à jure reprobatur. *b*. 206.
Suffragii Epiſcoporum in Conciliis oecumenicis vis & auctoritas. *a*. 168. ſeq.
Synodorum Provincialium origo. *b*. 241. An inconſulto Papa celebrari poſſint. *b*. 210.

T.

Toletanus Archiepiſcopus omnes olim in Hiſpania Epiſcopos confirmavit. *a*. 102
Toſtati Abulenſis apologia. *a*. 63.
Translationes Epiſcoporum non ſunt reſervatum ſummi Pontificis, ſed ſpectant ad jus Synodi. *b*. 199. ſeqq. 365. Eis, quanquam à jure vetitis, favet Socretes Hiſtoricus. *b*. 202.
Tridentini Concili initia Germanis ſuſpecta. *b*. 301. 358. Pontifex comparens per procuratores, idem ut poſſint Epiſcopi, his negat. *b*. 302. Cardinalium & Curiæ ſuæ reformationem in eodem ſuſcipi non patitur. *b*. 359. An in eo fuerit competens libertas. *b*. 360.
Tridentini Patres Rom. Pontifici nomen & qualitatem *Epiſcopi univerſalis* negant. *a*. 164. Sicut & illam *Rectoris Eccleſiæ iniverſalis*. *a*. 182. ſeq. *b*. 350.
Tridentina reformatio minimè ſufficiens & completa eſt. *b*. 363.
Typum umbroſum ſæculi in Eccleſiam Romani inducunt. *b*. 237.

U.

Vargas (Franciſcus) judicium de ejus ſcriptis. *a*. 13.
Vicariorum Sanctæ Sedis origo & uſus. *b*. 364.
Vigilius Papa hæreticis adnumeratur. *b*. 337.
Viſitatorum ad electiones Epiſcoporum deputatorum officium. *b*. 169. 174.
Unitas Epiſcopatûs pluribus in ſolidum communis. *a*. 108.

Z.

Zaccaria ſtatum merè monarchicum in Eccleſia conſtituit. *b*. 2. 57. 81. Malitioſè agit. *b*. 82. 84. ſeq. 90. 116. 161. 166. 218. 222. 223. 236. 248. 256. 312. Falſi convincitur. *a*. 11. 15. 22. 23. ſeq. 26. 58. 61. 74. 81. 96. *b*. 333. 334. Imperitus rerum Ciſalpinarum. *b*. 320. 327.

Digitized by Google

INDEX
Diſſertationum & Capitum.

Diſſertatio VI.

De Legibus Eccleſiæ.

Caput I. De jure Romani Pontificis in ferendis Eccleſiæ Legibus, & de Ejus excommunicandi jure. - - - pag. 1

II. Ulteriera de Legibus Papalibus; de earum publicatione. De Diſpenſationibus. Variæ eæque graves in his Patris Zaccariæ aberrationes. 35

III. Plura de Corpore Juris Canonici. Quædam de Romana librorum cenſura. De Legatis Apoſtolicis nonnulla recentiora. - - 60

Diſſertatio VII.

De juribus Primatûs, quæ à Conciliis & ab Epiſcopis Romano conceſſa ſunt.

Caput I. Generatim de iis quæ Rom. Pontifici ſeriùs per conſenſum Eccleſiarum obvenerunt: ſpeciatim de jure terminandorum finium Diœceſium & de erectione novorum Epiſcopatuum; de reſervatione peccatorum; iterum de diſpenſationibus. - - - p. 90

II. De beneficiorum reſervatione & de Annatis. Varii circa hæc Zaccariæ errores. - - - - 115

III. De Relationibus ad ſummum Pontificem faciendis, & de hujus jure generalia Concilia convocandi, eisdémque præſidendi. Zaccaria falſi & injuriarum accuſatur & convincitur. - - 145

Diſſertatio VIII.

De aliis juribus, quæ ſibi RR. Pontifices cum præjudicio Ordinis Epiſcopalis appropriarunt.

Caput I. De Epiſcoporum Electione, Confirmatione & Conſecratione. Miræ circa has Zaccariæ ab antiquitate & à SS. Canonibus aberrationes. p. 167

II. De Epiſcoporum Translatione & Depoſitione. - - 199

III. De Appellationibus ad Romanam Curiam. - - 224

Diſſertatio IX.

De variis in Romana Curia abuſibus, & legitimis adverſus eos remediis.

Caput I. De veris abuſibus qui in Rom. Curia vigent, & de falſis qui Eccleſiæ Gallicanæ affinguntur. - - - p. 246

II. De mediis & ſubſidiis vindicandæ Eccleſiaſticæ libertatis. Zaccaria ſemper idem, ſemper errabundus. - - 303

Caput III. Summaria demonſtratio bonitatis & veritatis doctrinarum Juſt. Febronii. - - - - 342

VAL 836

ERRATA.

pag.	lin.	
		Partis I.
11	8	Juſtificatum. leg. *juſtificandum.*
47	17	Declinarent. leg. *declinaret.*
56	11	Exprimit. leg. *exprimunt.*
58	26	Tom. II. leg. *Tom. I.*
59	10	Deminationem. leg. *denominationem.*
60	3	Quæſo. leg. *quæro.*
74	20	Hac. leg. *Hæc.*
116	pen	litteræ. leg. *litteras.*
122	18	Quod. leg. *quoad.*
194	ult.	Tom. II. leg. *Tom. I.*
200	18	Collegiis. leg. *Collegis.*
238	3	Quaque. leg. *quæque.*
243	20	Ceſibus leg. *caſibus.*
ibid	pen	Catioſè. leg. *captioſe.*
		Partis II.
3	11	Sua res. leg. *Suares.*
7	11	Tam. leg. *eam.*
20	11	omittatur *Zaccaria*
21	3	Reſlagaturum. leg. *refragaturum.*
35	1	Noræ, leg. *Novæ.*
38	30	Conſtant. leg. *Couſtant.*
39	3	Conſtantio, leg. *Couſtantio*, & ſic deinceps.
46	16	Pontifici. leg. *Pontificis.*
ibid	19	Subdiaconus. leg. *Subdiaconis*
48	18	Ad Canonem b. leg. *ad Canonem* 6.
54	17	Juriſconſultus. leg. *Juriſconſultum.*
58	8	Canonici. leg. *Canoni.*
64	31	Can. 45. Caus. 7. 2. 1. leg. *Can.* 45. *Caus.* 7. *Quæſt* 1.
73	27	Explotius. leg. *exploratius.*
78	21	Pius leg. *prius*
80	20	Id emolumentum. leg. *id in emolumentum.*
ibid	22	Arbitratur. leg. *arbitretur.*
81	9	Varita. leg. *varia.*
92	12	De quo. leg. *de qua.*
ibid	18	Cotentioni. leg. *contentioni.*
ibid	20	Appellationem. leg. *appellationum.*
93	ult.	omittatur: *nos.*
94	23	Sed. leg. *Sed nec.*
ibid	27	Eſſe. leg. *eſſet.*
96	pen	Trullano. leg. *Trullana.*
100	11	omittatur repetitum *in Sardinia.*
102	20	Fueri. leg. *fieri.*
111	9	poteſtatem. adde *accepit.*
113	7	Ceſos. leg. *uſos.*
ibid	17	Paraciam. leg. *parœciam.*
117	23	Ordinari. leg. *contriſteris.*
119	pen	Prætmittere. leg. *prætermittere.*
124	8	Dominio. leg. *Domino.*
125	4	annum 1753. leg. *annum* 1253.
128	12	Lanam., & pellem carnes. leg. *lanam, pellem & carnes.*
129	15	Eamdem. leg. *in eamdem.*
136	3	Ac. leg. *ab.*
138	21	Ad. leg. *ab.*
139	3	Ænea Sylvio. leg. *ex Ænea Sylvio.*
140	29	Inde populus. leg. *cauſatur inde populus*
142	4	Si ea. leg. *tam.*
ibid	5	Tam. leg. *ſi ea.*
150	26	Depoſitis. leg. *depoſeitis.*
151	24	Quodam. leg. *quadam.*
161	27	Occurentiam. leg. *occurentia.*
167	10	Diſſert. VIII. Cap. 2. leg. *Diſſert. VII. Cap.* 2.
174	20	Morem. leg. *moram.*
ibid	23	Sic. leg. *ſi.*
191	6	Epiſcopos. leg. *Epiſcopo.*
ibid	20	Jura. leg. *jure.*
213	14	Et. leg. *ad.*
221	29	Antiochenœum. leg. *Antiochenorum.*
230	13	omittatur: *ac confirmatoriam Nicolai I.*
232	32	Ad aut reviſionem. leg. *aut ad reviſionem.*
238	10	Gantharium. leg. *Guntharium.*
247	9	Conſiſtant. leg. *conſiſtunt.*
251	21	Eſt. leg. *et.*
253	22	Iter. leg. *inter.*
257	2	Lydicis. leg. *lydius.*
272	3	Nomini. leg. *nominis.*
ibid	7	Leſne. leg. *Leone.*
273	24	Dominum. leg. *dominium.*
285	3	Secietas. leg. *Societatis.*
288	1	Secebatur. leg. *ſecabatur.*
ibid	10	Ordinis. leg. *Ordinibus.*
290	14	Potierint. leg. *perierint.*
293	ult.	Qui. leg. *quid.*
295	17	leg. *Interim augebatur numerus eorum, qui a Romana Eccleſia deficiebant. Non minùs alii viri probi & perſpicaces* &c.
ibid	31	Unitem. leg. *unitatem.*
296	21	Domum. leg. *demum.*
300	5	Germanam. leg. *Germaniam.*
304	21	Inter. leg. *intra.*
305	1	Ut. leg. *ne.*
308	19	Obviaverint. leg. *abviaverint.*
310	26	Epiſcoporum. leg. *Epiſtolam.*
ibid	ult.	In qua. leg. *in quo.*
321	20	Cap. Seſſ. 20. XXV. leg. *Cap.* 20. *Seſſ. XXV.*
327	25	Conſervari poſſe. leg. *conſervari haud poſſe*
328	4	Cerè. leg. *certè.*
335	20	Docens. leg. *docent.*
342	2	Aut. leg. *qui.*
353	32	Concordati. leg. *Concordato.*
363	13	Recrſus. leg. *Recurſus.*
364	9	Romanas. leg. *Romanos.*
368	7	Proceſſum, leg. *proceſſum.*
ibid	8	Litteritis. leg. *Litteris.*
374	ult.	Hoſpitiis. leg. *hoſpitii.*
376	15	Vocat. leg. *vacat.*
382	13	Novere. leg. *movere.*